Universidad de Deusto
Biblioteca

TURNHOUT

DE LIBERTATE

CHRISTIANA

LOVANII

1540

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNIS

DRIEDONIS A TVRNHOVT
Sacræ Theologiæ professoris apud
Louanienses, De libertate
Christiana lib.

Cum gratia & priuilegio Cęsareo
In sexennium.

FACULTAD
DE
TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

LOVANII ex officina Rutgeri Rescij, An. 1540. Men. Septemb.

Vœundantur Louanij a Bartholomæo Gravio
Sub sole aureo.

BIBLIOTECA COLEGIO SOCIETATIS JESU
IHS

Card^lis Pallauicini

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ LECTORI .S.

OPVS hoc amice lector, quanquam non vno modo imperfectum erat (nam & in medio, & in fine desunt quędam, quę absoluere autor per vitam longiorem non potuit) tamen eruditorum iudicio indignum visum est quod interiret, propter vtilitates multas quas capere ex eo sic quoq; studiosi possent, pręsertim cū quæ adijcienda videbantur, non ita cum precedentibus argumenti, similitudine cohęreāt, q; in hęc sine illis intelligere queas. Nam libro tertio tantum desideratur solutio vndecim argumentorum, quę proponuntur litera O. At horum priora nouem, ad materiam operis huius propriam pene nihil pertinent. Decimum vero & vndecimum eisdem ppe verbis proponuntur libro eodem, litera B. Soluuntur autem multis paginis litera I. Quod si cui tardiori ista non satisfacient, plura ab alijs petat licebit, qui rem eandē tractāt contra Luteri hęreses. Iā quod vides librū tertiū cū nullus præcesserit secundus, scito autorē inter scribendum, simul enim & scribebatur opus, & excudebat, mutasse, ita vt sit, voluntatem, ac materiam, quam totam animo comprehensam aut alioquin in schedis notatā habebat, aliter disponere cœpisse, q̄ statuerat initio. Quę res etiam facit, vt in vniuersum cōpositio tota operis & structura perturbatior sit, nec satis habens artificij. Cui incommodo ita facile medebimur, si regulas dialecticæ methodi secuti, labore priuato sibi q̄sq; colligat. primū ea, quę proprie ad eam ſę statum faciunt, deinde quę extra causam sunt obiter addita, & alibi tractari tempestiuus fortasse potest. bene vale.

Errata.

Pagina 11. sunt in anima sagacitates quædam.
eadem, quemadmodum ergo sagittæ.
21. uere liber est, indiget.
eadem, unicuiq; permissum est facere.
eadem, definiunt esse naturalem facultatem.
28. omnibus omnia esse communia.
46. quid prodest homini inquit Christus.
71. finis est non sola temporalis.
95. plebem oportere obedire.
97. Philadelphenses.
eadem, uariam sanctimoniam non uariare effectus.
eadem, recolendum est ius seu dominium.
98. dele potestatem & lege, unius super alium esse duplex.
104. gradū, lege gladiū. 112. prohibetur, lege perhibetur.
119. ut patet in codice. 130. quæ ex cōstitutione papæ residet.
142. considerandum est insuper.
eadē huius enim potestatis, lege, causis his cessantibus huius potestatis & c.
147. nos recedimus, lege non recedimus.
162. cæterū idem Augustinus, lege sic, sentire uidetur idem Augustinus.
186. ligare est gladiū, lege secundū gla. 220. qui pertinaciter renuūt.
229. sententia lata reformetur.
232. tametsi non, lege tamen si. 241. oēs qui de illius familia sunt.
libro. 3. pagina 15. ut deinceps uiuamus quisq;.
pagi. 27. rationi ecclesiæ, lege Romanæ ecclesiæ.
39. arbitrarentur esse seruanda, lege non esse seruanda.
42. si adsit, lege quæ si adsit.

Chartarum series.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk. Ai Bi Ci Di Ei Fi Gi Hi Ii Ki Li Mi Ni Oi Pi Qi Ri Si.

IOANNIS DRIE

DONIS A TVRNHOVT SACRAE Theologiæ professoris apud Louanien.

De Christiana libertate, liber vnus.

¶ *Caput primum tractatus primi, continens communia quædam argumenta de libertate Christiana.*

COgitanti mihi quid nã potissimum conueniret tractare post librum de captiuitate & redemptione humani generis. Ex multis occurrentibus visum est secundum seriem doctrinæ congruum esse aperire & declarare, quænã sit vera Christiana seu euangelica libertas, hęc nempe impensa est omnibus per passionem & mortem Christi liberatis, atq; ita congruo ordine superiori libro adiiciendus videtur liber iste de Christiana libertate. De hac autẽ tractaturi, hũc eundem librum in duos tractat⁹ partiemur. In quorum vno discutiemus, vtrum per hãc libertatem quisq; iam factus particeps fructuũ passionis Christi sit vere liber, vt iam illi, prout voluerit, liceat viuere secundum animi sui sententiam propter spiritum charitatis inhabitantem, custodienti dilectionẽ dei, & proximi, modo neq; fratrem scandalizet, neq; ordinẽ rei publice perturbet. Fuerũt hoc tumultuãte sęculo, qui super hac re conturbauerunt totum ecclesiæ statum, aliter, q̃ ex scripturis sacris manifestissimis edocta tradidit nobis veneranda patrũ antiquitas, de hac libertate differentes, arbitrantes vnumquemliber Christianum per spiritum libertatis sibi donatum, esse in foro conscientię liberum ab omni superioris obedientia, super his quę non pręcipiũtur in sacrosancto euangelio, ab omni item vinculo legis humanæ, & ab omni obligatione voti de ieiunijs, de celibatu, de ciborum delectu, hęcq; oĩa diuinę legi supaddita, repugnare libertati Christianę, vnde solet hęreticorũ quisq; dicere. Afferatur testimonium legis dei, Non credo legibus nisi diuinis. Partiemur autem primum hunc tractatum in capita quatuor. In q̃rum primo generalia quędam præmittemus, De Christiana libertate, ac interpretationes nominum quorundam ad hanc

Errores de libertate Christiana.

A rem

rem pertinentium, quibus consideratis multa scripturarum loca elucidantur &, declaratur, quænam sit vera libertas Christiana seu euangelica. Illa est vna oim hæreticorũ cõ suetudo, conten.nere venerandam patrum antiquitatem, reij cere veterem sanctæ matris ecclesiæ traditionem, coaceruare multa scripturarum testimonia, & ex illis colligere sibi singulares quasdam sententias contra communem & receptã doctrinam a tota Christianorum schola, prętermissis ac taci tis alijs scripturarum locis, palam demonstrantibus sententias falsis suis ipsorum interpretationibus contrarias. Vt ergo facilius ea quę dicturi sumus intelligantur, primũ subijcimus communia quędam aduersariorum argumenta.

Hæreticorum consuetudo.

Hæreticorum cauilli ex scripturis.

Vna re, inquiunt, eaq; sola est opus ad vitã æternam, ea aũt est sacrosanctum dei verbum Christi euangeliũ, quemadmodũ docẽt multa scripturarũ testimonia. Primũ, Ioann. 2. Ego sum, ingt, resurrectio, & vita, q̃ credit in me, etiã si mortuus fuerit viuet. Secundũ est testimoniũ Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Nam vbi spiritus dei, inquit Paulus, ibi libertas, secũdæ ad Corin. 2. Tertium, Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Iusto item non est lex posita, sed impijs, periuris, adulteris, primæ ad Timo. 1. Vñ beatus Gregorius, Lege non constringitur spiritus sancti donũ. Quartũ est ex Apostolo ad Gal. 5. Fructus autem spiritꝰ sunt, charitas, gaudium, pax, ẽ. Aduersus huiusce modi nõ est lex. Nempe & lex propter transgressores est posita. Quintũ scripturę testimoniũ, Plenitudo legis est dilectio, ad Ro. 13. Nã q̃ proximũ diligit, legẽ impleuit, q̃a finis pręcepti charitas, habito aũt fine, nõ amplius oportet hoẽm solicitum esse de medio, q̃ pueniat in finẽ. Dilige, inquit Augu. & fac q̃d vis. Tene charitatẽ, & in ea inuenies omnem scientiam. Ex his similibusq; scripturis tale formatur argumentũ. Differentia inter legem veteris populi, & legẽ populi Christiãi est, quod illa foris in tabulis fuerit scripta, lex autẽ euangelica intus in cordibus nostris diffunditꝰ. Cũ ergo talis lex nõ alia res sit, q̃ charitas, consequi videtur, quod lex viri Christiani sit intus scripta, qualis est charitas. Neq; enim aliud deus exigit a nobis, nisi vt ipsum ex toto corde diligamus, & pro-

& proximos nostros sicuti nosmetipsos. Nã & hanc legem, quæ charitas est, prænunciauit propheta, scribendã esse non in tabulis foris, sed in visceribus cordis, Scribã, inquit deus, legem meam in visceribus eorũ, Hier. 31. loquens de lege euangelica, quę vocatur lex libertatis, quam & propheta sibi poni desiderabat, Legem pone mihi domine viam iustificationũ tuarum, de qua & in alio psalmo, teste Bernar. loquit, Lex domini immaculata, conuertens animas. Ex his consequens videtur viro Christiano nunc non esse opus vlla positiua lege foris scripta, sed sufficere legem charitatis per spiritum sanctum diffusam in corde, vna cum lege naturę cœlitus impressa, quæ itidem docet opera naturalis dilectionis, secundum generalia principia moralis vitæ a Christo in euãgelijs tradita, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, Oĩa quę cumq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Alioq; si præter duas has leges intus scriptas strin gãtur Christiani ad alias leges multas mere positiuas, nõ videbitur esse differẽtia inter legẽ Moysi, quæ est lex literæ foris data, & legẽ Christi, quę est lex spiritꝰ intus scripta. Vñ huius cõsideratione videt Aug. dicere. Nulla rõ exigit, vt q̃ priuata lege spũs sancti ducitur, publica lege constringatur. Ex his ergo videtur sequi hoẽm Christianum esse liberum ab omni vinculo humano, & ab oĩ lege foris scripta, qualis ẽ lex pure humana ac positiua. Sed veritas est pro contraria sententia. Nam secundum euangelicam simul atq; Apostolicam doctrinam, Christiana charitas, neq; superba est, neq; inobediens superioribus, sed humilis, faciens vnumquemq; debitum, seruare ordinem inter cærera membra in corpore Christi, omnibus reddit debita, cui honorem, honorẽ, cui timorem, timerem, cui obedientiam, obedientiã, cui tributũ, tributũ, cui vectigal, vectigal. Christiana igitur libertas cũ sit fundata super charitate Christiana, nequaquam eximit hominem, neq; ab obligatione legis superioris potestatis, neq; a consuetudine loci, quę habet vim legis, neq; ab obedientia parentum, aut præpositorum, neq; a vinculis voti, iuramenti, aut promissæ fidei. Quamobrem & Apostolus Paulus ne occasione libertatis euangelicæ fallerentur, super hac re instruxit homines factos iam Christianos.

Qualis sit Christiana charitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filij, inquit, obedite parentibus vestris, ad Colloss. tertio. Serui obedite dominis vestris carnalibus. Item ad Titum tertio Admone illos principibus & potestatibus subditos esse. Obedice prepositis vestris, ad Hebreos .13. Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita. Necessitatecp subditi estote, non solum propter irā, sed etiā propter conscientiam, ad Rom. 13. Ex his & id genus alijs scripturis multis infra latius deducendis, liquido patet per Christianā libertatem nō esse sublatam, necp legem naturæ, necp legem iuris gentium, necp legem coniugalē inter maritū et vxorē, necp legem honestorum contractuum, pactorum, & promissionū, necp legem secundum consuetudinem loci disponentem de hæredibus, qui succedant in bonis defuncti, necp leges de licitis & illicitis coniugijs, in gradibus cognationis & affinitatis. Docere autem Christianos iam reparatos p Christum in Euangelicam gratiam, non esse obligatos ad huiuscemodi leges ac locorum consuetudines, est perturbare totius Christianæ ecclesiæ ordinem, & euertere principia naturalis legis, quæ intus suggerit ac docet pro vnaquaque republica in contractibus ciuilibus ac nuptialibus, in bonorū successionibus, & in coercendis maleficis, & licita esse iā instituta, & statuenda esse ea, quę paci & trāquillitati illius cōueniunt, & alia quidem ac alia secundum personarum, locorum, temporum, ac reipublicę varietates. Vnde iuxta diui Augustini sententiam, lib. 2. de doctrina Christiana, Multa sunt hominum instituta de rebus, super quibus lex euangelica specialiter non disponit reipublicę commoda & necessaria, sine quibus humana societas, qua in hac vita carere non possumus, aut non omnino, aut minus commode geritur, veluti quæcumcp in habitu vel cultu corporis ad sexus vel honores discernendos placuerunt, quæcp in ponderibus, mensuris, & numorum impressionibus, vel estimationibus sua cuicp ciuitati sunt propria. Sic & in .16. de ciuitate dei, capite decimoquinto, iudicauit nefarium esse, si quis etiam, necp humana, necp diuina lege prohibitus, acciperet vxorē de cognatione sua contra morem introductum secundum naturalem quendam atcp laudabilem sanguinis pudorem.

Christiana libertas non facit hominē liberum ab obedientia & legibus hominum

Accipere coniugē de cognatione sua cōtra solam legē, aut consuetudinē humanam nefarium est

Secunda pars.

¶ *Secunda pars huius capituli tradit sententias quasdam ex superiori libro recolēdas huic materiæ necessarias, & interpretationes nominum libertatis, & seruitutis, quæ in scripturis sacris multifariam accipiuntur.*

CHristianæ fidei sententæ omnes ferme cohærent, necp explanari poterit vnum fidei mysterium sine altero, necp intelligi plenarie. Idcirco studiose lector, nihil est qđ mireris, si eadem nunc quidem breuius, nunc autem prolixius sæpe dicimus, quia de gratia & libertate impensa nobis per Christum dominum, salutaria sunt quæ dicuntur, de qbus nuncp satis meditari possumus. Vnde & venerabilis Athanasius differens de incarnatione verbi dei, Prestat, inquit, idem sępe repetere, prolixitatiscp argui, q̄ ea relinquere, quę scribi necessario debuerant. Primum igitur ex superioribus recolendum est. Si homo talis mansisset, qualem eum deus ab initio condidit, non fuisset vlla necessitas seruitutis, & ideo non indiguisset liberatione. Necp enim est opus liberatione, vbi nulla est seruitus culpę aut miserię. Ipse deus creauit quidem nos, ipse fecit nos, & non ipsi nos, sed tales, quales nūc sumus, seruos videlicet peccati atcp miserię, ipsi nos fecimus nos, & non ipse nos. Adam cum primū erat creatus, verax fuit, purus, immortalis, & liber ab omni malo seruitutis, captiuitatis, carceris tenebrarum & vinculorum, & tales in illo eramus omnes liberi. Ipse vero pestcp satana suggerēte, peccauit, factus est seruus peccati & miserię. Atcp ita per peccatū intrauit in genus humanū nō mors solum, sed & peccati seruitus, iuxta illud, Qui facit peccatū, seruus est peccati, Ioan. 8. Seruitus autem hæc est impotentia hominis non potentis, necp se suis solius viribus a peccato liberare, necp redire ad iusticiam, necp recuperare atcp habere eā voluntatis rectitudiem ac libertatē, qua posset prorsus esse & viuere sine peccato, qualem libertatē habebat Adam ante peccatum, quam non poterat amittere, nisi volens. Suis solius viribus ex se potuit libertatem semel acceptam perdere, sed hanc semel amissam non rursus ex sese aut suis solius

Athanasij sententia.

Seruit⁹ peccati qđ sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tria mala ex primo parẽte peccãte.

solius viribus potest recuperare. Secundo ex superioribꝰ recolendum est, Tria nos mala habere ex veteri illo Adam, & Eua matre nostra, culpam, cæcitatem, & impotentiam.

Culpa est causa, vt celestis regni ianua sit clausa nobis iam seruituti peccati obnoxijs sub inimico nostro diabolo.

Cęcitas est cã, vt ipsi nos iã sub pctõ venũdati, nobis dereliçti ignorẽꝰ salutis viã, detrusi in regionẽ vmbrę mortis.

Impotentia est causa, vt ipsi nobis derelicti non solum modo simus impotẽtes quicq̃ boni agere, & a seruitute peccati nos eripere absq̃ gratia dei miserẽtis, sed vt etiam in hac vita iam gr̃am dei miserẽtis assequuti, simus languidi, & ad perseuerãdum in gratia, quam accepimus, imbecilli & in hac vita etiam per gratiam Christi liberati e dominio peccati nõdum prorsus liberi a seruitute quadam peccati & miserię. Atq̃ ita iam genus humanum a statu innocentiæ delapsum indiget aliorum consilijs, magisterijs, imperijs, instructionibus, coercitionibus per leges ac superiores potestates.

Cupientibus ergo nobis intelligere veram libertatem Christianam seu Euangelicam, conuenit præmittere interpretationes nominum ad hanc materiam pertinentium, quorum & passim meminit scriptura sacra. Primum igitur

Quid seruitus & libertas.

scisciteмur quid appellatiõe seruitutis & libertatis significetur, & id quidem in corporalibus rebus, ex quarum similitudine spiritualia capiamus. Augustinus. 19. de ciuitate dei, Conditio seruitutis iure intelligitur imposita peccatori.

Proinde nusq̃ in scripturis legimus seruum, antequam hoc vocabulo Noe iustus peccatum filij vindicaret, Atq̃ ita meruit, non natura. Seruus, vt inquiunt grammatici, a

Seruus unde dicitur.

seruari qd̃ est liberari & custodiri, dicit̃. Origo vocabuli seruorum in lingua latina, inde inquit Augustinus, creditur duxisse, quod hi, qui iure belli possent occidi, a victoribꝰ, cum seruabantur, fiebant serui, a seruando appellati, quod etiam ipsũ sine peccati merito non est. Nam & cum iustum geritur bellum pro peccato contrario dimicatur, & omnis victoria, cum etiam malis prouenit diuino iudicio victos humiliat vel emendans peccata, vel puniens. Vnde lex seruitutis iuste cõ

stituta

stituta est, non tam in fauorem dominorum, q̃ in vtilitatem seruorum, quibus vtile magis est seruitutibus dominorum subijci, q̃ occidi. Proinde & non solum modo coacti, sed & etiã volentes facti sunt serui sub dominorum suorum imperijs. Coacti qdem, dum inuiti sunt victi & coacti in articulum illum duorum malorum venerint.

Seruitus est in fauorem seruorũ cõstituta

Volentes autem, dum alterum eorũ oporteret arripere, elegerunt victori potius seruire, q̃ interire. Vnde seruitus secũdum vocabuli originem, qua dicitur seruus, qui sic contra ordinem naturæ primitus institutæ alicui subijcitur, sonat conditionem quandam subiectionis, vilis ac miseræ, siue subiectio fuerit voluntaria, siue coacta. Quemadmodum & solemus dicere homines, alios ingenuos, alios seruiles. Sic & Christus pro peccatis nostris diluendis scribitur induisse formam serui factus pro nobis opprobrium hominum, & abiectio plebis. Sic multis in locis scriptura de seruis loquitur, appellans seruitutem peccati, aut mortis, aut corruptionis, aut miseriæ, aut coactionis sub iugo temporalium dominorum, eoq̃ his malis subiecti sunt, aut inuiti patientes, aut etiam sua sponte vilibus rebus sese subijcientes. Sic dicimus quosdam seruire carni, gulæ, suo ventri, ac libidini. De seruis corporaliter subiectis dominis suis, multis in locis scriptura loquitur. Vnusquisq̃, in qua vocatione vocatus est, inquit Apostolus, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non sit tibi curę, sed & si potes fieri liber, magis vtere, primæ ad Corinthios septimo, hoc est in quocunque vitæ genere vel ordine, aut conditione, Christi fidem suscepe-

Petrus apostolus cõtra hæreticos, q̃ sub prætextu Christianæ libertatis male uiuunt.

ris, in hoc dum fueris, iam factus Christianus, perseueres. Si cum esses seruus, vocatus es ad fidem, nihil sis anxius propter hanc seruitutem, neq̃ sub prętextu Christianæ fidei putes te liberum a seruitute domini tui, in cuiꝰ potestate est corpus tuum. Vnde ex Pauli doctrina ad Ephe. 6. & ad Colloss. 3. & 1. ad Timo. vltimo liqdo patet seruos p̃ susceptionẽ fidei nõ fieri liberos a subiectiõe, aut ab obedięntia suorũ dnorũ. In eandem sententiam concurrit & Petrus admonens seruos, vt tanquam liberi seruiant dominis, habentes tñ hanc libertatem, non tanq̃ velamen, id est, prætextum malitiæ. Fraternitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem diligite, regem honorate, serui subditi estote dominis vestris, non tantum bonis, sed & dyscolis. Istius seruitutis relatiuum est dominus, Oppositum vero liber, qui nulli contra ordinem naturę primitus institutæ subijcitur.

In statu innocentiæ quomodo pares fuissent oēs homines

Secundum ordinem conditionis naturę omnes in Adā a deo conditi sunt ęqualiter liberi ab omni malo, ab omni seruitutis incommodo. Mansissēt quoq; sub illo statu omnes homines pares secundum paritatem libertatis a culpa & miseria, sed non pares secundum paritatem in talentis naturæ, in perfectione iustitiæ, scientiæ, & prudentiæ. Si siquidem alij magis, alij minus extitissēt sapientes, & prudentes, fuisset quoq; dominium quoddam vni⁹ super alios, non pro suo ipsius commodo dominantis in illos tanq̄ in seruos, neq; vt prouidentis vel consulentis illorum miserijs & imbecillita ti, sed vt consulentis, & dirigentis illos ad ampliorem sapientiam, disciplinam & prouidentiam, atq; vtentis voluntarijs obsequijs illorum obedientium, non solum absq; omnis labo ris molestia, sed cum gaudio cordisq; lætitia, quemadmodū & iusti prędides nunc imperant non cupiditate dominandi,

Sub innocētiæ statu alij alijs fuissēt sapientiores

sed officio consulendi, & hoc naturalis ordo præscribit. Sic quoq; deus hominum genus condidit, vt essent alij in scientijs & virtutibus superiores alijs. Sed a coacta, seu vili subiectione omnes fuissent æqualiter liberi, in qua libertate mansissēt, si mandatum dei non prętergressi essent. Si nullum fuisset peccatum, nullum fuisset bellum, nulla vis, nulla iniuolutaria subiectio, neq; vlla necessitas, propter quam indiguisset alter alterius ministerijs, neq; fuisset opus vllius seruitutis,

Post peccatū seruitutes et coactiones per leges & principes sunt utiles & necessariæ reipublicæ

aut metus, aut pœnæ remedijs, quæ tamen nunc sunt necessaria ad præstandum timorem vtilem peccantibus, Et hinc iam sumitur ratio propter quam expedit esse leges seruorum, pœnarum, & superiorum potestatum, quibus coerceatur superborum & insolentium hominum audacia. Ante diluuium post Adæ lapsum erant quidem homines æqualiter iugo peccati, atq; miseriæ subiecti secundum conditionē naturę vitiatæ. Sed post diluuium seruitus quædam specialis vnius hominis sub altero ęqualis conditionis secundum naturam legitur sumpsisse originem. Cum tres essent fratres,

Cain

Cham, Sem, Iaphet sub Noe vno patre ab omni humana seruitute liberi, æqualitas conditionis ablata est, factusq; est frater subiectus fratribus propter cōtumeliam patris, & eadem natus puerpera, eodem egressus vtero excidit a pari fratrum dignitate. Vindicās Noe peccatum Cham filij sui, maledictionem seruitutis pronunciauit in Chanaam filiū Cham, atq; in illo totam posteritatem ipsius subiecit seruituti. Maledictus, inquit puer Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis, benedict⁹ dominus deus Sem, sit Chanaam seruus eius. Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaam seruus eius, Gene. 9. Ex his igitur consequens est quod vtraq; seruitus tam illa videlicet generalis, qua vniuersum genus humanum subiectum est seruituti peccati, & miserię, cq; ea quæ specialis est, secundum quam alter subijcitur alteri homini contra ordinem conditionis naturę, est a deo patre, non quidem vt instituente naturam, sed vt vindicante peccatum aut per iustas pœnarum necessitates nobis insitas, aut per iustas superiorum potestates, aut per iniustas tyrannorum voluntates, & id quidem vel ad eruditionem, correctionem & disciplinam electorum, vel ad iustam vltionem illorum, qui sunt inemendabiles. Ex hac speciali significatione secundum quā nomen serui ex origine vocis subiectionē quandā vilitatis sonat, etiā nomē ipsum in scripturis vsurpatur p quolibet alteri subiecto, siue subiectio illa fuerit miserabilis aut vilis, siue præstans & venerabilis, qualis est ea quæ est secundum naturæ ordinem, secundum quam deo voluntarie subiecta est anima, quę sane subiectio voluntaria, summa est libertas, quemadmodum iusti dicuntur serui dei ac serui iustitię. Ille est ordo iustitię, vt omnia seruiāt deo cō ditori suo. Et quia quisq; nascitur seruus peccati, seruus miseriæ, & mortis, non potens sese a malis his eximere, ac vitā æternam apprehendere, nisi per Christum ducem seruetur a morte, & manumittatur a seruitute diaboli. Idcirco etiam iustus quisque dicitur seruus Iesu Christi, a seruando seruus appellatus, Non quod sub huius domini potestate efficitur vilis, ac abiectæ conditionis, sed quod seruatus sit a morte in vitā, ex se pridem vilis & abiectus sub

Seruitus q̄is ex nomine conditionem quandam uilitatis sonat, est tamē laudabilis quædam & uenerabilis seruitus, secundum quam seruire est regnare.

 alieno

Universidad de Deusto
Biblioteca

alieno domino, nunc iuxta naturę ordinem vero suo domino obsequitur, cui per amorē inhęrere, quē adorare, benedicere, & laudare summa libertas est. Hęc est seruitus in qua gloriātur omnes veri Christiani, de qua loquebatur Agatha, Summa est ingenuitas, per quam seruitus Christi comprobatur. Proinde qui a peccato liberatur, seruus Iesu Christi efficitur, transiens de seruitute miserabili in seruitutem beatam & laudabilem. Sed de his latius alibi, vbi demonstratur liberum arbitrium etiam post peccatum esse dominum suorū actuum.

Vnde sumuntur libertatis et seruitutis gradus.

Ex oībus supradictis colligere possumus multa seu varia seruitutis esse genera, multosq; malorū grad⁹, & secundū hos multa esse gña libertatis. Seruit⁹ enī & libertas cū potissimū significēt naturæ rōnalis cōditiōes secundū quas inter rōnales naturas vna alterā excedat in seruitute & libertate, Cōse quēs ē seruitutē & libertatē q̄sdā habere grad⁹, quēadnodū & multa malorū gña, qbus subiecta esse potest rōnalis natura. Inter rōnales aūt substantias deus, sine controuersia oīm maxime est liber, quia cum nulli sit subiectus, a nullo pati qc q̄; potest. Deinde post deum in secūdo atq; proximo libertatis gradu sunt beati, qui iā in cœlū recepti in bonis scilicet domini sui, prs⁹ securi a nulla re malū suscipere possunt. In tertio aūt libertatis gradu fuit Adam sub inocētiæ statu, & angeli priusq; essent beati. Nā hi erant cōditi prors⁹ ab oī malo liberi, nondū tn in bono securi & solidati. Per Adam aūt peccantem humana natura vilis conditionis effecta est & abiecta. Amissa etenim dignitate libertatis, qua sub deo omnibus pro suæ voluntatis bn̄placito fruebatur, mox pudore, & erubescentia premitur, ęrumnisq; ac miserijs multis subijcitur, rea æternæ mortis. Ex hac item seruitute per gratiam dei quisq; in hac vita liberatus cōstituitur in quarto libertatis gradu, translatus in regnum charitatis Christi, cui proinde ceu liberatori suo se suaq; omnia debet, vt non amplius sibi suisq; desiderijs, sed illi viuat, a quo seruatus est ex morte in sempiternam vitam, quemadmodum ait Apostolus, Qui in domino vocatus est seruus, libertus est domini, primę ad Corin. 7. libertus, inquam, id est, a seruitute liberatus seu manumissus. Libertus autem neq; in totum seruus est, neq; in totū

In supremo libertatis gradu est deus.

In secundo libertatis gradu sunt beati.

In tertio libertatis gradu fuit Adam in paradiso.

Quartus libertatis gradus est libertas Christiana.

in totum ita liber, vt sub nullius sit dominio. Idcirco nec sibi viuere debet, nec alteri cuiuis, sed patrono liberatori suo. Et hęc est libertas Christiana, id est, per Christū impēsa nobis, de qua impræsentiarum sumus loquuturi.

¶ *Sequitur tertia huius capituli pars de triplici libertate & seruitute in scripturis sacris designata.*

IAM vt faciliora videantur ea quę sum⁹ de libertate Christiana traditurī, Sciendum est in scripturis sacris triplicē reperiri seruitutem & triplicem etiam libertatem. Est nē pe seruitus necessitatis, Est seruitus peccati, Et seruitus miseriæ. Seruitus necessitatis est gemina coactionis videlicet & inclinationis naturalis, secundum quam aliquid aut cogitur, seu vim patitur, aut necessitate quadam agitur. De seruitute coactionis loquitur scriptura, Sustinetis, si quis vos in seruitutem redigit secundū seruitutem necessitatis, quæ est secundum inclinationē naturæ, omnia mundi elementa sol & luna seruiunt deo, quemadmodū ait propheta, Ordinatione tua perseuerant dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Sic & anima lia bruta subiecta sunt necessitati naturalis inclinationis, secundū quā tendūt in finem naturali instinctu tanq̄ ministri quidā, aut serui directi & moti a summa arte diuinę voluntatis. Sunt enim in animalibus sagacitatus quędā, quibus inclinantur ad processus q̄sdam ordinatissimos, vtpote ab arte summa ordinatos, sicut sagitta directe tendit in signum seu scopum ex arte, directione, ac motione sagittantis, tanq̄ ipsa haberet rōnem in se dirigentē. Ita & vnumquodq; elementum secundum vim seu inclinationem naturę diuinitus impressam in suū tendit quietis & cōseruatiōis locū. Quemadmodum ergo sagitta cum mouetur, impressa est vis quædam artis ipsam destinantis, Ita et corporibus celestibus omnibus, mundi elementis & aialibus brutis motis, est virtus dei summi artificis impressa, secundum quam agunt potius dei nutu, q̄; agunt, neque enim mouent se in finem, tanq̄ quę libero suo iudicio motum, vel sui, vel aliorum in finem illum ordinent.

Triplex est seruitus in scripturis sacris.

Omnia seruiūt deo etiam muta elementa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seruitus peccati.

Seruitus peccati est, secūdum quā quispiam subiectus est peccato, impotēs videlicet sese ex se eximere a culpa, obnoxi⁹ etiam necessitati interdum peccandi, de qua Christus, Qui facit, inquit, peccatum, seruus est peccati.

Seruitus miseriæ.

Seruitus miserię est, secundum quam quis subiectus est necessitati miseriæ, de qua scriptura, Ipsa creatura liberatur a seruitute corruptiōis. Seruitus autem coactionis in rationali creatura, cuius sit species quædam seruitutis miseriæ, quemadmodum & coactio miseria quædam est, Impræsentiarum tamen distinguim⁹, ad discernendum libertatem arbitrij humanæ voluntatis, quæ in actionibus suis, neq; cogitur, neq; perinde atq; lapis inclinationis necessitate agitur.

Triplex in scripturis libertas.

Hęc est ergo in scripturis reperta triplex seruitus. Sic & in eisdem scripturis triplex reperitur libertas, videlicet libertas arbitrij, libertas a peccato, libertas a malo corruptionis seu miserię. Libertas secundum generalem nominis rationē, sonat rationalis naturæ conditionem, secundum quam ipsa libere viuit, prout libet seu placet. Secundum hunc generalem significandi modum, fit participatio quędam in omni genere libertatis.

Libertas arbitrij.

Libertas arbitrij est, secundum quam rationalis animus inter multa arbitrio rationis proposita libere dijudicat, consultat, examinat, vnum acceptat seu eligit, cęteris refutatis ac reprobatis. Hanc libertatem expressit scriptura. Deus ab initio, inquit, reliquit hominem in manu consilij. Ante te bonū & malum, mors & vita, elige quod vis. Hæc libertas est, secundum quam liberum denominatur arbitriū, quæ est inseparabilis a voluntate humana, tam in opere bono, q̄ in opere malo. Ad hunc enim sensum dicimus, voluntatem hominis esse liberam, quia soluta est a coactione seu necessitate iudicij & electionis, sed spontanea non coacta, non inclinationis naturalis necessitate, cōsultat, deliberat, eligit, consentit, aut dissentit. Sic enī dicit scriptura, voluntarie nos sacrificare deo, voluntarie confiteri nomini eius, voluntarie nos peccare, voluntarie, inquam, hoc est, non cōpulsos vllius coactionis, aut inclinationis inuincibili necessitate.

Libertas a uoluntate inseparabilis.

Libertas a peccato duplex.

Libertas a peccato est, secundum quam quis liber est a peccato, & hoc bifariam videlicet, aut a peccato liberatus seu solutus, aut alias immunis, nūq̄

nis, nunc̄q̄ peccato subiectus, secundum quam scriptura loquitur de Christo, quod solus fuerit inter mortuos liber. Angeli beati, sunt a peccato liberi, sed non liberati, homines vero iusti a peccato sunt liberati. De qua libertate scriptura in locis multis, Liberati a peccato, serui facti estis iusticię, vbi spirit⁹ domini, ibi libertas. Hęc ergo libertas in homine, & in beatis animabus, est libertas gratiæ ac misericordiæ liberantis. In deo autem qui peccare non potest, talis libertas est naturalis. In angelis autem beatis, talis libertas a peccato, ē opus dei, non quidem miserentis, aut liberantis, sed naturas liberas instituentis. Est & hæc libertas in angelis beatis, simul opus liberi arbitrij, oli potentis hanc deserere peccando, & non deserentis, sed custodientis.

Libertas a miseriā

Libertas a malo miseriæ, in scripturis vocatur libertas a seruitute corruptionis, & libertas gloriæ filiorū dei. Neq; est in vlla rationali creatura, nisi i ea, quę fuerit a peccato libera, de qua loquit̄ Paul. Ipsa creatura liberatur a seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorum dei, quam & optans Paulus, Infelix ego homo, inquit, quis me liberabit de corpore mortis huius.

Tres libertates mirijs appellātur nominibus.

Huiuscemodi autem tres libertates, venerabilis Bernardus alijs appellat nomināb⁹, libertatem arbitrij, libertatem iusticię seu rectitudinis consilij, & libertatem complaciti, res profecto eędem, noīa vero diuersa. Illa quidem secundum terminos a quibus sunt dicta, hęc vero secundum terminos, ad q̄s appellantur, quemadmodum & Apost. Paulus in supra dicto verbo, libertatem a seruitute corruptionis, appellat libertatem gloriæ filiorum dei, aperte insinuans libertatem a miseria, esse libertatem in gloriam, quemadmodū & libertas a peccato, est libertas iusticiæ seu in iusticiam. Neq; enim est vllus status medius inter peccatū & iusticiam, secundū cursum naturarū rationalium nūc stantem, quemadmodū demōstrauim⁹ in libro de capti. & redemp. gnis humani.

Liberum arbitriū unde dicitur.

Liberum arbitriū secundū nominis interpretationem, ab arbitrādo appellatū, est vis illa mentis, quæ cum sit in agendo a necessitate inclinationis & coactionis libera, principiū est liberi ex ratiōe iudicij. Rationalis creatura libera a peccato, principiū est iusticię & rectitudinis cōsilij, & ea itē quę ē a malo miserię

Universidad de Deusto
Biblioteca

miseriæ libera, habens quicquid vult in nihil tendit, nisi qđ cõplacet, & idcirco vocatur libertas complaciti, secũdum quã animus liber est ab omni, quod aut displicere aut turbare potest. Ex supradictis primum patet, quod libertas arbitrij, quæ est libertas, secundum quam voluntas rationalis est libera a coactione & necessitate, cum sit naturalis ipsius voluntatis proprietas, tam ante peccatum, quam post peccatum, manet inconcussa in cunctis pariter creaturis rationalibus, tam plene, vt inquit Bernardus, in malis, quam in bonis. Seruitus autem & captiuitas, in quam per peccatum sumus delapsi, cuius faciat nos turbari & multa pati inuitos, & voluntatem plærumq; etiam metu pœnę consentire, eligere, atq; velle aliqua, quæ alioqui neq; vellet, neq; eligeret, non tamen facit voluntates hominum inuitas, aut ex necessitatis inclinatione pati suos consensus, suasque electiones. Rationalis naturæ voluntas dum consentiendo aut eligendo fertur in aliquid, mouetur quidem in illud, sed non perinde atq; lapis sursum pellitur a mouẽte extrinsec⁹, neq; itẽ pinde atq; lapis deorsum fertur, inclinationis necessitate, sed ex propriæ suæ rationis iudicio eligit atq; consentit voluntarie. Secundo patet, quod & si vnius volũtas sit magis aut minus libera a peccato & a miseria, cuius volũtas alterius, vna tamen voluntas non est magis aut minus apta spontanee consentire aut eligere, aut velle ex libero suę rationis iudicio, quamobrem & si voluntas multa patitur inuita & coacta, nihil tamen eligit, in nihil consentit, nihil denicq; vult nisi spontanea, quemadmodum, deo adiuuante, ostẽsuri sumus, cum de libero arbitrio tractabimus. Tertio ex superioribus liquidum est, quod & si nõ oporteat vllos ponere gradus huius libertatis arbitrij, vtriusq; tamen alterius libertatis, tã eius videlicet quę ẽ a peccato, ğ eius quę est a miseria, tres ponere gradus oportet, quos ex scripturis manifestissimis docuerũt ecclesiastici patres, supremũ videlicet, medium, & infimũ. Libertatis a peccato gradus supremus ẽ, nõ posse peccare, & nõ posse habere peccatum. Similiter libertatis a malo miseriæ supremus gradus est, nõ posse turbari, nõ posse subiici miseriæ. Supremus iste in vtraq; libertate gradus ẽ duplex, nã quoddã est nõ posse peccare, & nõ posse turbari

Quo modo libertas arbitrij semper manet, cũ tamẽ uoluntas multa patitur inuita.

Tres libertatis gradus ex scripturis.

bari p naturã, qualis gradus est in deo substãtialis illi, quoddã vero est nõ posse peccare, & nõ posse turbari per dei gratiam, talis est premiũ beatorũ, quod in oratiõe dominica desiderant oẽs iusti in hac vita dicentes, libera nos a malo. Posse autem nõ peccare, & posse nõ turbari, est medi⁹ vtriusq; gradus, qui & fuit conditio naturæ primitus sic per donũ dei gratuite institutæ, quam & Adam tenuit sub innocentię statu, sicuti etiam ex scripturis sacris tam prophetarum q̃ Apostolorum est manifestum. Ab hoc gradu, vt habet scriptura Gen. 2. decidens Adam, peccando factus est seruus peccati et miseriæ. Necessarioq; iam humana natura subiecta est peccato & miseriæ. Tale autem seruitutis iugũ graue manet super omnes Adæ filios, donec liberentur & iustificentur in hac vita per gratiam Christi saluatoris. Iustificati aũt seu liberati, sicuti iam diximus, nõ restituunt̃ in hac vita ad priorẽ illum libertatis gradum, qui fuit in paradiso ante peccatũ, sed iuxta easdẽ scripturas adipiscuntur vtriusq; libertatis tertiũ quendam gradum, sub quo viuentes iusti in hac vita, non possunt nec prorsus esse sine miseria, nec prorsus perseuerare immunes a peccatis, sed per gratiam eatenus dumtaxat liberantur, vt non regnet in illis amplius peccatũ ad mortẽ eternam. Et hæc est libertas Christiana seu euangelica p Christum dominũ facta, quę neq; facit hominẽ prorsus liberũ ab omni captiuitate miseriæ, neq; prorsus solutum ab oĩ seruitute peccati, iuxta doctrinam Apostoli, qui cũ esset iustificatus adhuc sentiebat se captiuũ in lege peccati. Ego, inquit, carnalis sum venũdatus sub peccato quod odi malũ, hoc facio, Inuenio legẽ in mẽbris meis captiuantẽ me in lege peccati. Proinde oẽs iusti iã in hac vita donati vera libertate euangelica hãc conditionẽ captiuitatis ꝑq̃ tolerãt aĩo, sciẽtes enĩ iugũ huius miserię ex peccatis descẽdere præstolant̃ post hãc vitã redemptionẽ a morte corporis huius, odiẽtes qdẽ peccatũ habitãs in carne, & ppetuã luctã agẽtes cũ illo, non murmurãtes interĩ cõtra diuinã iusticiã, sed seruãtes in miserijs huius luctę patiẽtiam. Hęc de libertatib⁹ & gradib⁹ eorũ, & de seruitutibus sunt fidei nostrę Christianæ veluti elemẽta quędam, de quibus per oẽm locũ sunt doctrinæ legis prophetarum, psalmorum, Apostolicarũ epistolarũ, et demũ ecclesiasticorũ patrum

Medius in utraq; libertate gradus.

Libertas Christiana qualis sit.

Libertas Christiana stat cum captiuitate in lege peccati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrum omnium testimonia, quibus plane docetur hominũ genus primum fuisse conditum immortale, ab omni malo liberum, captiuitatem autem seu seruitutẽ sub peccato, morte, & miseria intrasse per hominem peccantem, deinde rursus per gratiam Christi in hac vita recuperatam esse libertatem quandam, non eam, quæ fuit in paradiso, sed aliam quam fit homo per dominum nostrum Iesum liber a regno diaboli, dato sibi per eundẽ Iesum adiutorio pugnandi atq; vincendi, vt tandem perueniat ad libertatem ab initio humano generi destinatam. Elucidauit autem ex scripturis totam hanc doctrinam venerabilis Aug. in libro de correptione & gratia, ostendens discrimen inter gratiam & libertatem quã habuit Adam sub innocentiæ statu, & eam quam habent sancti nunc in hac vita. Habuit, inquit Adam, magnam dei gratiam sed disparem. Nam Adam in bonis erat, quæ bonitate sui conditoris, & non suis meritis acceperat, In quibus prorsus nullum patiebatur malum. Sancti vero in hac vita in malis sunt, ex quibus clamant ad dominum, Libera nos a malo. Deinde Adam in bonis sic cõditus, morte Christi non eguit. Sanctos vero, vt fierẽt sancti, sanguis agni immaculati a reatu, & hereditario & pprio abluit. Item Adam nulla rixa a seipso aduersus seipsũ, aut tentat⁹, aut turbatus, sed in paradiso beatitudinis loco positus sua secum pace fruebatur. Et idcirco in bonis illis non habuit opus adiutorio quod implorant sancti in hac vita, qui videntes legem in membris repugnantem legi mentis, clamant cum propheta, Deus in adiutorium meũ intende, domine ad adiuuandum me festina. Cũ Paulo, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia dei p Iesum Christum dominũ nostrum. Item Adam sub innocentiæ statu nõ indiguit gratia, qua pugnaret vt vinceret, cum nullum adhuc bellum erat. Sancti vero in hac vita, quia intus pugnat in eis caro aduersus spiritum, & foris mundus seuiens aut blandiens, indigent adiutorio virtutis, qua pugnẽt & vincant. Et idcirco Adam habuit gratiam quidem letiorem, sancti vero in hac vita potentiorem. Maior enim gratia est necessaria aduersus tot tantasque tentationes, quę in

Discrimen inter libertatem sub innocentiæ statu, & eã quæ nũc est in hac uita impensa nobis per Christum.

Adam ante peccatũ non debuit implorare auxiliũ pugnãdi et uincẽdi.

quę in paradiso non fuerunt. Deinde Adam ab initio habuit quidem bonam voluntatem, in qua deus ipsum fecerat rectum, dans ei adiutorium, quo in ea permanere posset si vellet, ut autem vellet, reliquit in eius arbitrio. Sancti aũt in hac vita si cum per Christum liberantur in accepta semel bona voluntate relinquerentur, & non adiuuaretur infirmitas atq; imbecillitas humana, in bona voluntate non permanerent, sed anima in sua voluntate iam facta vaga mutabilis & varia succumberet. Idcirco sanctorum voluntas bono perseuerantię munitur, atq; firmatur, vt cum omnibus amoribus, blandimentis, terroribus, & erroribus vincat hic mundus. Tale adiutoriũ erat quod defereret, si vellet, & in quo permaneret si vellet, non quo fieret, vt semper permanere vellet, sed quo permanere in vita posset si vellet, quem admodum alimentum in corporali vita est adiutorium, sine quo non viuit, et quo sit, vt viuat homo. Sancti vero in malis huius vitæ nati, & per gratiam Christi liberati vsq; in finem huius vitæ, in malis, in luctu, in certamine, acceperunt non talem solum gratiam, secundum quam factum est, vt habeãt iustitiam si velint, sed talem secundum quam factum ẽ vt habeant iustitiam & rectam voluntatem, qua permanere volunt in eo quod acceperunt, cupientesq; deo adhærere iugiter, spiritum acceperunt, qui postulat pro ipsis gemitibus inenarrabilibus, hoc est spiritum, qui postulare illos facit, & vigilare omni tempore, vt perseuerent in bono quod acceperunt. Hactenus dogmata venerandi patris Augustini, quin potius sancti spiritus ex propheticis Apostolicisq; doctrinis elucidata, declarata, demonstrata in libro de correptione, & gratia. Habemus præterea & Bernardi doctrinam de huiuscemodi libertatis gradibus in libro de gratia & libero arbitrio demonstrantis ex scripturis primo homini datam esse arbitrij libertatem qua peccare posset, & non peccare. Data est inquiunt, non vt inde peccaret, sed vt gloriosior inde appareret si non peccaret, cum peccare posset. Ipse autem abutens potestate hac corruit de posse non peccare, & de posse non turbari in non posse non peccare, & de posse non turbari in non posse non turbari, solaq; remã

Aliud adiutorium gratiæ sub innocẽtiæ statu.

aliud sub libertate Christiana.

Bernardus.

Libertas arbitrij, qua peccare posset cur data est primo homini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit ad pœnam libertas arbitrij, per quam cæteras amisit libertates. Hanc ergo libertatem arbitrij, quę est naturę ratio nalis conditio, amittere non potuit vlla creatura rationalis. Vtriusq; autem alterius libertatis gradum summum tenēt beati in cœlo, nos in hac vita iustificati, infimum.
Impij autem damnati seruata sola libertate arbitrij, nullum habent vtriusque libertatis gradum, sed ligatis manibus & pedibus, id est, ablato prorsus auxilio gratuito, quo liberentur a voluntate peccandi & a miseria, proiecti sunt in sempiternas tenebras, vbi sit illis sempiterna pœna, quibus est voluntas peccandi perpetua, qui sicut nunc̄q; volunt reluctari peccato, sic nunc̄q; possunt pœnam declinare peccati.
Quanam autem ratione deus & beati in cœlo, qui peccare non possunt, & spiritus item damnati, qui sese ex mala voluntate in bonam voluntatem non possunt conuertere, liberi sunt arbitrij, alibi dicetur cū tractabit̄ de libertate arbitrij.

¶ *Sequitur quarta huius capituli pars tradens diffinitionem libertatis Christianæ.*

HActenus de interpretationibus nominum libertatis, & seruitutis, & de distinctionibus, ac diuisionibus eorum, de quibus scripturę sermo loquitur. Reliquum est iā in hac tertia parte demonstrare, quęnam sit vera Christiana libertas. Verum in primis de libertate hac Christiana recitabim⁹ hæresim quandā antiquam ante mille et quingentos ferme annos, ex qua manifestum erit Apostolos palam & ex industria spiritu sancto motos scripsisse contra heresim, qua nunc vtitur insaniens hæreticorum caterua decentium homines iam factos per Christum liberos, esse exēptos ab omni humana potestate, adeo vt etiam ex temporalibus bonis non debeamus tributa dare Cęsari, in tantum que creuit eorum vesania, vt etiam tradant omnia bona debere omnibus esse communia. Fuit autem heresis Iudę cuiusdam Galilei docētis nullum in hac vita debere vocari dominum, nisi solum deum, eosq;, qui iam facti sunt adoptionis filij, soluentes deo decimas, propter libertatem assequutam nō debere subijci humanę potestati, necq; debere dare tributa cę-

Hæresis antiqua de libertate Christiana.

sari,

sari, quæ sanę heresis, vt diuus inquit Hieronymus in commentarijs epistolę ad Titum, temporibus Apostolorum adeo creuerat, vt etiam pharisęorum, & multam partem pōpuli contineret, ita vt ad dominum quoq; saluatorem hæc quæstio referretur, licet censum dare Cęsari, an non. Cui respondens dñs ait, Reddite quæ sunt cęsaris cesari, Cui responsioni Paulus apostolus congruens, docet credētes debere esse subiectos ac obedientes principibus & potestatib⁹. Hactenus Hieronymi doctrina, ex qua præsertim tria considerare possumus. Primum, quod errorem eorum, qui docent credentes neq; debere obedire principibus & potestatibus, neque oportere soluere tributa cæsari appellat hæresim. Secundum quod hęresim hāc dicit nō esse recenter exortā, sed & extitisse tpibus Apostolorū. Tertium, quod obedire & subditū esse sublimioribus potestatib⁹ sit præceptū. Si præceptū est, seq̄t principatuum imperia atq; decreta non est de numero eorū, quę solummodo sunt Christianis hominibus ad vitandum magis incommodum a principibus ipsis inferendum, equanimiter ferenda seu toleranda, tanq; solum sit parendum ipsorum imperijs, ne ira prouocati contra nos seuiant, quemadmodum seru⁹ a tyranno captiuus paret imperio tyranni, non habentis vllum ius imperandi. Sequitur, inquam, principatuum imperia non esse de talium numero, sed esse de numero eorum, que & in se sunt iusta, & profecta ab his principatibus, qui potestatem habent ius dicendi, leges condendi atq; imperandi pro pace, tranquillitate, ac concordia reipublicæ. Atq; ita iuxta Pauli apostoli doctrinam nos oportere esse subditos illis non solum propter iram seu vltionem vitandam, sed & propter conscientiam, quæ, vt inquit Paulus, resistens potestati, sibi damnationem acquirit, quę et si ad tempus præsens aliquo, vt inquit Ambro. pacto euaserit, futurum tamen iudicium non est euasura, vbi eadem accusante conscientia punietur, quisquis hic principatibus ceu dei ministris subditus esse recusauerit. Habes igitur hāc hæresim confutatam ex doctrina Christi, & ex doctrina itē Pauli Apostoli, tum ad Rom. 13. tum ad Titum .3. quemadmodum & latius patebit ex sequentibus.

Præceptum dei est obedire sublimiori potestati

Non propter vltionem solum præsentis uitæ, sed & propter conscientiam obedire oportet superioribus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iam de libertate Christiana videamus, quid nam sit, & quæ nam sint proprietates eius, a quibus itē vinculis ac seruitutibus, libertas hæc faciat homines liberos, & vt facilior hac in re veritas videatur, recolere oportet, qualis seruitus, qualis captiuitas, quę nam vincula irruerunt in vniuersum genus humanum per Adæ peccatum, quia iuxta dialecticorum regulam, Oppositа iuxta se posita magis fiunt manifesta, libertas autem Christiana, cum sit libertas per Christū impensa humano generi, est oppositа captiuitati & seruitutī, quę intrauerunt in humanum genus per Adæ peccatum. Hæc est Apostolica doctrina, Sicut per Adam peccatum intrauit in mundum, Ita per Christum iustitia, & sicut per Adam ęterna mors, ita per Christum vita æterna, & quemadmodum per Adam seruitus & captiuitas in vinculis diaboli, in tenebris & miserijs, ita per Christum libertas est ab huiusce modi vinculis. De his igitur in hac parte communes quasdam afferemus sententias. Prima est.

Libertas Christiana opponitur captiuitati, quæ facta ē per Adæ peccatū.

Prima sententia.

Libertas Christiana est conditio quædam hominis liberati per gratiam domini nostri Iesu Christi a captiuitate & seruitute peccati a reatu ęternæ mortis, vt iam liberatus seruiat deo in sanctitate & iustitia coram ipso. De qua Paulus Apostalus, Lex spiritus vitæ, quę est in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis, liberati autem a peccato, seruiti facti estis iustitię, vt sicuti olim captiui exhibuistis membra vestra seruire immunditię & iniquitati, ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē ad, Ro. 6.

Secunda sententia.

Secunda sententia. Quis secundum libertatē euāgelicam, quisq; vere Christianus sit liberatus a dominio peccati, a reatu seu vinculo mortis æternæ, sempiternicq; exilij, ex seruo iræ, factus filius adoptionis æternę vitæ, factus iam socius inter ciues sanctorum & domesticos dei, restitutus in gratiam cœlestis paradisi, de vana conuersatione huius sæculi translatus in voluntarium obsequium Christi, nō sic tamen est a peccato & a morte liberatus, vt non amplius habitet in eo peccatum, neq; sic etiam, vt non amplius peccatū contra ipsum pugnet, neq; item sic, vt prorsus sit liber a morte, a corruptione corporis huius, sed sic, vt neq; peccatum amplius

plius in eo regnet, neq; ipse amplius obediat desiderijs peccati, & sic vt per mortem hanc transitoriam ad resurrectiōis gloriam veniat tandem in corporis immortalitatem, in quā Adam cum tota sua posteritate fuisset absq; morte translatus, si nemo peccasset. Hęc omnia sunt certissima fidei Christiāę documenta, quæ longe lateq; ex scripturis sacris demonstrauimus in lib. de captiuitate & redemp. humani generis.

Tertia sententia.

Tertia sententia ex superioribus manifesta. Pleniorē libertatem habuit Adam ante peccatum in paradiso, q̄ sit libertas ea quam nunc vocamus Christianam seu euangelicā, qa iā hō per Christū Iesum liberatus, in hac vita subiectus est multis miserijs & seruitutibus, ignorantijs, difficultatibus, ac impedimentis, bene operandi pronitatibus ac stimulis ad malum, a quibus liber erat Adam in paradiso. Hoc adeo in Christiana philosophia est manifestum toties q; ex scripturis sacris supra demonstratum, vt videatur superfluum esse idipsum hic repetere. Et ideo homo, qui nunc secundum spiritualem hanc libertatem vere liber indiget ad bene viuendum auxilijs multis, quibus nō indiguisset, si mansisset, sub innocentiæ statu, iam propter Adę peccatum subiectus multis ignorantijs & imbecillitatibus, indiget aliorum consilijs, instructionibus, directionibus, admonitionibus, correptiōibus, coercitionibus, imperijs legum, & superiorum potestatum, quibus non solum coerceatur insolentium hominum audacia, sed & pręseruetur ac custodiatur etiam iustorum hominum innocentia. Quarta sententia.

Quarta sententia.

Libertas multiplex.

Libertas Christiana, in quam per Christum vocati sumus in hac vita, non est ea qua vnicuiq; permissum facere qd̄ libet, neq; item ea qua quisq;, prout vult absq; vllo impedimento viuit & operatur non impeditus vnā aut alterā partem eligere, neq; item est facultas absq; impedimento iuste viuendi aut faciendi, quod lex iubet neq; etiam est quam iurisconsulti definiunt esse naturalem difficultatem eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur, neq; item est naturalis potestas liberi arbitrij potentis membra sua accommodare, vt seruiant, aut immunditię & iniquitati, aut iustitię in sanctificationem. Patent hęc vniuersa.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libertas carnis opponitur libertati Christianæ.

Nam libertas qua quisq; liber est, vt viuat prout libido fert animi, secundum desideria sua, est libertas carnis, ex diametro pugnans cū libertate Christiana, quēadmodum ait Paulus, Vos in libertatē vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, id est, secundū desideria carnis vestræ, sed per charitatē seruite inuicem. Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis, ad Gal. 5. Vnde & hæc libertas carnis a grammaticis licentia dicitur, quę est impunita quędam facultas agendi quod velis. Item libertas absq; impedimento, & difficultate iuste viuendi, non est in hac vita homini possibilis, qa multa adsunt hoī impedimēta, multæq; difficultates, quibus hominis animus in bene viuendo fatigat, quemadmodū ait Apost. Non quod volo bonū hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio. Inuenio legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Deniq; naturalis liberi arbitrij potestas, potentis membra sua exhibere ad seruiendum iustitię & peccato, non est ea quam vocamus Christianam. Illa nempe potestas naturalis arbitrij, est in homine nondum per gratiam Christi liberato, qui & si ex solis liberi arbitrij viribꝰ nequeat iuste viuere, eadem tamen vis est, quæ iuste viuit, præsente gratia dei atq; iusticia. Quinta sententia.

Quinta sententia.

Libertas Christiana fundatur in gratia dei & charitate, & ideo q̄to vniuscuiusq; hominis Christiani animus magis est liber ab impedimentis & difficultatibus distrahentibus eum a charitate, quę est in Christo Iesu, tanto magis est liber secundum libertatem hanc Christianā, magisq; accedit ad diuinæ dilectionis libertatem, quæ erat sub innocētię statu, vbi nullum erat impedimentum, nulla difficultas ad perseuerādum in dilectione ista. Sententia sexta.

Sexta sententia.

Ex sententia supra dicta sequitur sexta. Voluntarie ꝓmanere in castitate, in cœlibatu, atq; abhęrere a sese diuitiarum curas & sollicitudines, & nō sese implicare militiæ sub principibus huius mundi, aut negotijs sęculi, rebusq; ꝓphanis, adiuuat & auget libertatem hanc Christianam. Nā q̄to quisq; magis fuerit auulsus a delitijs carnis, a curis huius sęculi, a sollicitudinibus filiorum, vxoris, atq; cęterorum, quæ sunt

sunt mundi huius, tanto magis est liber ea libertate, qua, vt inquit Apost. Christus nos liberauit, quia hoc ipso magis est aptus cogitare ea, quæ dei sunt, orare deū, & sedere cū Magdalena secus pedes domini, atq; audire verbum illius. Hæc sententia patet ex doctrina Pauli Apost. prim. ad Corin. 7. inuitantis Corinthios ad cœlibatū, tanquam ad id quod honestius est, & quod facultatem præbet sine impedimento dominum obsecrandi, q̄to autem vnicuiq; minꝰ est impedimēti distrahētis cor ipsiꝰ a dilectiōe diuina, tanto magis est liber ad diligendū deum. Proinde & libertas hęc Christiana magis suscipit & minus. Ex his facile est considerare, liberā professionem regulę monachalis, spontaneamq; acceptationē cœlibatus, ordinisq; sacerdotalis, neq; tollere, neq; impedire, neq; diminuere libertatem Christianā, sed augere potius atq; promouere, q̄uis hęc minuant libertatem eā, secundū quā quisq; fuerat indifferens ad plura, quæ sibi iam in hoc statu non licent prīdem licita. Atq; ita libertas, qua liceat alicui vxorem ducere, & militię, sæcularibusue negotijs implicare sese, neq; est de ratione libertatis euangelicæ, neq; etiam auget, sed diminuit potius. Sententia septima.

Libera ꝓfessio regulæ monachalis, statusq; sacerdotalis, et cœlibatus augent libertatem Christianam.

Sententia septima.

Libertas Christiana, neq; a seruitute corporali, iure ciuili aut gentium introducta, eximit hominem, neq; a suorum superiorū imperio aut lege, neq; a debito soluendi tributa & vectigalia principibus tanquam dei ministris constituta, neq; a votis et constitutionibus ad cœlibatū cōstringentibus, quibus se quispiā sua sponte subiecit. Libertatē Christianā nō eximere Christianum a seruitute corporali, plane docuerūt Petrus & Pau. Apost. Serui, inquit Pet. subditi estote in oī timore dñis, nō tm̄ bonis & modestis, sed & dyscolis. Hęc est enī gra, si ꝓpter dei cōscientiā sustinet qs tristicias, patiēs iniuste. Quę est enī gra si ꝓpter peccatū colaphizati, sustinetis, sed si bñfacientes patiēter sustinetis, hęc ē gra apud deū, 1. Pet. 2. Oportet ergo seruos Christianos subditos esse dñis etiā asperis, & impie tractātibus. Nā & sub his potest iusta esse seruitus orta vel ex natiuitate, vel ex propria volūtate, vel ex peccato, vel ex bello iusto, sicuti & apud eosdē dños dyscolos iusta potest esse tpalium bonorū possessio. Qui iure potest occidi, iuste potest in seruitutem perpetuam mācipari.

Libertas Christiana nō eximit seruū a seruitute corporali.

Sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic Paulus, Serui, inquit, obedite dominis carnalibus cum ti more & tremore, & in simplicitate cordis, sicut Christo nō ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem illius, ad Ephe. 6. Item pri. ad Timo. 6. Quicumq; sub iugo serui sunt, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur, hæc doce, hęc exhortare.

Libertas Christiana nō eximit seruū a seruitute corporali.

Libertas igitur Christiana, quam quisq; in baptismo assequitur, neq; manumittit, neq; liberat ipsum a debito seruitutis, quam debet domino etiam ethnico, sub quo etiam tenetur patienter ferre iniurias, & id quidem non ex debito seruitutis, sed ex lege charitatis, cedens improbitati ipsius.

Christianus non ē liber a superiorū potestatum legibus & præceptis, neq; a debito soluendi tributa.

Item libertatem Christianam non eximere hominē neq; a superiorum imperio aut lege, neq; a debito soluendi tributa & vectigalia, patet ex doctrina Pauli ad Ro. 13. & ad Titum. 3. & ad illum sensum declarant textus illos, Hiero. August. Amb. Cypri. cæteriq; patres vniuersi. Vnde Hieron. tractans illud ad Titū. 3. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, obedire ad omne opus bonum. Tale quid, inquit, & ad Romanos scribitur, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Non est enim potestas nisi a deo. Quod quidem præceptum, & hic, & ibi propterea puto ędictum, quia Iudę Galilęi per illud tempus adhuc dogma vigebat, & habebat plurimos sectatores, cuius & in Actis Apostolorū. 5. fit mentio, scriptura referente. Ante hos enim dies surrexit Theudas, dicens, quędam se esse magnū, cui appositi sunt viri quasi tria milia, & post hunc surrexit in diebus census Iudas Galilæus, qui inter cætera hoc quoq; quasi probabile ex lege, proferebat, nullum debere dominum vocari, nisi solum deum, & eos qui ad templum decimas deferrent, Cæsari tributa non reddere. Quę sane hęresis in tantum creuerat, vt etiam pharisæos, & multam partem populi conturbaret. Hactenus Hieronymi doctrina, de qua & in principio huius partis iam diximus.

Per Christianam libertatem nō liberatur homo a votis & iuramentis.

Cęterum liber tatem Christianam non eximere fideles a promissionibus, a votis ac iuramentis deo factis, docuit scriptura, Si votum voueris domino, ne moreris reddere, Eccles. 7. Item si votū voueris

ueris domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requirens quęret illud deus tuus a te, & facies donum, quod locutus es ore tuo. Si autem nolueris polliceri, absq; peccato eris. Deutero. 23. Ex his similibusq; scripturis ecclesiastici patres Cyprianus in libro ad Quirinum, Hierony. contra Iouinianum, Augu. Amb. multis in locis docuerunt, vouere esse libertatis & consilij, vota autē soluere esse necessitatis & prȩcepti. Et ne qs putet hæc esse ceremonialia veteris legis prȩcepta, & ideo nō ligare nos iam per Christum factos liberos, audiamus Esaiam qui prophetico spiritu prȩuidens tempus Christianę libertatis post Christum passum de votis & solutionibus eorum sic loquitur capite. 19. Colent deum in hostijs, in muneribus, & vota vouebunt domino, & soluent. Cæterum si seruare homini fidem promissionis, aut iuramenti non sit ceremoniale, sed moralis, & naturalis iuris, multo magis iuris naturę est seruare deo fidem voti seu promissionis ac iuramenti. Demum frangere votum esse damnabile, non solummodo ex lege veteri, sed etiam ex noua lege probauerunt Cypria. Hieronymus, Amb. Theophylactus, Augustinus, & cęteri posteriores vniuersi catholicæ fidei tractatores.

Ecclesiastici patres ab initio ex scripturis probauerunt, quod frangere votum, sit damnabile.

Theophylactus tractans illud primæ ad Timo quinto de viduis habentibus damnationem, quia primā fidem irritam fecerūt. Fidem, inquit, conuenta dicit Apo. & pactiones, quas cū Christo pepigerant. Damnabile est igitur promissionem ac professionem semel Christo factā facere irritam. Vnde & pactionem hanc cum Christo initā beatus Ambrosius appellat professionem. Prohibet, inquit, adolescentulas viduas in hac professione suscipi. Dānationi fit obnoxius, q ab hoc declinat, quod recte fecerat, secūdas sci licet nuptias respuens & Christo nubens.

Fidem primā irritam facere.

Sic & Augustinus varijs in locis fidem hāc irritam facere appellat, irā gere votum cotinentię in libro ad Pollentium, in libro ad Iulianam de sancta viduitate, & in comentarijs psal. 75. Pari quoq; forma interpetatur idipsum Hieronymus in libro aduersus Iouinianum. Proinde Cyprianus in tractatu de habitu virginum, Hiero, cōtra Iouinianū, Theophylact⁹ in commentarijs. 1. ad Corin. 7. Amb. & Aug. tractātes ỳbū

Verbū Apostoli, Si nupserit uirgo nō peccat, uniformiter interpretati sunt patres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostoli, Si nupserit virgo, nō peccat, vnanimiter interpretant, dicentes, nō illā virginem esse intelligendā, quæ semet dei cultui dedicauit. Harū enī si qua nupserit, inquiūt, habebit dānationē, qa primā fidē irritā fecit. Si aūt de viduis hoc dictū esse qs obiecerit, ḡto magis de virginibus, inqt Hiero, prætualebit, cū etiā his nō liceat, quibus aliqñ licuit. Virgies enī, quę post consecrationē nupserīt, nō tam adulteræ sunt, ḡ incestæ. Vnde Eccles. 5. Noli festinare in ore tuo, & cor tuū nō festinet ad proferendū verbū in conspectu dei, quia dē⁹ in cœlo, & tu super terram, propter hoc verba tua sint pauca. Cū votum voueris deo, ne moreris reddere illud, quia nō est voluntas dei in insipientibus. Quæcūq; voueris, redde, melius est non vouere, ḡ vouere & non reddere. Hactenus ille, admonens, ne corā deo facile aliquid promittamus, & sine cōsideratione viriū voueamus ea, quæ implere non possum⁹. Nā ruina est hoī deuotare sanctos, & post vota retractare. Prouer. 20. Sic & Au. li. 1. de adulterinis cōiugijs, cap. 24. ostēdens testimonijs scripturę, quod īplere votū sit diuini iuris. Quemadmodū nemo potest, inquit, vxorē dimittere, & aliam ducere, ḡ tumlibet videatur recta esse intentio ipsius dimittentis, veluti si propterea velit aliā ducere, vt fiat Chriſtiana. Ita etiā quisq; nō alligatus vxori continentiā deo vouerit, nullo modo debet ista cōpensatione peccare, vt ideo credat post votū sibi vxorē esse ducendā, quia promisit, quæ nuptias eius appetit se fore Christianā. Quod enim cuiq; añs vouisset licebat, cū id se nunḡ facturū vouerit non licebit, si tamen id vouerit, quod vouendū fuit, sicuti est perpetua virginitas, & continētia post experta connubia soluris a vinculo cōiugali, vel ex cōsensu viuētibus, & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus. Hæc ergo & si quæ alia sunt, quę rectissime vouent, cū homines vouerint nulla cōditione rūpenda sunt, qa & hoc dñm pręcepisse legimus, vbi dicit, Vouete & reddite domīo deo vr̄o. Vnde & Apost. de qbusdā, quę cōtinentiā vouēr, & postea nubere volunt, quod eis vtiq; anteqū vouissent licebat, & iā nō licet, docet Timotheū episcopū super cōtinentiæ voto factēdo per viduas sustentandas ecclesię sumptibus, Viduas, inqt, honora, quę verę viduę sunt, viduæ

Ligatus uoto continentiæ non potest uxorem ducere, etiam etsi uxor ducenda promittat se fore Christianam.

Perpetua uirginitas & celibatus cadunt sub uoto.

viduæ eligatur non minus sexaginta annorū, ć. Adolescentiores aūt viduas deuita. Cū enim luxuriatæ fuerint .i. in deliciis & luxu vitam egerint in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidē irritā fecerunt, prim. ad Timo. 5. Quid est hoc? viduas honora, quæ verę viduæ sunt. Certe hoc, o Timothee, eas viduas ad ministerium recipias sumptibus ecclesiæ sustētandas, quæ veræ sunt viduæ, destitutæ scilicet amore huius mūdi. Adolescētiores aūt viduas deuita. i. ad huiusce modi professionē nō susćipias. In eandē sententiā cōueniunt Basilius & Chryso. Basilius quidē in lib. de vita solitaria. Caueamus, inquit, ne cadam⁹ ī crimē Ananiæ, cui ab initio licebat possessionem nō promittere cuiq;, semel aūt cōcessa in ꝓposito cōsistere debuit. Proinde & pœnas subito dedit, & talē cōtra se indignationē dei mouit, vt pœnitētiæ locum non inueniret. Igit̄ ab initio cuiq; licet siue cœlibē esse, siue in matrimonio vitā agere, qñ vero se deo semel autorauit p vitæ cōtinentiā, ꝓpetuāq; castitatē, hoc detrectare nō licet, nec aliter, ḡ aliqd̄ munus, aut hostiā deo sacrā sese illi custodit, ne reos sacrilegij nos dñs accuset, si dicatū ei corp⁹ rursus ꝓphanis reb⁹, & coīs vitæ ministerio sordidemus. Hæc Basi. docēs Ananiā iā deo ꝓmisisse possessionē suā, & sacrilegiū esse corpus suū semel deo dicatū p cœlibatū, rursus prophanis rebus, nuptijsq; sordidare. Similiē etiā mō factū Ananię in Actis Apo. interpretat̄ Cyp. lib. 3. ad Quirinū. Itē Chrys. cōtra vituperatores vitę monasticę, docet monachos deuouere se deo liberos matrimonij vīculis.

Basilius & Chrysostō. ex scripturis demonstrant dānabile esse uelle nubere post uotum continentiæ.

En vides ecclesię colūnas sanctissimos patres Cypriānū, Basi. Hiero. Am. Chrys. Augu. insuper & Theophylactum ꝓrsus esse cōcordes in scripturarū interpretatiōibus, & in ecclesiasticis dogmatib⁹ hactenus ab ecclesia receptis, de votis et votorū fractiōibus, oēsq; vniformiter decuisse, dānabile esse fidē seu fidelitatē, ꝓmissiōis deo factæ irritā facere, & incestū esse atq; adulteriū, virginē deo sacrā viro nubere, et idcir co scripturā, quę dicit, Si nupserit virgo, ć. itelligendā esse de virgine soluta, quę videlicet, neq; viro nupta ē, neq; Christo dicata. Vñ venerabilis Benedict⁹ ī regula. Sciat, inqt, scilicet violator ꝓfessiōis monachalis se illudēdū ab eo quē illudit,

Concordia patrū ante. 1200. annos de uotis.

Sententia octaua.

Octaua sententia. Is qui secundum veram Christiã nam libertatem est liber supra ea, ad quę iure diuino tenetur multis potest modis fieri obligatus alteri. Primum ducẽ do vxorem, nam maritus alligatus est legi coniugali q̃ diu viuit vxor eius, & econtrario. Siquidem, iuxta Pauli doctri nam, neuter habet potestatem sui corporis, cum vterq̃ ante matrimonium liber ab huiusce modi vinculo fuerit.

Liber secundum Christianam libertatem multis modis potest esse debitor hominis.

Deinde Christianus potest fieri obligatus alteri faciendo cõ tractus prophanos, quibus vltro citroq̃ nascitur obligatio. Vnde Salomon Prouerbiorũ .22. Qui accipit mutuum, ser uus est fœnerantis. Proinde secũdum iurisperitos, Debitor est quasi seruus creditoris. Tertio potest Christianus fie ri debitor alteri homini, locando operas suas. Quarto fa ciendo se sua sponte seruum & ministrum alijs. Quinto potest fieri debitor prefecto reip. tam spirituali, q̃ temporali. De temporali patet ad Rom.13. & ad Titum .3. sicuti dictũ est. De spirituali patet, pri. ad Cor.9. vbi Paul. iuxta doctri nam Euangelicam, docet plebem seu gregem obligari suo pa stori ad alimoniã vitæ. Vnde plebs & pastores sibi mutuo obligantur, hi quidem ad seminandum spiritualia, plebs ve ro ad corporis alimenta.

Sententia nona.

Sententia nona.

Libertas Christiana si restitueret hominem prorsus in eam libertatem, in qua fuit natura humana sub innocentiæ statu, faceret omnes possessiones esse communes omnibus, constitueretq̃ homines liberos ab omni dominorum seruitu te, & ab omni legis molestia, siquidẽ in illa libertate omnia fuissent communia omnibus, manssissentq̃ oĩa sic cõmunia, si neq̃ ipse Adam peccasset, neq̃ quispiam posterorum eius.

Nunc autem libertas hæc per Christum dominum im pensa, facit quidem homines in hac vita liberos a captiuitate & seruitute, quæ intrauerunt per Adæ peccatum, sed nõ ple nam restituit hominibus in hac vita libertatem illã, & ideo non facit nunc omnia bona sic esse communia omnibus ma nentibus nobis etiam per Christum liberatis ab adolescẽtia ad malum pronis.

Obiectio.

Quod si dixeris ius naturæ esse im mutabile, indelebile, atq̃ irreuocabile. Si ergo iuris naturæ tum fuit omnibus esse communia, etiam hoc ipsum erit nũc naturæ

naturalis iuris. Respondeo. Naturę humanę, integrę, seu sanæ, ac non vitiatæ, semper quidem congruit omnia es se communia. Naturæ autem iam infirmæ ac vitiatæ, nõ sic hoc ipsum congruit. Alia est lex, naturę sanæ congruens, alia vero lex, congruens naturæ iam vitiatæ ac ęgræ. Proinde lex illa naturę, neq̃ est reuocata, neq̃ mutata, tametsi immu tata sit natura humana, & ideo nunc post lapsum, natura hu mana vitiata rerum appropriationes iustis rationabilibusq̃ hominum voluntatibus sunt factę ad præcauendum mala, et incommoda, quę alioquí futura erant in republica, si omnia mansissent communia. Quemadmodum regula medicinalis docens vinum esse potum humanæ naturę congruẽtem, nõ fieret falsa aut reuocata, si omnes homines inciperent febrici tare. Intelligitur nempe regula illa non nisi de hominibus sanis. Sic & lex disponens omnia esse communia omnibus, non de alijs disponit hoc, pręter q̃ de hominibus, qui sunt na turæ integrę, & non vitiatæ vllis prauis cupiditatibus plus habendi, q̃ conditioni naturæ sat est. Hominibus autem iã in præuaricatione primi hominis vitiatis, auidis diuitiarũ glorię & honoris, ab adolescentia sua pronis ad malum, se cundum corruptionem naturæ contra rationis ordinem ad coitum & gulam inclinatis. Si manerent omnia commu nia omnibus, terræ maneret inculta, redigerenturq̃ in soli tudinem. Aperta item esset via hominum fraudibus, ac cu piditatibus, boni haberent peius, quęrentes panem in sudo re vultus. nec plus sumentes q̃ naturæ sat est, mali autem ha herent melius, volentes viuere in otio & saturitate, etiam oc cupantes ea quę necessitatibus bonorum, aut aliorum essent necessaria, quibus malis atq̃ incommodis iam per rerum ac possessionum appropriationem est obuiatum, non qui dem prorsus atq̃ omnino sic perfecte, vt mala hæc iam re bus appropriatis non contingãt vnq̃, siquidem robustiores atq̃ tyranni plærumq̃ per furtum & rapinam etiam nunc plura occupant, q̃ iustum est, per auaritiam etiam diuites su perflua retinẽt, nõ communicantes necessaria his, qui indi gent, sed vt rarius, remediabili° ac cum damno, atq̃ dispẽdio longe minori eueniant, non potest nunc totius reipubli ę subsi

Responsio.

Lex naturæ olim faciens omnia com munia non est im mutata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cæ subsistentia obuerti, sicuti potuit si omnia manerēt cō-
munia omnibus. Sententia decima.

Sententia decima.

Libertas Christiana cum sit fundata in gratia & charita
te, constituens hominem amicum dei & cohęredem Christi
facit homines iam per Christum liberatos habere ius & do-
miniū quoddam in omibꝰ creaturis dei vna cū Christo dño,
quemadmodū ait Apost. Tanq̄ nihil habentes, oīa aūt possi-
dētes, atq; ita etiāipsa Christiana libertas secūdū modū quē-
dam facit omnia esse coīa, siquidem amicorum oīa sunt cō-
munia secundum legem amicitiæ fundatę in charitate, quæ
nō quærit quę sibi solum sunt propria. Ad hūc sensum logt̄
Apostolus ad Ro. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed
pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam
cum illo oīa donauit nobis. Si donatus est nobis Christus, o-
mnium possessionum ac rerum dominus, magis data, est no-
bis oīm rerum possessio, atq; ita Christum habentes sumus
quodamodo dñi totiꝰ mūdi corporalis, vt eo vtamur ad salu
tem. Quempiam habere ius seu dominium in re aliqua, est
cum posse aliquid in re illa, vel circa rem illam non qualiter
cumq;, sed licite, & secundum legem. Tantumq; quisq; ha-
bet iuris & dominij in aliud, q̄tum actionis licet sibi exer-
cere circa illud. Sic dicimus aliquem habere ius, seu
dominium quoddam in agrum aut fundū alterius. Sic & di
cimus ius paternum in filium, ius maritale in coniugē, ius
herile in seruum. Sic per gratiā hoīes credentes libertatem
assequuti, habent ius vtendi omnibus creaturis pro assequē
do fine suo beatifico, potētes assumere oīa tanq̄ arma seu ad
iutoria iustitiæ, etiam mortem ipsam & omnem bonorum
temporaliū rapinā, omnem aduersariorum insultum, atq; ty
rannidē, quibus sit vt etiam ipsi tyranni, & ipsa mors sint
in iustorū hominū dominio. Omnibꝰ dominat̄ iustꝰ, dū etiā
p ipsā mortē tanq̄ p militē officiosissimū adipiscit̄ sibi ęter-
nę beatitudinis triūphū. Hinc forsitā dictū ē canti. 8. Fortis
ē, vt mors, dilectio. Quid enī validiꝰ eo, q̄ vincit mūdꝰ. Hęc
ē, vt mors, dilectio. Quid enī validiꝰ eo, q̄ vincit mūdꝰ. Hęc
ē, inqt Ioānes, victoria, quę vincit mūdū, fides vra. Proīde
& dominatio hęc, quę ē ex titulo gr̄ę sup oīa, secūdior ē, diui
nior, pulchrior, q̄ ea, q̄ ex titulo ciuilis iustitię oborit̄. Illa nē
pe, vt

Libertas Christiana facit hominem iustū quodāmodo omniū rerū dominum omniaq; esse quodāmodo communia.

Quomodo iustus omnibus dominatur, etiā morti & tyrannis.

pe, vtpote ex gratia proueniēs, facit animū bene sibi cōscium,
letū, iucundū, securum, & quietē, permittēs secum quotlibet
dños. Hęc aūt, quę ex titulo ciuilis iustitiæ nascit̄, facit ani-
mū anxium, solicitū, multis curis turbatum. Illa facit omnia
esse cōmunia, secūdū affectū cōmunis & gratuitę charitatis,
quę cū faciat multitudinis credētium esse cor vnū, & aīam
vnā, imo & corpꝰ vnū atq; spūm vnū in dño, cōsequēs profe
cto est, vt & eorū sit vna prius hæreditas, vnꝰ cassus princi
patꝰ, vna dominatio. Iustis ergo oīa sunt cōmunia nō ci
uili dominio, quia iā neq; rapere alienum quicq̄ posset̄, neq;
furtū facere, quippe vtētes suis rebus, neq; itē iustis iam pos
set auferri, aut tolli qcq̄, maneret enim tum res in dominio
ipsius iusti, vbicumq; eas auferri contigerit, quippe cum o-
mnibus omnia forent communia. Communio igitur, secun-
dum quam iustis nunc omnia sunt communia, non est talis,
qualis fuit sub innocentiæ statu, sed secundū affectū gratui-
tę, & communis charitatis vtentis omnibus, prout cōgruit
ad assequutionē ęternę beatitudinis, vbi erit deꝰ oīa in oibꝰ.

Inuentio qua libertate secundum libertatem Christianam, omnibus dominatur est pulchrior, letior, securior.

Iustis omnia communia quō sint.

Vnde & ex consideratione huius, vas electionis, Paul.
docuit Corinthios iam factos Christianos, debere gloriari
non in hominibus, sed in domino. Nam omnia, inquit sunt
vestra, siue, Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus,
siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim
vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem dei, prim. ad
Corinthios. 3. tanquā dicat, Nemo glorietur in hominibus,
quasi illi sint datores gratiarum, aut suum proprium quicq̄
vobis administrent, vestra enim sunt omnia, id est, vestræ v-
tilitatis causa sunt vobis concessa, quibus vtamini, quibus
& iuuemini ac proficiatis in gratia et charitate dei. Siquidē
Paulus, Cephas, & Apollo, dati sunt vobis tanquam mini
sti, per quos deus operatur salutem in vobis. Insuper &
ministerium illud non ex ipsis est, sed vnusquisque habet si-
cut deus illi dedit. Non enim nosmetipsos, inquit Paulus,
prædicamus, sed Iesum Christum, nos autem seruos vestros
per Iesum, secundę ad Corinthios quarto.

Sequitur quinta pars.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Quinta pars capitis huius, in quo soluuntur communes quidem superius recitati cauilli hæreticorum erraniũ in Christiana libertate.*

RElíquum est iam soluere argumenta, quibus probari videtur, homines per Christianam libertatem factos esse iam liberos, & solutos ab omni seruitute dominorum, & ab omni necessitate, ab omni obligatione legis ac præceptorum. Ad id probandum assumpta erant ex scripturis media multa, videlicet, sacrosanctum dei verbum, seu euangelium propositum omni hómini ranquam sufficiens ad salutem. Fides in Iesum gratis iustificans homines. Libertas item facta per Iesum Christũ. Item ducatus spiritus sancti, facientis hominem nõ esse sub lege. Charitas item seu dilectio, quę est finis & plenitudo legis. Ex quibus videtur consequens esse, horum vnumquodq; sufficere ad salutem, at q; ita iusto iam habenti charitatem, non esse opus vllis aliorum legibus aut pręceptis, quibus ceu instructricib⁹ frenis aut calcaribus cohibeatur a malo & iustus fiat.

Pro solutione autem horum generali, sufficiat scire, verum quidem esse, horum vnumquodq; ad salutem sufficere. Sed aduertere oportet, nihil horũ posse esse, nisi adsit charitas, charitatem aũt nõ posse esse, nisi adsit bona volũtas, qua quisq; paratus est & legibus ac pręceptis iustis obtẽperare. Neq; enim potest esse vera spiritus libertas, nisi adsit lex spiritus vitæ, hæc autem est charitas. Lex spiritus vitæ, inquit Paulus, liberauit me a lege peccati & mortis. Sufficit quidẽ charitas, sed hęc non erit, si regnet in corde hominis cupiditas, si rebellio dominetur aut superbia, aut inobedientia. Vnde & de charitatis officijs agens Apostolus, Charitas, inqt, patiens est. i. longanimis, est & benigna, charitas non æmulatur. i. non inuidet, non agit perperam, nõ inflatur, non est ambitiosa, non quęrit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet veritati. Charitas item, iuxta Apostolica diuersis locis pręscripta, reges honorificat, parentibus ac præpositis obtemperat, filijs, sibi q;

Sufficit charitas ad salutem.

Charitatis officia.

sibiq; subditis consulit, eosque dirigit, dominis etiam carnalib⁹ subdita est, omnibus debita soluit, fidẽ promissam nõ facit irritã, non fallit, nõ mentitur. Ex quibus est manifestũ, quod is qui charitatem seu fidem operantem per dilectionẽ, aut libertatem Christianam habet, simul & animum habeat promptum ad omnium virtutum opera. Non mirum ergo, si vnumquodq; illorum ad salutem sufficiat, cum vnumquodq; cætera omnia includat. Cum autem in argumento assumitur, Differẽtia inter legem veteris populi & euangelicam legem populi Christiani esse, quod illa foris fuerit scripta in tabulis, hæc autem intus in cordibus.

Respondeo. Hoc vtiq; verum esse, quemadmodum probant adductę illic scripturę, sed non ideo oportet eos qui per libertatem Christianam facti sunt liberi esse sine lege, aut non esse obligatos ad vllius legis obseruatiam, sed contrarium potius est inferendum. Nam si diligimus deum non possumus contemnere eum precipientem, vt & diligamus proximum & custodiamus mandata eius, & subditi simus superioribus nostris. *Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serua mãdata. Si quis dililigit me, sermonem meũ seruabit.* Et ex opposito antecedentis ad consequentis oppositum argumẽtans subijcit. *Si quis nõ diligit me, sermones meos nõ seruat, qui* sane argumẽtandi mod⁹ in solis conuertibilibus ẽ valid⁹. Hoc est ergo Christum diligere, sermones eius seruare. *Filioli, inquit Ioannes, non diligamus verbo, neq; lingua,* sed opere et veritate. Qui seruat mandata eius, in illo manet & ipse in eo. Primę Ioannis tertio. Nam hęc est charitas dei, vt mandata eius custodiamus. primę Ioannis vltimo. Et in canonica. 2. Hæc est charitas, vt ambulemus. *i.* viuamus secundum mandata eius. *Si dixeris* ex his scripturis esse cõsequens nos quidẽ esse obligatos ad seruandũ legem diuinã, sed nõ ad legum ac pręceptorum humanorum obseruantiã.

Quãuis iustis nõ sit lex posita, non sunt tamẽ sine lege.

Charitas dei est, ut mandata eius custodiamus.

Respondeo. Hoc falsum esse est manifestum ex superioribus, vbi declarauimus secũdum euãgelicam & Apostolicã doctrinam, Christianam libertatem non eximere hominem a seruitutee, a subiectione, & ab obedientia suorum parentũ, dominorũ, ac superiorum potestatũ. Rursus si obieceris

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Differẽ inter nouã & veterẽ legẽ.

ide ſeq inter veterẽ & nouã legẽ nõ eſſe differẽtiã, quę ſolet poni, qd illa ſit foris ſcripta, hęc aũt int9 in corde. Reſpõdeo id cõſequẽs nõ eſſe. Nã & vet9 lex itelligit ea, quæ p Moyſẽ data ẽ in mõte Sinai foris ĩ tabulis ſcripta, Noua aũt lex intelligit ea, quę p Ieſũ Chriſtũ ẽ facta in cordib9 nr̃is p ſpũm ſanctũ in die pẽtecoſtes viſibiliter miſſũ, & q̃tidie inuiſibilit datũ oĩb9 quotq̃t receperit dñm Ieſũ. Sic dicit Ioan. euãge. Lex p Moyſẽ data ẽ, gr̃a aũt & veritas p Ieſũ Chriſtũ facta eſt. Legiſlator Moyſes legẽ foris ſcriptã tradidit populo, legiſlator aũt Chriſt9 intus dedit nobis bñdictionẽ, qua ãbulemus de virtute ĩ virtutẽ, donec videam9 deũ deorũ in Syõ.

Lex nouæ legis ẽ charitas ex gratia fidei in dominum Ieſum.

Quẽadmodũ aũt tpe veteris legis erãt iuſti ptinẽtes ad legẽ noui teſtamẽti, habẽtes ſpũm gr̃ę, & ſpũm fidei, q ĩ ꝓpter hoc nõ erãt ſoluti a pręceptis legis p Moyſẽ datis, ſed legiti me vtebant illis. Ita & tpe noui teſtamẽti hoĩes iuſti nõ ſunt ſoluti a pręceptis poſitiuę legis foris ſcriptis ad cuſtodiã fidei & charitatis. Verũ vtrobiq̃ charitas hoc operat vt præceptũ nõ ſolũ metu pœnæ, ſed libera & ſpõtanea volũtate impleatur, atq̃ ita charitas facit quidẽ aĩm a cõditiõe ſeruilitatis, & a legis formidine liberũ, ſed nõ facit animũ ab obſeruantia legis exemptũ & ſolutũ. Q̃nãuis aũt in gñe dicta hæc ſufficerẽt, vt tñ videam9, q̃ perperã & ad q̃ alienũ ſẽ ſum hęretici ſcripturas torquẽt, eaſdẽ q̃q̃ ſigillati interpretabimur. Ad teſtimoniũ igit primũ q̃ dicit, Omnis qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet, Patet reſpõſio ex ſuperiori libro multis in locis ſepius repetita. Qui enĩ credit in Ieſũ, credit & oĩbus ꝙbis, ſermõibus, ꝓmiſſionib9, & eõminatiõibus eius, atq̃ ita credit, vt ex hac ſua fide, quẽadmodũ aĩt Ioan. vicat mũdũ, deum diligat, & diligẽdo reſurgat a peccatis ſuis, & odio habeat illa, ꝓ qbus tollẽdis Chriſtus eſt mortuus, aliog fides ſine operibus mortua ẽ. Nã ſi habuerit oẽm fidẽ, adeo etiã fortẽ vt mõtes trãſferat, charitatẽ aũt nõ habeat, nihil ei ꝓdeſt ad ſalutẽ, atq̃ ita credere in Ieſũ includit volũtatẽ bonã ſeruãdi oĩa, quę Chriſtus ꝓcepit iuxta ꝓſcripta euangelij præcipiẽtis obediendũ eſſe parentibus, tã carnalibus, q̃ ſpiritalibus, quẽadmodũ & latius infra patebit. Ad aliud teſtimoniũ ſcripturę, Si fili9 vos liberauerit, vere lĩ beri

Credere in Ieſum quid ſit.

beri eritis, Dicim9. Ex ſcripturis ſacris in ſuperioribus liquido demõſtrauim9 hoc eſſe intelligẽdũ, nõ de oĩ gñe libertatis, neq̃ enim de illa, quę eſt libertas a miſeria, & a captiuitate in lege peccati, & a ſeruitute dñorum tpaliũ, qualis libertas ſcilicet ab oĩ malo erat ſub innocẽtię ſtatu, ſed de libertate Chriſtiana, qua liberi ſum9 a dñio peccati, a reatu mortis ęternę, a iugo legaliũ pręceptorũ veteris legis, facti iã filij dei cohere des Chriſti, tãdẽ tranſferendi in libertatem conſummatam, pleniſſima pace ſecuram, atq̃ perpetuam ab omni malo libe rã. Vnde carnales Iudęi, Ioannis .8. ſecundum carnem, vt inquit ibidem Chriſtus iudicantes, neq̃ ſpiritualem libertatem, neq̃ ſpiritualem ſeruitutem intelligentes Chriſto dicente. Si mãſeritis in ſermone meo cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberabit vos, vane iactabãt ſeſe liberos eſſe, & dixerunt, Semẽ Abrahę ſumus, & nemini ſeruiuimus vnq̃, quõ tu dicis liberi eritis, reſpondit eis Ieſus. Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis, aperte inſinuans, libertatem quam præſtare venerat in hac vita non eſſe libertatem a ſeruitute corporali, aut ab obligatione legis, ſed eſſe libertatem a ſeruitute peccati, per quam libertatem ſint trãſituri in libertatẽ gloriæ cõſummatã. Peccans autẽ, ſit ſeruus peccati, vocabulo ſeru9 appellato nõ a ſeruãdo, neq̃ enim peccator in vita ſeruãdus ẽ a morte p peccatũ, neq̃ etiã ſeru9 peccati efficit quaſi coactus aut metu pœnę, p cõ, ſeu tyrãno, vel deſiderijs peccati in carne habitãtis ſeruiat, ſed qa ſua ſpõte ſeſe ſubijcit ẽs vilitati peccati, nõ poteſt ſeſe a peccato, neq̃ a reatu mortis ęternę liberũ facere, niſi Chriſtus dei fili9 illũ liberauerit, et hęc ẽ Chriſtiana libertas. Nemo ergo, inqt Au. dicat Chriſtian9 ſum, liber ſum, in libertatẽ vocat9 ſum, faciam qd volo, nemo me ꝓhibeat a volũtate mea, ſi p Chriſtũ vere ſim fact9 liber. Seru9 eras cupiditatis, iã fact9 ſeru9 charitatis, iuxta apoſtoli Pauli admonitiõem ad Gala. 5. Vide ne abutaris libertate, ſecũdũ deſideria carnis. Nã libertas qua gſcq̃ viuit ꝓut libido fert animi ſecũdũ deſideria ſua nõ vera ẽ libertas, ſed ſeruit9 peſſima ſecũdũ quã rõnalis aĩm9 a deo vero bono abſtract9 blãditijs carnis illect9 in ſuũ vadit iteritũ & ꝓceps fertur in mortem.

Peccans quomodo eſt ſeruus peccati.

Libertas peſſima qua impune quis uiuit prout libet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diabolus q̃uis teneat hominem inuitum atq; inuoluntariũ in seruitute miseriæ, quam peccator quisq; patitur inuitus, in peccato tamen, iuxta hanc pessimam libertatem, tenet hominem voluntarium, quamobrem hæc eo periculosior est libertas, eoq; deterior, quo magis spontanee quispiam viuit secundum animi sui libidinem. Tale quid, inquit Bernar. faciunt homines, dum peccãdo lętantur, quale faciunt phrenetici cũ rident. Talis, inquit August. est voluptas cibus hominis peccatoris, qualis est esca piscis dum hamo inescatur, qui deuorans cibum in quo latet hamus, delectatur, nec sentit, donec hamo trahitur. Nulla verior est miseria, nulla vilior seruitus, q̃s ea quę est in peccatis falsa lætitia. Ex libertate ergo per Christum nobis impensa, non sequitur hominem esse liberum ob obedientia, a seruitute, & subiectione humana.

Vbi spiritus dei, ibi libertas.

Ex eodẽ fundamento patet intellectus sentẽtię Apostoli dicentis, Vbi spiritus dei, ibi libertas. Ex sententijs cohærẽtibus liquido patet, verbum illud intelligi, non de libertate, quæ est licentia quodlibet impune faciendi, sed de libertate Christiana, quam facit spiritus fidei in Iesum Christũ, qua, iam ablato velamine Mosaycæ legis, libera & spontanea voluntate ambulamus secundum legem dei in die quam fecit nobis deus, quæ dies est Christus dominus. Sed hęc libertas in peregrinatione ista, neq; captiuitatem a miseria excludit, neq; seruitutem corporalem, neq; necessitatẽ obediendi superiorum præceptis. Vbi est spiritus domini, ibi est charitas dei & proximi, vbi autem charitas, ibi & pia, & spontanea voluntas, vbi autem pia & spontanea voluntas, ibi nulla seruit⁹ sub legib⁹, aut imperijs hoim coacta. Et hinc iã patet intellectus sententiæ Pauli, dicentis, Si spiritu ducimini, nõ estis sub lege. Nam Paulus iuxta cohærentiam sententiarũ, vel loquitur de lege veteri secundum ceremonialia & iudicialia pręcepta, quæ iam desierunt velut vmbræ, apparente Christo vera luce, vel si de omni lege generaliter loquat̃, intelligit eos, qui spiritu ducuntur, non esse subiectos legi, tanq̃ serui sint legis, coacti ad obseruantiam legis formidine pœnę comminatę, sicuti coacti serui sunt subiecti dominis suis carnalibus. Sic iã olim ecclesiæ patres, Aug. & Theophyla. inter-

Quõ Christianus spiritu sancto ductus, nõ ẽ sub lege.

interpretantur, sed nõ inde sequitur iustos esse absolutos seu exemptos a legis obligatione. Qui spiritu sancto ducitur, spiritu ambulat, spiritu viuit, spiritu odit desideria carnis, spũ seruit pręceptis Christi, spũ obtemperat legibus superiorum, atq; ita est non sub legibus tanq̃ seruus, sed supra leges tanq̃ dominus, voluntarie vtens illis tanq̃ adiutorijs ac instrumentis ad salutem, vt iam valeat dicere legi, seu potius legislatori comminanti pœnam transgressori. Iam non ꝓpter te seu tuas pœnarum comminationes facio iustę legis opera, sed quia intus diligo & iusticiam, & legislatorem, & leges illius. Qui vero non spiritu ducitur, sed secundum desideria carnis, sæculiq; huius vult viuere, si opus legis faciat, ad id, vel pudore, vel formidine pœnę inuitus cõstringitur atq; cõpellitur. Secundum similem quoq; intellectum, accipiendum est verbum Apostoli, prim. ad Timo. 1. Iusto non est lex posita, sed iniustis, & non subditis, & cę. Ex cohærentia sententiarum patet Paulum loqui de lege Moysi, quæ ẽ lex promulgata a spiritu seruitutis in timore, continens non solummodo perpetua seu moralia præcepta, sed & legalia, quę adueniente Christo, desierunt esse. Deinde ex eodem loco Apostoli patet, legem illam esse bonam, si quis ea legitime vtatur, sciens legem non esse iusto positam. Sic enim mox ante pręmiserat, Scimus quia lex bona est, si quis ea legitime vtatur, sciens hoc, quod lex non est posita iusto, sed iniustis, & non subditis, & impijs, & c. Vbi deprauati codices quidam habent pluraliter, scientes, quod tamen iuxta originalẽ linguam, & Ambrosium, ac Theophylactum, cęteroscq; patres singulariter dicendum est. Ex quibus sententijs liquidum est, iustum veteris legis non fuisse sine lege Moysi, qua & legitime vtebatur, quamquam neq; ipse iustus sub illa pressus, fuerit coactus abstinere a malis operibus, formidine pœnę, neq; lex illa ab initio fuerit data ac iussa a Moyse vsq; in Christum permanere propter iustum, quippe, qui neq; calcaribus indiget, neq; medicina morborum animæ, id est malorum operum impeditiua, sed data fuerit propter iniustos, & non subditos, seu rebelles ac inobedientes, qui indigent lege medicinali, non qua mereãtur iustificari, sed qua,

Quõ iusto nõ est lex posita.

Iustus q̃uis nõ sit sub lege, nõ tamen sine lege est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̃ua, vt pædagogo ducantur in fidem Christi, & qua coerceantur, vt abstineant, membraq; cohibeãt ab idololatrijs, blasphemijs, homicidijs, & luxurijs. Itaq; lex, vt inquit Apostolus, pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificaremur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Lex igit̃ q̃uis non sit iusto seu credenti in Christũ posita .i. imposita, seu suprapposita iusto, tanq; calcar, frenum, seu onus, cuius formidine a nepharijs operibus terreatur, cuiusue institutione ad iustificantem gratiam erudiatur, quippe qui tã gratiam hanc assequutus, vltro suaq; sponte declinat a malis operib⁹, & facit bonũ. Iniustis autem & sceleratis hoibus talis lex est posita, qua etiam ipsi iniusti veteris legis legitime vtebant̃, dum ex ceremonijs legis ceu vmbris & figuris transibãt in Christum. Lege, inquit Ambro. legitime vtitur, qui potest discernere ea, quę ad tempus data sunt, ab his quę ꝑpetua sunt, & quæ ad Christi pertinent sacramentum seruari iam in futurum nõ oportere, quasi venturus credatur, qui iam venit. Habes itaq; quonam modo lex posita est iusto, & quonam modo ipsa iusto non est posita. Verbum autem Gregorij in primo dialogorum, cap. 1. Lege non constringitur spiritus sancti donum, vtiq; verissimũ est, Nulla enim lex potest spiritui sancto repugnare, sed hoc non probat nos non oportere subditos esse, aut obedire parentibus, aut prępositis nostris. Loquit̃ enim Gregorius ibidem de sancto abbate Honorato, qui lege ductus spiritus sancti, monasterium construxit, et ducentorum ferme monachorum pater extitit, non habens tamen abbatem aut magistrum prędecessorem, a quo suam regulam illam aut didicisset, aut institutam accepisset, cũ tamẽ rectę conuersationis vsus sit, vt pręesse & imperare non audeat, qui subesse & obedire non didicit. Verum hæc regula non ita est accipienda, vt qui velit pręesse & imperare, debeat didicisse ab homine, cum potuerit a spiritu sancto hoc didicisse, sicuti Ioannes Baptista magistrum hominem habuisse non legitur, atq; ita homo plęrumq; per spiritus sancti donum edoctus, eximitur a lege communi, sed tum libertas uitę illius, vt inquit Gregorius ibidem, ab infirmis non est trahenda in exemplum, ne dum quisq; sese similiter spiritu sancto im-

Ambrosius.

Gregorius.

De sancto abbate Honorato.

pletum præsumit discipulus hominis esse despiciat, & magister erroris fiat. Mens autem quæ diuino spiritu ducitur, habet euidentissima signa sua, virtutes scilicet & humilitatem, quæ si vtraq; in vna mente perfecte conueniunt, liquet quod de præsentia sancti spiritus testimonium ferat. Hactenus Gregorij sententiæ. Verbum Apostoli dicentis. Fructus spiritus esse charitatem, gaudium, & cæt. & aduersus huiusce modi legem non esse, solum probat legem non posse militare contra fructus spiritus sancti, hoc est contra charitatem, gaudium, pacem, patientiam, & cęt. quod vtiq; verissimum est, & ita verbum hoc nihil ad rem hanc pertinet. Quod autẽ dicit Apostolus ad Gal. 3. Lex propter transgressores est posita. Respondeo Apostolum non sic dicere, sed lex, inquit, propter transgressionem est posita.

Signa quibus demõstratur animũ hominis duci spiritu sancto.

Verum tamen siue isto, siue illo modo dicatur, sensus idẽ est. Ad eundem enim sensum hoc dicit, secundum quem dicit, Lex posita est iniustis & non subditis, cuius & Augustinus verbum illud Apostoli ad alium quendam intellectum interpretetur, sed nihil contra supradicta. Verbũ Apostoli ad Roman. decimotertio, Plenitudo legis est dilectio. Qui proximum diligit, legem impleuit. Respondeo hoc intelligendum esse de dilectione secundum charitatem, qua & deus diligitur supra omnia, quæ &, vt ex superioribus patet, includit bonam voluntatem, qua iuxta Pauli apostoli admonitionem quis nemini quicq; debet, nisi vt proximum diligat, omnibus reddat debita, cui obedientiam, obedientiam, cui honorem, honorem, atq; ita ex verbo illo qui proximum diligit legem impleuit, nõ sequitur eum qui charitatẽ habet esse liberum ab omni humana lege aut obedientia.

Plenitudo legis dilectio.

Cæterum verbum hoc, Qui diligit proximum & c̃. non de omni genere dilectionis intelligendum esse docuit ipse Christus, docuerunt & Apostoli. Nã & Ethnici diligunt inuicẽ, mariti & vxores, parẽtes & filij & alij quacũq; humana necessitudine iter se deuicti, iter se diligũt, de qbus Christ⁹. Si diligitis eos, q vos diligũt quã mercedẽ habebitis, qñgdẽ & publicani hoc faciunt, etsi salutauerit̃is frẽs vr̃os tãtũ, qd amplius facitis. Nã & ethnici, hoc faciũt Mat. 5. & Lu. 6.

Multa dilectionũ genera.

Qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibus ſẽtentijs docuit Chriſtus vniuerſos proximos eſſe diligendos, non hos tantum aut illos, ſed neminem neq; alienũ quidẽ, aut inimicũ a dilectione noſtra eſſe excludendum.

Deinde & eiſdem ſententijs docuit affinitatem ſanguinis, aut beneficiũ acceptũ a proximo, nõ eſſe rationẽ, & cauſã dilectionis illius, qua proximũ diligere debemus, atq; ita cõſequens eſt dilectionem nobis præceptam, tanq; legis impletionem eſſe aliam, q; naturalem illam dilectionem, qua homines ſe mutuo diligunt, quia homines ſunt.

De dilectiõe, qua infideles ſe diligũt ſeq; iuuant.

Rurſus diligunt ſe inuicem adulteri & adulterę, ſcortatores & meretrices, & alij ſecundum deſideria carnis, quos non humana neceſſitudo, ſed humanæ vitæ noxia turpitudo cõiunxit. De his ergo duob⁹ dilectionũ generibus, naturali videlicet & damnabili atq; carnali non eſt intelligendũ dilectionis præceptum, multo minus eſt intelligendum de dilectione ſuperſticioſa, qua ſe inuicem diligunt hęretici & infideles, ſe mutuo adiuuantes ad finem ſuę infidelitatis.

Proinde dominus noſter Ieſus cum dixiſſet, Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicem, vt ab his dilectionib⁹ diſtingueret aliam quandam peculiarem dilectionem, ſecundum quam ſi inuicem diligam⁹, veri ipſius diſcipuli ſum⁹, legemq; eius impleuimus, adiecit, ſicut dilexi vos, tanq; dicat. Mandatum nouum do vobis, vt ſecundum eam dilectionem diligatis inuicem, ſecundum quam dilexi vos, vt quem admodũ ego vobis ſalutẽ vitãq; ęternã optaui, hoc eſt deum ipſum quo ſolo fruamini, Ita & vos diligatis inuicem ad ſalutem & vitam ęternam. Et hinc iam poteſt eſſe manifeſtum, Cum duo ſint pręcepta charitatis videlicet dilectio dei & dilectio proximi, cur ſcriptura ſacra interdum commendat dilectionem proximi, tanq; totius legis impletionem, nihil commemorans de dilectione dei, veluti cum dicitur. Qui proximum diligit, legem impleuit, ad Romanos 13. Item, Omnis lex in vno ſermõe impletur, in eo quod ſcriptum eſt. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Interdum vero ſolam dilectiõem dei commendat, tacita dilectione proximi, veluti cum dicit Apoſtolus, Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Item, Si quis diligit deum, hic cogni

Cur ſcriptura interdum commendat dilectionem p̃ximi tanq; complementum totius legis, tacita dilectione dei.

cognitus eſt ab eo. Quibus certe intimatur nobis, quod nec deus ſine proximo, nec proximus ſine deo diligitur ſecũdum eam dilectionem, qua Chriſtiani iam & ſeſe mutuo diligunt, & alijs nondum Chriſtianis conſulunt atq; auxiliantur, ut Chriſtiani fiant. Dicimus igitur, quod etſi duo ſint præcepta charitatis, dilectio dei & dilectio proximi, ipſo Chriſto dicente. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetę, Matthei. 22. tamen quia bene intelligentibus horũ præceptorum utrumq; inuenitur in ſingulis, vbi vnum ſine altero ponitur, vtrũq; poſitum intelligitur, Nam & qui deũ diligit, non poteſt eum contemnere præcipientem, vt proximum diligat, & qui proximũ diligit nihil in eo diligit niſi deum, quemadmodum & Chriſtus nos diligẽs, nihil niſi vt deum haberemus dilexit in nobis, Neq; nos recte noſmetipſos diligimus niſi deum in nobis diligamus. Proinde qui deum non diligit, is neq; ſemetipſum vere diligit, quia neq; ſibi met ipſi poteſt homo ſufficere neq; in ulla alia creatura poteſt animus hominis permanere contentus uereq; eſſe beatus. Et ideo qui aliquid aliud ſupra deum quo fruatur diligit, is cum diligat iniquitatem, non ſolũ non diligit ſe, ſed et odit animam ſuam, quia ſummum malum eſt animæ rationali frui creatura p̃ creatore. Sed expoſitiõi ſupradictę vi debitur forſitan obuiare contectus & ſeries ſcripturæ ſacrę, quę dilectionem proximi paſſim, & vbiq; docet conſiſtere in adiuuandis corporalibus proximi neceſſitatibus, & in non irrogandis eidem temporalia damna aut nocumenta. Nam & Paulus declarans ſententiam quam dicit, qui diligit proximum, legem impleuit, probat illam per decalogi pręcepta in ordine ad proximũ, quę p̃hibet ne p̃ximo tpalia dãna inferamus, ne videlicet furtum faciamus, ne falſum teſtimoniũ dicamus contra ipſum, ne homicidium perpetremus aut rẽ proximi concupiſcamus, non vxorem, non ancillam, nõ ouẽ, quę ſane omnia vetant temporalia damna proximo irrogari. Deinde Chriſtus in die nouiſſimo cauſam damnationis reproborum aſſignabit, quod corporalibus neceſſitatibus proximorum non ſubuenerint. Eſuriui enim, inquiet, &

Quomodo in duõbus mandatis tota lex pendet & in uno ſermone ſeu præcepto tota lex impletur.

Obiectio prima.

Obiectio ſecunda.

non dedistis mihi manducare,& sitiui & non dedistis mihi potum,& reliqua. Item Paulus si sitit inimicus,potum da illi,si esurit ciba illum. Nō videt igit cohęrentię scripturarum conuenire expositio, Si dicamus quod diligere proximum sit optare deum proximo vt illum habeat propitium, vt in illo iustus sit,illiq; viuat. Responsio. Respondeo propositionem antecedentem esse falsam. Nam quemadmodum corpus nostrum diligimus propter animam, & animam propter deum,vt totus homo ex anima,ex corpore pace perpetua adhæreat deo, tanq; fini suo beatifico & delitiarum paradiso, Sic & vere Christiani corporalibus proximorum necessitatibus ad eundem finem consulere atq; prodesse student. Multi sunt ethnici homines subuenientes corporalibus proximorum necessitatibus,seruantes etiam ea quæ ex lege decalogi recitat Apostolus ad Romanos.13.sed tamen hæc ipsorum dilectio non est plenitudo legis,quia non hæc faciunt per fidem in Iesum propter ipsum deum. Vnde diligenter considerandum est quod Christus in die nouissimo ad electos suos non legitur dicturus esse, Pauperes esurierunt, & dedistis eis manducare & cet.sed legitur dictur[9]. Ego esuriui & dedistis mihi māducare,Nudus erā & cooperuistis me,& cet.aperte insinuat huiuscemodi opera non qualitercumq;,sed propter ipsū impensa perducere ad regnum æternum. Quemadmodum ergo recte temetipsum diligis,si hoc tecum agas,vt neq; in te,neq; in vlla creatura sed intellectu & affectu in deo resideas atq; quiescas, Ita & proximum diligis tanq; temetipsum si hoc cū illo velis et agas,vt etiā ipse adhęreat deo tāq; summo & incommutabili bono. Atq; ita manifestum est scripturam qua dicitur, In his duobus mādatis viuersā legē pēdere & prophetę Matthęi. 22. non repugnare scripturę qua dicitur, Omnis lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuū sicut teipsū,ad Galatas quinto. Nā qui semetipsum diligit,is si & deum toto corde sibi diligit,consequēs est, vt quisquis recte proximum diligit sicut semetipsum, hoc cum eo agat quatenus etiam ipse proximus toto corde et tota mente deum diligat. Diligere proximum etiam inimicum est

Ethnici & pagani quomō seruant præcepta decalogi

Diligere proximū sicuti semetipsum.

cum est ea illi optare,ad eaq; adiuuare illum, quibus deum habeat propitium. Cum ergo vtrumque & diligere videlicet deum & diligere proximum ita sit præceptum,vt neutrum sine altero possit adimpleri etiam cum de operibus iustitiæ agitur,sufficit plerumque vnum sine altero commemorare, sed opportunius, inquit Augustin[9], illud commemoratur,de quo facilius quisque conuincitur,quemadmodum ait Ioannes. Qui non diligit fratrem suum quem videt,deum quem non videt quomodo diligere potest? Si quis dicit diligo deū & odit fratrem suum,mendax est. Ex his igitur manifestum est, quod qui deum non diligit, is neque proximum,neque semetipsum vere diligat. Insuper manifestum est,quod qui proximū vere diligit, is & deum & semetipsū vere diligat,atq; ita verissimas patet esse scripturæ sententias, Qui proximum diligit, legem adimpleuit. In hoc cognoscent omnes ,quod discipuli mei estis,si dilectionē,vt inquit Christus,habueritis ad inuicē. Scimus,quoniam translati sumus a morte ad vitam. Cur ita est, quoniam diligimus, vt Ioannes inquit,fratres. Demum patet mandatum, vt diligamus inuicem appellari mandatum nouū, Nō tanq; illud ab initio apud patriarchas & prophetas non fuerit,nempe vt inquit Ioannes, ipsum est mandatum vetus quod habuistis ab initio,sed mādatum nouum dicitur,quia innouat obedientes dum exuentes veterem hominem carnalia diligentem efficiuntur filij adoptionis noui testamenti,hæredes cœlestis regni,cantores cantici noui. Ad id quod consequenter in argumento assumitur, Finis præcepti est charitas,habito autem fine nō oportet amplius solicitum esse de medijs,quibus perueniamus in finem, Non oportet ergo hominem iam habentem charitatem seruare præcepta illa, quæ tanq; media sunt ad charitatem ordinata.

Mandatum cur nouum appellatur.

Argumentum ex scriptura,finis præcepti charitas

Deinde & ad hoc videntur expresse tendere interpretatiōes sanctorum. Vnde Chrysostomus, Finis præcepti est charitas,perinde atq; finis legis est Christus, aduenient autem Christo,cessat legis Moysi obligatio,ergo aduenient chari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate, non currit amplius vis præcepti. Nam & exemplo declarans, Medicinæ finis, inquit est sanitas, itaq; cum adest sanitas, nihil opus est præcepto, ac denuntiatione medici. Videtur ergo Chrysostomi sententia esse, quod habita charitate non amplius maneat legis obligatio. Pro solutione huius præmittendum est, quod quemadmodum eius quod apostolus dicit, Finis legis Christus est, non est sententia, quod Christus sit finis seu premium ex operibus legis, tanquã ex meritis, quibus perueniamus in ipsum Christum. Ita & eius quod dicit Apostolus, Finis præcepti est charitas de corde puro, &cet. sententia non est, quod charitas generetur ex opibus præceptorũ, aut quod quis Christũ tanq; premiũ mereatur ex operibus legis tanq; ex meritis. Vnde vana esset intentio operantis, si ex operibus vllius legis arbitraretur sese mereri gratiam primã & charitatem, per meritum enim Christi hanc sine meritis nostris assequimur credentes in ipsum, sed vtrobiq; significatur finis cõsummationis seu perfectionis, tum enim vnũquodq; opus est perfectum, cum attingit suum finem. Præterea charitas non solum est finis, sed & principiũ operũ, omniũ præceptorũ, producit enĩ omnium virtutũ opa, quatenꝰ oibus imperat, hac enĩ rõne charitas, dicitur patiens & benigna, quia facit animum esse patientem & benignum, Ita & charitas dicitur finis operum omnium virtutum, omniumq; præceptorum, quatenus omnium virtutum ac præceptorum actus perficiuntur, & recti, boni, ac iusti sunt, dum ordinantur in Christum, seu in charitatẽ, vel in deum ipsum tanq; summum bonum charitate amatũ, & ideo ipsa lex, cum non possit hominem facere iustum, transmittit iustificandum hominem ad Christum, sed de his latiꝰ in capite sequenti, cum declarabitur quonam pacto charitas sit finis præcepti. Respondeo itaq; habito fine, cessat operatio ordinata ad acquirẽdum finem illum, secundum id quod habetur, sed non cessat operatio ordinata ad permanendum in fine iam adepto ad custodiam finis illius, ad lucrum, & ad augmẽtum illius, vt finis ille magis magisq; habeatur, magisq; abũdet, donec habeatur charitas, plena pace secura, quę non habetur in hac peregrinatiõe, quia inter medios hostium

Finis leges Christus.

Finis precepti caritas

Solutio.

stium cuneos ambulamus. Et ideo eum qui habet charitatẽ, oportet hic sollicite ambulare cum domino deo suo, & vigilare contra concupiscentiam carnis, cõtra concupiscentiã oculorũ, & cõtra superbiã vitę, quę sũt ipsius charitatis hostes, qui si nulli essent charitatem hanc aut turbantes, aut impedientes, necessarium non foret dare præcepta vigilandi, pugnãdi, resistendi. Vnde beati spiritus iam in cœlo non indigẽt vlla lege, neq; vt instructrice, neq; vt medicinali contra morbum aut cõtra recidiui periculũ. Neq; ipsi Adã, si permansisset in libertate, quam a deo acceperat, fuisset huiuscemodi præcepta necessaria. Cibus arboris scientię boni, & mali erat quidem ei interdictus lege pure positiua, cœlitus data. Neq; enim arbor illa mala erat, neq; edere de arbore illa in se peccatum erat magis q̃ manducare quemlibet alterius arboris fructum, sed propter commendandum puræ & simplicis obedientiæ bonum, quæ magna virtus est rationalis creaturæ sub creatore suo constitutę, etiam id quod non erat malum, erat vetitum. Vnde & primi nostri parentes ad inobediẽtiam peruenerunt, non ex gula, sed ex superbia qua appetierunt esse sicut dij scientes bonum & malũ. Neq; enim cibi cũcupiscentia aut pulchritudo, sed suasio serpentis dicẽtis, eritis sicut dij, primũ fuit motiuũ ad inobediẽtię peccatũ, hoc est ad sumendũ cibũ vetitum, atq; ita in eis gulę peccatũ fuit ex peccato superbiæ deriuatum. Neq; enim Adæ peccatum fuit causa intelligẽtię ipsius. Nempe valde absurdũ est credere quod peccatum dederit ei aut in corpore aut in anima vllam perfectionem quam prius non habebat, quemadmodum non solum Christiani sed & ipse Moyses Aegyptiꝰ cęteriq; multi Hebręorum sapientes plane confitentur dicẽtes Adæ post peccatum inflictum esse pœnam & recessisse ab illo intelligibilium apprehẽsionem, eundẽq; mutatũ esse in alium statum deteriorem, in quo sensit malum quod prius non senserat. Vnde patet scientiam boni & mali, quę intrauit per Adę peccatum, non fuisse beati hominis sapientiam, sed in hodiernum vsq; diem esse miseri hominis experientiam sentientis peccatum in carne sua quod Christus ipse in se non nouerat, docente Paulo apostolo, eum qui non nouerat pec-

Gula non fuit primũ Adæ peccatũ

rat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Ex his intelligimus qua ratione dicat Augustinus, Dilige & fac quod uis, loquitur enim de dilectiõe secundum charitatẽ Christiana, quę est bona voluntas, ex bona autẽ voluutate licet quod uis facere, cum nihil mali quis possit facere ex bona voluntate, hoc est ex bono motu voluntatis. Insuper & cuiq; facile poterit esse manifesta veritas sententię illius, si consideret ex superioribus hominis animum per charitatẽ omnibus huius mundi rebus dominari, omnibus prędidere, super omnia regnare, dum in suum lucrum, atq; salutem omnibus vtitur, neq; detrimentum ab vllo patitur, neq; leditur nisi volens; quemadmodum & recte quidam philosopho rum dixerunt. Nemo leditur nisi a semetipso, Neq; inuitus subicitur vili vllius rei seruituti, quam etiam si necessitate aliqua patiatur, non tamen ab illa vincitur, sed illam vincit sua patientia, quod est eorum qui vincunt mundum, genus optimum, de quibus canit ecclesia, non murmur resonat, nõ querimonia, sed corde tacito mens bene conscia, conseruat patientiam. Ille alium vincit qui nec blandimentis, nec tormẽtis vlli⁹ improbitati cedit, qui vniuersa siue blanda siue tristia sint, facit cedere in animæ suæ lucrum, quemadmodum ait Paulus, Magnificabitur Christus in corpore meo siue per vitam, siue per mortem. Vincit mortem cui mori lucrum est, vincit vitam cui viuere Christus est, quemadmodũ ait Paulus, Mihi viuere Christus est, mori autem lucrum. Omnia detrimentum feci & arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciam. Neq; est differentia inter licitum & verum lucrum, siquidem verum lucrum ẽ quicquid nos ad Christum ducit, etiam si fuerit extremum & terribilissimum omniũ malorum huius vitæ. Damnum vero est quicquid inutile & contrarium est, vt perueniamus ad Christum, etiam si fuerit possessio atq; fruitio totius mundi. Quid prodest homini, inquit Psalmista, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum faciat. Ex his igitur est manifestum insulsissimam esse hæreticorum sententiã dicentium ex scripturis in principio huius capitis hominẽ iustum per Christianã libertatẽ fundatã in charitate esse exemptum

Nemo uere leditur nisi a semetipso.

Inter licitum seu honestum & uerũ non est ullũ discrimen.

ptũ ab omni lege, ab omni superiorũ odedientia, ab omni tributo & a seruitute debita temporalibus potestatib⁹, quæ sane omnia & latius infra sumus demõstraturi.

¶ *Sequitur secũdum huius tractatus capitulũ de legibus & præceptis humanis an ligẽt in foro cõscientiæ, in quatuor ptes distributum.*

HActenuus cõmunia quędã tradidimus, iã ad specialia descendamus, in sequentib⁹ tribus capitulis tractaturi de legibus & preceptis humanis, de lege celibatus & continentia sacerdotum, de votis monasticis, & de consilijs euangelicis. Hæc autem vt facilius intelligantur, Primum adferemus intolerabiles hæreticorũ huius temporis errores, conflictas contra orthodoxorum patrũ sentẽtias, Particulares hæreses ante mille annos iãolim ante secula, vel sub seculis Hiero. & Aug. dãnatas singulas, vt Vigilãtij, Iouiniani, ac aliorũ suis in locis lati⁹ explicaturi. Audiam⁹ igitur primũ Lutheri paradoxa. Papa ĩqt nõ plus potest ĩperãs, prędipiẽs, aut, phibẽs q̃ magister docẽs dei leges atq; mãdata. Põtifices & primarij ecclesię pastores nullũ hñt ius cõdẽdi leges neq; auctoritatẽ habẽt cõstituẽdi sanctiões ecclesiasticas obseruãdas a populo, oportetq; iã cõstitutos canones prorsus abijcere tãq̃ leges tyrãnicas humeris subditorũ impositas, neq; aliqd momẽti ad iustitiã hñt externa opa aut cult⁹ extern⁹ aut sacrarum uestium ornatus, aut oratio externa aut ieiunia & a cibis abstinentia. Quodcumque opus, inquit, non fit vel ad castigandum corpus, vel ad proximi obsequium, neq; bonum est neq; Christianum. Proinde orationes & ieiunia, fũdationes, ceteraq; opera quęuis externa fieri, inquit, non debẽt, vt quis sibi aliquid commodi externi reportet, nec ea intentione, vt coram deo iustificetur, sed vel ad proximorum obsequium, vel ad corporis castigationem. In libro insuper de missa abroganda subuertens pulcherrimum totius ecclesiastici status ordinem, omnẽq; ecclesiasticorum graduũ distinctionem, & omnis prelationis ac subiectionis distictionem asserit hanc nostram ecclesiam Christo & euãgelio contrariã.

Errores.

similem

Universidad de Deusto
Biblioteca

similemq; esse gentilitię cõstitutiõi de sacerdotibus Iouis et Veneris. Nã populꝰ Christianꝰ, inquit, debet esse simplex, in quo prorsus nulla sit secta, nulla personarum differentia, nullus Laicus, nullus clericus, nullus rasus, nullus vnctus, nullus monachus, sed sine vllo discrimine omnes vel coniugati vel celibes arbitrio qsq; suo. Omnes nos Christiani eo dem quo Christꝰ sumꝰ sacerdotio sacerdotes, neq; ex vlla, inqt, noui testamẽti scriptura habẽ sacerdotes unctos a laicis esse distinctos. Insuper & canonem missę dicit aduersari euangelio, propterea quod in eo eucharistia appellaẽ sacrifi cium, & ideo peccauerunt, inquit, omnes prędecessores, qui ipso canone missę sunt vsi, missã habentes pro sacrificio, Ridiculũ & superstitiosum censet quod nõ liceat tangere eucharistiam nisi vnctis digitis, & non alia parte corporis. Damnat ritum, quo sacerdos sacra faciens, eucharistiam sumit & manducat eam, cum Christus eam in euangelio alijs, non sibi legitur tradidisse, ad cuius exemplum sacerdos eam, inquit, deberet alijs tradere. Damnat insuper, quod quisq; eucharistiam ieiunus sumat, cũ Christus eam post cœnam tradiderit. Damnat prętera ritum ecclesię, secundum quem aqua in missę sacrificio miscetur vino, propter verbum Esaiæ coarguentis Iudęos, quod vinum eorum mixtum erat aqua. Demum contemnit prorsus commemorationem sanctorum martyrum, vt pro nobis sint intercessores, & commemorationẽ animarum defunctarum, vt a purgatorio igne liberentur. Cæterũ tria vota, obedientię, paupertatis, & castitatis asserit repugnare orthodoxę fidei, & Christianæ libertati, detestaturq; id viuendi genus tanq; contrariũ diuinis legibꝰ, addens propter hanc solam abhominationẽ, quod patres antiqui Hieron. Aug. Basil. cæteriq; antecessores aliter q; debuerũt locos aliquot scripturę intellexerũt, Eradicata, extincta, & abolita cupio esse vniuersa monasteria, quę & vtinam ereptis Loth & filiabus eius dominus igne & sulphure ad exemplum Sodomę & Gomorrę demergeret in profundum, vt ne memoria quidem eorum supereſſet. Neq; Christus, inquit virginitatem consuluit, sed deterruit ab ea, & auocauit dicens, Non capiunt verbum hoc, & Paulus dicens, Consilium

lium do, non inuitat quempiam ad uirginitatem, sed in medio relinquit, & ideo omnino contra euangelium faciunt vouentes, quia quod in euangelio relictum est in medio, ipsi per suum votum volunt præceptũ facere, neq; potest quispiã vouere vltra ea quę promisit in baptismo. Proinde Hieron. indignis, inqt, contumelijs tractauit Iouinianum ex scripturis perperam intellectis. Et sicuti quis non potest vouere, vt non seruet dei mandata, Ita vouere nõ potest talem viuendi modum, in quo neq; obediat parentibus neq; proximorum saluti seruiat, neq; Christiana obsequia impẽdat infirmis, esurientibus, & egenis. Videtis Christianissimi viri absurdissima arrogantis hominis dogmata contra communem omnium orthodoxorum patrũ consensum asserta, tam friuola, atq; futilia, vt his ipsis nemo nisi cui maleuolus & pertinax est animus, valeat consentire. In hac igitur parte ad demõstrandum earum falsitatem, & ad considerandum de legibus & præceptis humanis, quonam pacto sint in foro conscientiæ obligantes, sunt quedam prę mittenda. Primum. Ex scripturis sacris est manifestissimum in corpore Christi, quod ẽ ecclesia, esse graduum & potestatum tam secularium q; spiritualium distinctionem factam ex ordinatione, & prouidentia dei, qui dedit quosdam apostolos, alios euangelistas, pastores alios, gubernatores alios, sublimiores potestates, gradum item cleri esse distinctum a populo sęculari, seu laico, & ordinũ ecclesiasticorũ distinctionẽ i Episcopalẽ, sacerdotalẽ, ac diaconalẽ. Vñ & cõsequens est secũdũ scripturas diuinas nõ oẽs diaconos & sacerdotes ex ęquo esse põtifices, neq; oẽs Christianos ex æquo esse sacerdotes, & vnumquemq; laicum non debere sese ad officia vllius ordinis ingerere, sed iuxta Pauli doctrinam oportere ordinari authoritate episcopi & accipere ecclesiasticam potestatem per impositionem manuũ. Istas sententias liquido demonstrauimus ex scripturis sacris in quarto libro de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus tertia parte quinti capitis. In eodem quoq; libro longe lateq; deduximꝰ distinctionẽ ecclesiasticorũ ordinũ & potestatum tribunalium iurisdictionum, episcopatuũ nõ esse nouam aut recentem, neq; esse ab adinuentione humana,

Gradũ et ordinũ in ecclesia distinctio est ex iure diuino.
Ad Romanos. 12.
Ad Ephesios. 4.
Ioan. 20.
Prim. ad Timo. 3.
Act. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ex sacris literis manifesta & ecclesiasticos patres iam in dea temporibus Apostolorum in hæc vsq; tempora semper intellexisse in ecclesia esse istam graduũ & ordinum distinctionem, quam solus Lutherus contra receptam omnium orthodoxorum patrum doctrinam destruere atq; refutare conatur, contrarius diuinę gratiæ & pietati. Magnum enim est diuinæ pietatis iudicium dare populo duces, episcopos, atq; præpositos, qui homines ad dei timorem atq; amorem & ad societatẽ inter sese ac dilectionem dirigant atq; exerceãt.

Quid lex.

Secundo præmittendum est quod lex est regula quędã seu mensura legislatoris, hoc est a legis latore præscripta, secũdum quã vult hominẽ viuere, atq; dirigere actus suos. Quẽadmodum autem deus omnium rerum conditor & gubernator rebus inanimatis atq; etiã ipsis animantibus ratione carentibus impressit vires & inclinationes, secundum quas aguntur & diriguntur in suos fines debitisq; suis fungantur officijs, a quibus, quia non seipsas agunt, sed ab auctore naturæ infallibiter agente aguntur, secundum suarum inclinationum necessitates deuiare non possunt. Ita & ipse idem deus qui rationalem creaturam condidit ad imaginem & similitudinem suam impressit eidem rationali creaturæ quędam suorum actuum principia ceu leges communes, secundum quas non sic inclinatiõis necessitate moueretur, sed secundũ quas ex libera ratiõe seipsã dirigeret, habens in potestate etiã aliter facere, ppter vim liberi ex ratione arbitrij, p quã potest et legis conditorem, vt sibi prefectũ ac superiorem apprehendere & rationem seu finem operum legis cognoscere, & conferendo vnum ad alterum examinare atq; discernere. Vnde secundum Christi & Pauli apostoli doctrinam voluntas hominis est tanquam vis media inter legem mentis & legem carnis, inter consilium dei & consilium diaboli constituta, potens vel cohibere vel mouere membra sua in opus secundum huius vel illius consilium. Nemo, vt inquit Christus, potest duobus dominis seruire, &c. Non potestis deo seruire & mãmonę, quibus aperte insinuatur hominem nũc huius, nunc illius consilio posse acquiescere.

Ratione carentia cur a lege dei non possunt deuiare.

Rationales creaturæ cur possunt a lege deuiare.

Cæterum quemadmodum deus imprimendo toti humanę

manæ naturæ huiusce modi principia communia suorum actuum dicitur præcepta quędam illi dedisse, siquidem inclinationes & pondera a deo conditore naturæ impressa, quibus dictat ratio aliquid debere fieri aut non fieri, sunt quędam dei leges, quę etsi per Adæ peccatum aliaq; crimina voluntarie superaddita sint obtenebrata, non tamen prorsus sunt extincta, sicuti in superioribꝰ libris patuit, quod & latius in libro de natura et gratia ostenditur. Ita et homo quisq; prefectus, habens alios sibi subiectos, eatenus dicitur illis legem nouam seu præceptum nouum imponere, quatenus intimatione seu denunciatione quauis imprimit mentibus eorum regulam seu normam, secundum quam viuere & seipsos dirigere, actiusq; suos componere debeant. Quemadmodum autem legis conditor in condendo legem habet rationem, propter quam imponat legem, neq; enim sapiens, neq; pius & bonus esset legislator, qui sine ratione legem subditis imponeret. Ita & intendit, vt hi quibus legem imponit ex ratione seu voluntarie seipsos moueant in opus quod præcepit, legi obediendo. Ratio autem qua seipsum quisq; mouet propter finem agit. Vnde consequens est legem illis solummodo dari, qui sui operis rationem seu finem cognoscere possunt & conferre vnum ad alterum, alioqui ad ipsũ finem non seipsos agerent, sed agerentur solum naturali necessitate, quemadmodum ignis & terra non seipsos agunt, sed aguntur solum, ignis sursum, terra deorsum agitur inclinationis necessitate, atq; ita frustra lex eis imponeret, quippe qui aliter agere non possunt.

Legislator condẽdo legẽ ex ratione legem imponit.

Ex his sequitur secundum, quod nunc præmittendum duximus, videlicet in sacris literis triplicem reperiri legem vtpote naturalem, diuinam & humanam. De naturali lege seu inclinatione, secundum quam aguntur ea quæ sunt ratione carentia nihil ad præsens negotium pertinet. Loquimur enim de lege naturali hominis, quatenus ratione viget. Lex igitur naturalis humanę rationis est, quam deus naturę conditor vna cum natura inseruit mẽtibus hõim ad aliqd faciendum, vel non faciendum, de qua Paulus ad Romanos secũdo, Gentes quæ legẽ non habẽt, naturaliter ea quę legis

In scripturis sacris lex triplex reperitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex naturæ in anima est ab illa inseparabilis.

sunt, faciunt, de qua & Aug. 2. confessionum, Lex tua domine in cordibus hominum scripta est, quã nec ulla vnq̃ delet iniquitas. Homo quidem a sua concupiscentia abstractus & illectus, agit multa contra naturalem legem, sed non inde sequitur, legem naturę vel a mente illius prorsus esse abolitã, vel non fuisse illic scriptam. Nam homo sicuti iam dictum est p vim liberi arbitrij victus, aut metu, aut carnis concupiscẽtia, aut suasione diaboli agere potest contra dictamen & iudicium legis naturæ. Deinde potest & homo superstitione, persuasione falsa, aut cõsuetudine & doctrina praua corruptus, credere vera esse multa particularia legi naturę opposita atq; contraria, sed non inde sequitur in eo extinctas esse leges naturę illis particularibus oppositas. Potest nempe homo praua suasione corruptus, credere verum esse id quod contrariatur alicui naturali legi particulari etiam actu intus suggerenti. Quemadmodum enim in speculatiuis non omnia principia sunt omnibus euidentia, & per se nota, sed solum communissima, qualia sunt illa, de quolibet affirmatio, vel negatio vera, de nullo vero simul, quodlibet est vel non est. Ita neq; oĩa principia naturalis legis in moralibus sunt omnibus euidentia, & per se nota, sed ea solum, quę sunt communissima, qualia sunt bonum & iustum est faciendum, malum autem & iniustum est fugiendum, atq; ita ratio potest contrarijs particularium principiorum assentire, & dictare adulterium aut homicidium esse licitum & faciendum, non obstante, quod intus naturalis legis stimulus in contrarium suggerat. Cæterum donemus in homine vllo aliquod dictamen naturalis legis prorsus in sua specie esse extinctum atq; sopitum, non tamen inde sequitur, in eo esse prorsus extinctam legem naturę communem, ex qua tanq̃ ex principio communi illud particulare tanq̃ conclusio, natum est consequi. Verbi gratia. Olim apud Germanos latrocinium nõ reputabatur iniquum, vt refert Iulius Cæsar in libro de bello Gallico. Secũdum sententiam quoq; Pauli Apostoli, gentes Romanorũ, uel Aegyptiorum, adeo erant mentibus obtenebratæ, vt pro deo vero & immortali colerent imaginem corruptibilis hominis, & quod deterius est, reptantia animalia, imagineſq; volu-

In gentilibus quõ fuerit lex naturæ sopita et extincta.

Abominanda uitia contra naturã non reputabantur peccata apud gentes.

volucrum, quadrupedum, & serpentum, quamobrem & deꝰ tradidit illos in reprobũ sensum, quo facerent contra naturæ leges, & secundum concupiscentias cordium suorum, contumelijs afficerent corpora sua, mutantes naturalem vsum in eum qui est contra naturam, masculi in masculos, & fœminę in fœminas, fœditatem operantes, consuetudineq; praua adeo fuerunt corrupti, vt reputarent abhominanda contra naturam vitia non esse peccata, in quibus tamen lex naturalis secundum principia communissima non prorsus erat extincta, cum & Apostolus in eodem capite dicat de eisdem, quod iusticiam dei, sempiternam quoq; virtutem ac diuinitatem nouerint, ita vt sint inexcusabiles. Item immolare filios suos, & filias suas dæmonijs, a multis gentibus putabatur licitum & honestum, ac faciendum esse, quod tamen ab eisdẽ in suo vniuersali sciebatur esse illicitum. Vniuersale principium legis naturę est, bonum esse prosequendum, malum autem esse vitandum, & super hoc principio fundantur omnia alia legis naturę præcepta. Vnde & huius considerationẽ lex naturalis est vna, ipsius autem præcepta sunt multa, vna quidem lex, propter vnum illud communissimum præceptũ quod est in moralibus, tanq̃ indemonstrabile principium. Multa autem ꝓpter principij illius communissimi præcepta, quæ deriuantur ex illo, in quo ratio errare non potest. Neq; enĩ gens vlla est, quæ nesciat declinandum esse a malo, & bonũ esse faciendum, nihilq; iniuste esse perpetrandum, sed error accidit in particularibus, an hoc sit bonum, iustum, & æquũ, an potius istud, an Christo, quem Christiani colunt sit sacrificandum, cultusq; latriæ exhibendus, an potius ei quem gẽtes falso credunt deum esse. Nemo dubitat an oporteat deum honorare, colere, & diligere, sed super hoc, an hunc oporteat vt deum colere, errant multi. Nemo dubitat an licitum, aut honestum sit contra iusticiæ regulam agere, sed dubitatur, an hoc vel illud sit agere contra iusticiæ regulam, an non. Nemo est qui nesciat, non esse fas cuiquam, vt interimat aut semetipsum, aut filium contra iusticiam, aut contra naturalẽ legem, sed an ex tali, vel tali causa semetipsum occidere, sit agere cõtra iusticiam, aut naturalem legẽ, ignoratur a multis.

Error non in uniuersali, sed in particulari accidit.

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde & Plato in libro Minois, Nemo ambigit, nemo vel in iudicijs, vel alibi disceptat, an iusticia deo placeat, an iniusticia displiceat, an is qui iniuste viuit, sit pœna dignus, verum de hoc potius inter sese homines disceptant, quis iuste fecerit, & quid agendo, & quando agendo agit iniuste. Hactenus de naturali lege, & de illius legis præceptis, quæ & moralia præcepta appellantur, ordinanturq; ad bonum naturalis esse humani generis.

De lege diuina.

Lex diuina est, quæ naturali legi a deo est superaddita, ad assequēdum supernaturale bonum, ad quod naturalis lex nō potest perducere, vt lex vetus & lex noua, quę est lex euangelij. Hęc autem lex non est contraria legi naturę, quandoquidem & lex ipsa naturalis sit itidem vera lex dei, sed est naturalis legis perfectio, per quam natura ordinatur & dirigitur ad altiorem & sublimiorem finem, cū sit finis secundum facultatē legis naturalis, & hęc diuina lex cum sit data ad assequendum vitam æternam, & a deo infallibili veritate, est de actibus non solummodo externis, sed & internis, prohibens & puniens non solum ea quę foris fiunt peccata, sed & ea quę intus fiunt corde, cōsensu, & cogitatiōe. Hinc apud prophetam huiusmodi lex dicitur immaculata, tanq; non admittens vllam peccati turpitudinē, conuertēs animas, quia nō solū externos, sed & internos motus prohibet, testimoniū fidele, propter certitudinē veritatis & rectitudinis, præstans paruulis seu vere humilibus sapientiam, qua perueniant ad æternam beatitudinem.

Lex naturalis, & diuina differunt.

Lex humana est, quæ legi naturali atq; diuinæ superaddita est, vt ipsius metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidata supplicio refrenetur nocēdi facultas, propter hos enim fines secundum doctrinam Apostoli Pauli, sunt a deo ordinatæ sublimiores potestates, qui & apud Salomonem in prouerbijs vocantur legum conditores, Prouerb. 8. De hac lege quo nam modo obliget in foro conscientię, & quando sit iusta, & quo fine statuenda sit in hoc capitulo dicturi sumus.

Lex humana.

Quarto præmittendum est, in lege diuina tam veteri, q̄ noua, reperiri duplex genus præceptorum. Nam quædam sunt, quę nullam in sui natura rationem habent, cur præcipiantur, veluti ceremoniæ, & sacramentalia vèteris & nouæ legis, veluti in aquam baptizandos immergere, agnum paschalem edere. Alia vero sunt præcepta, quæ in sui natura rationabiles causas continent, cuiuscemodi sunt moralia præcepta, quę præcipue in decalogo continentur, Non occides, non furtum facies, decreta quoque Euangelica, quæ præcipue consistunt in fide & dilectione habentin sui natura, siue secundum suam naturam rationabiles causas, seu fines notissimos humanę rationi. Cuilibet enim iam rationi vtenti manifestum est per actus, qui huiuscemodi præceptis iubentur homines bene ordinari ad deum & ad proximum suum. Et ideo ratio humana non laborat quęrere, cur sit in lege præceptum. Dōm deū tuū timebis, & illi soli seruies, Deu. 10. aut cur præceptū est, Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo. Aut cur dicit, Quid dominus est, quod deus tuus requiret a te, nisi vt timeas illum & colas. Neq; item ratio humana laborat quęrere, cur lex prohibuerit homicidium, adulterium, furtum, falsum testimonium, odium, vltionem inimicorum, talium enim præceptorum ratio, causa & vtilitas est manifesta in ordine ad proximum. Ceremonialia vero præcepta veteris legis, & sacramentalia nouæ legis, vt de lotione baptismi, de benedictione panis & vini, & corpus dominī, non sic in ratione sui, & secundum suam naturam in se continent rationabiles causas. Ipsa enim facta quę præcipiuntur huiuscemodi præceptis, non sic in sui natura vtilitates habent, & ideo in illis ratio seu vtilitas est occulta, cur illa magis, quam eorum opposita, vel alia quælibet indifferentia sint præcepta. Ideoq; de ceremonialibus præceptis veteris legis dixerunt Hebręi quidam, illa nullam habere rationem, nisi vt sint præcepta ad probandum homini sub deo suo creatore obedientiam, sicuti sub innocentię statu prohibitio ligni scientiæ boni & mali, in se nullam videtur continere rationem seu vtilitatem. Talia, inquiunt, fuerunt in lege Moysi multa ceremoniarum præcepta, veluti sunt, quod vestis nō conficiatur ex lana & lino, quod non fiat commixtio diuersorum seminum, & carnis cum lacte, & id genus alia multa in lege Moysi.

In scripturis sacris duplex genus præceptorum.

In diuinis præceptis quibusdam ratio præcipiēdi cuilibet ē manifesta.

In quibusdam diuinis præceptis ratio præcipiendi nō est manifesta.

antur

Verum

Sententiæ rabbi Moysi Aegyptij Hebræi de rationibus præceptorum ceteris legi.

Verum sapientiores Hebrei, inter quos fuit Rabbi Moyses Aegyptius inclyt⁹ Hebreorum doctor tradit, verum quidem esse in multis ceremoniarum preceptis rationē seu vtilitatem nō esse, sic vt in alijs manifestam, sciēs tamen omnis legis seu præcepti finem esse vtilitatem, quam intendit legislator erga populum, cui lex data est, docet quod omnis præcepti ac legislatoris intentio seu finis est vel bona dispositio animę ad deum, vel bona dispositio hominum inter se viuentiū, vt ciuitas seu societas sit ordinata, bene disposita in pace & trāquillitate. Propter hāc vtilitatē, inquit esse leges, quibus coercetur contumacium hominum superbia, quibus fit iudicium inter virum & virum, quoniam nisi fures, raptores, adulteri, contumaces puniantur, multiplicabūtur in ciuitatibus mala, & ideo pietas creatoris subuenies populo precepit nobis dicēs, Iudices & præpositos habebis in singulis ciuitatibus tuis. Bona dispositio animæ ad deum est timere, diligere dominum deum. Et quia illum timere, ac quemadmodum oportet diligere nō possumus nisi rectas credulitates habeamus de essentia, vnitate, & maiestate eius, de sapiētia, potentia, volūtate, eternitate, iustitia, & misericordia illius, Ideo in lege traduntur fidei regulę, quibus docetur dominus deus israhel esse vnus creator omnipotēs, omnium rerū conscius, iustus iudex, misericors & bonus. Horum omniū ratio manifesta est, vt videlicet dñs de⁹ timeat ac diligatur. In hūc quoq; finē reduxit & rōnē ceremonialiū preceptorū ad cultum dei pertinentium. Horum enim vtilitas est, vt his obseruantijs a deo creatore sibi prescriptis populus Israhel, lōge fieret ab idololatria, et discceret, atq; assuesceret timere et diligere dominum deum suum, sicuti in lege scriptū est, Præcepit dominus facere omnes ceremonias istas vt timeremus dominum deum nostrum, & bene esset nobis omnibus diebus nostris, & vt viuificaret nos sicut in die ista. Intentio vero legis secundum eā, inquit, partem, quę est de cibo & potu est exterminare, seu diminuere cocupiscentias, & corruptionem ex multitudine ciborum. Et quia maior pars cōcupiscētiarum gentium est in cibo & potu, & in amplexu mulierū. Hæc enim sunt, inquit, quę auferunt vltimam animę perfectionē,

Bona dispositio hominis ad deum.

Vtilitas ceremonialium præceptorum quæ sit.

fectionē, qua deo suo creatori dilectiōe pura adhęret aīa. Insup & hæc sunt, quę corrumpunt, inquit, genera hominum in ciuitatibus & regimine familiarum, prosecutio nempe concupiscentiæ destruit leges contemplationis, & sanctitatis, corrumpit corpus, inducit mortem, multiplicat angustias, zelū & inimicitias, & idcirco prouidit pietas creatoris, vt daret nobis precepta quę tollerēt finem illum, vt omnibus modis remouerentur cogitationes circa talia, et vt sic prohiberentur omnia, quę possent inducere, vel suscitare cōcupiscentiam, & ista est intentio magna sicuti vna de intentiōibus legis. Vn de lex iubet interfici cum de quo scitur, quod multipliciter quærit delectationes in cibo & potu, veluti est filius rebellis, de quo dictum est. Si genuerit homo filium contumacem, et proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium, et coercitus obedire contempserit, apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portā iudicij, dicētq; ad eos. Filius noster iste pteruus & contumax ē, monita nostra audire contēnit, cōmessationibus vacat, & luxurię, atq; cōuiuijs, lapidib⁹ eū obruet populus ciuitatis & morietur, vt auferatis malū de medio vri, et vniuersus Israel audiēs ptimescat, Deu. 21. Iussus ē lapidari vt tolleret de medio antecp crescat malicia, & cōtaminet multos in multitudine cōcupiscentiæ suę. Sic de intentionibus legis sanctę perfectę est elongare se ab amplexibus mulierū p posse, sicut præcepit dominus in sanctificatione populi ad recipiendum legem dicēs. Non accedetis ad mulieres. Propter hoc dixit Salomō parabolice, Trahe me post te, et curremus post te. Sanctificatio ergo quædam cordis est elongatio ab actu illo carnalis commercij, sicuti etiam lex ostendit quod elongatio a potu vini sanctitas est. Qui autem foris sunt puri ac mundi in vestibus & corporibus, intus vero polluti in concupiscentijs & voluptatibus suis, nō assequuntur intentionem seu finem legis, quem intendit deus legislator in præceptis de varijs lotionibus, & purgatiōibus, quæ foris fiunt in corpore aut in vestib⁹. Studere aūt in mūdicia corporis exterioris, et manere in concupiscentia voluptatum, & in effrenatione in cibis & fornicationibus, est esse in fine turpitudinis morum, & de talibus di-

Concupiscētiæ in cibo et potu et amplexu mulierum eo tiam secundum Hebræos vltimā animæ perfectionem auferunt, & alia multa mala inducunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus dixit Esaias. Qui mundificant, & sanctificant se in hortis & in locis patētibus ac manifestis. In thalamis aūt & in cubiculis abscōderunt se, vt faciant que prohibita sunt comedendo & bibendo. Ex his verbis, inquit, colligitur eos, qui sunt foris mundi, intus autem polluti in concupiscentijs et corporalibus voluptatibus non assequi intentionem legis. Nempe intentio legis prima est diminuere concupiscentiā, & mundare corpus foris, postq; intus fuerit homo mundus. Deide & eiusdē præcepti in lege multę possunt esse rationes, vtpote vitare idololatriā, habere commemorationem alicuius beneficij populo exhibiti, designare dispositionem intus requisitam in ministerio cultus diuini, exterminare & diminuere cōcupiscentias. Iudei nō intelligētes hęc in pręceptis legis, deseruerunt primam intentionem dei, manentes & studētes in eo quod fuit propter aliud, scilicet ꝓpter timorē, & amorē creatoris confirmandum, applicantes mentes suas ad pallatium seu ad templum domini, & ad externa opera holocaustorum ac sacrificiorum, quæ data erant tanq̄ instrumenta ad assequendum intentionem legis primam, quæ est cognoscere sublimitatē creatoris, timere & colere illum solum, & non deum vllum alium, & pax atq; tranquillitas ciuium in regimine ciuitatis, donec habeatur ſeculum sempiternum totum bonum. Et proinde in primis præceptis quę sunt decalogi, non fuerunt holocausta vel sacrificia. Atq; ita prophetæ arguerunt populum insipiētem, qui non discernentes inter intētionem dei primam & intentionem secundam, ea quę secundario præcepta erant habebant tanq̄ finem legis primarium, quæ tamen sunt habenda tanq̄ media & corroboramenta ad assequendum ea, quæ prima intentione dei pręcepta erant, Et hoc est quod dixit Hieremias. Non fui locutus patribus vestris, neq; præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti super holocaustis & sacrificijs, non nisi hoc mandaui audire vocem meam, & ero vobis in deum, & vos eritis mihi in populū, propter quod & idem populus arguitur, Audi populus & loquar tibi, & contestabor te, dominus deus tuus ego sum, non in sacrificijs tuis arguam te, nec holocausta tua coram me sunt, nō accipiam de domo tua

Eiusdem præcepti multæ rationes & utilitates esse possunt.

Decalogi præcepta cur primū sunt seorsum tradita.

taurum, neq; de gregibus arietes. Pro eadem sententia dixit Samuel. Si voluntas domini est in holocaustis & in sacrificijs, nunc audite vocem domini, Ecce obediētia melior est, q̄ victima. Esaias autē dixit, vt quid mihi victimarum vestrarum multitudinem? hęc mihi molesta sunt. Manꝰ vestrę plenę sunt sanguine, lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite benefacere, quęrite iudicium, subuenite oppresso, defendite viduam. &c. vbi arguit populum non discernentem inter ea, quæ prima intentione erant præcepta, & ea quæ secundaria negligentem præcepta legis decalogi & confidentem in externis sacrificijs ac holocaustis, quę solum erant velut instrumenta adiutoria data, quibus populus adhuc rudis, & in eis quę dei sunt, inconsuetus in dei timorem & amorem proueheretur. Hactenus Rabbi Moysi doctrina in supra dictis certe sententijs, non solummodo nō repugnans, sed et vtilis doctrinę nostrę Christianæ humanisq; legibus & ceremonijs Christianæ societatis. Nam bene assignauit literales pręceptorum ceremonialium causas, sed figurales causas seu rationes Christi tum futuri, & ecclesiæ Christi pręteriuit, nimirum quia ex carnali Iudaismo ad Christum non transiens, nondum reuelatos habebat oculos, vt consideraret mirabilia humanæ redemptiōis opera designata in lege domini. Et ideo nos Christiani ex ipsa lege & prophetis, & ab ipso deniq; Christo & Apostolis edocti, pręter causas & rationes literales, propter quas Iudei illa pręcepta esse data intelligunt, quas & scripturę legis et prophetarum multis in locis explicant etiam intelligimus illa præcepta habere causas figurales, scientes Christum in illis pręceptis esse prætiguratum omniumque illorum præceptorum esse finem. Et ideo huiuscemodi pręcepta cessauerunt, aduenīēte Christo, non obstante, quod ipsa pręter causam hanc figuralem habuerint alias quasdam rationabiles causas adhuc manentes, vtpote commemorationem exhibiti beneficij, videlicet liberationem temporalem ex Aegypto, & similia, quæ cum & ipsum Christum figurauerint, non sic congruunt nunc ecclesiæ Christianæ.

Ceremonialia præcepta præter rationes literales habēt rationes figurales, quas Iudæi cecitate superba inflati non uident.

Conuenientia & differentia inter ueterem & nouã legem, eorunq; sacramenta.

Conueniunt quidem lex noua & vetus, in hoc, quod in neutra apparuit gloria diuinitatis, quę in patria est futura. Differunt autem, quod in noua lege iam via perueniendi ad gloriã illam, data est & reuelata, vtpote Christus, & mirabilia opera redẽptionis illius figurata in lege illa sunt adimpleta. In veteri aũt lege, Christus nõ sic erat datus & reuelatus, dicẽte Ioanne Apostolo, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, Ioan. 1. Secundum hunc sensum accipiendum est, quod Paulus dicit ad Heb. 10. Vmbrã habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, insinuans imaginem rerum pertinere ad legem nouam, vmbram autem ad veterem legem. Neq; enim illic posuit Apostolus discrimen inter tempus legis, & tempus gloriæ in patria, quia vtrumq; tam vmbra, q̃ imago figura est non res ipsa. Sed sicut vmbra minus est q̃ imago, sic lex vetus minus habuit, q̃ noua. Neutra tamen in hac vita habet veritatem ipsam, luce cõspicua manifestatam, sed illa vmbram, hęc imaginem. Vtriusq; autem tam vmbræ, q̃ imaginis veritatem in futuro videbimus facie ad faciem.

¶ *Sequitur huius partis membrum primum, in quo supra dicta de ratione seu intentione finis, & distinctione legum naturalium, diuinarum, & humanarum magis elucidantur.*

PRimum igitur ad cognoscendum rationẽ legis, & qd nam sit, quod cadat in obligatione legis, propter quod transgressor legis efficiatur in foro conscientiæ reus,

Sciendum est triplicia esse legis naturalis officia.

Trialegis naturalis officia.

Primum, ad semetipsum decenter viuere secundum inclinationem naturæ insitam ad conseruationem sui esse in cibo & potu. Secundum, decenter viuere in communicando naturam suam alteri, ad conseruationem speciei, secundum insitam inclinationem generandi sibi simile, & ad educandum illud. Tertium, ad deum, & ad omnem hominem iuste viuere, ad parẽtes, ad filios, ad superiores, ad equales, ad inferiores, secundum inclinationem qua quisq; appetit bonum honestum, & secundum rationẽ iuste ac recte agere. Et hæc oĩa erant in natura humana sub innocentię statu.

In

Lex naturæ sub innocentiæ statu pura, serena, et fortis

In tribus istis pendent principia naturalis legis, quæ tam serena, tam valida erat sub innocentiæ statu, vt secundum triplicia huiusce modi officia, nihil huic legi esset impedimento, nihilq; vel prẽter rationem vel contra rationem possit homini surrepere, sed dum homo ex liberi sui arbitrij ratione a deo sese auertit ad inferiora, ad carnalia, ad semetipsum sese deflectens, iam iusto dei iudicio destitutus est gratia originalis iusticię, qua perdita, caro secundum vires sensuales, suos cœpit habere impetus, stimulos, ac inclinationes, etiam contra, aut prẽter legem naturalẽ, atq; ita iuxta Pauli doctrinam, ad Roman. 5. Per vnum hominem Adam peccantem in vniuersa natura humana, secuta est lex in membris repugnans legi mentis, quæ sane lex in membris non est aliud, q̃ propensa quędam inclinatio, procliuitas, seu promptitudo uiuendi, secundum sensuum apprehensiõem ac ęstimationem, non expectato neq; audito internæ rationis iudicio, secundũ legem naturalem cœlitus impressam ad bona seu meliora suggerentẽ. Huiusce modi autem viuendi procliuitas ab Apostolo Paulo vocatur quidem lex, ad Rom. septimo. Video legem aliam in membris meis repugnãtem legi mẽtis meę, sed non ideo vocatur lex, quod secundum eam viuere oporteat. Siquidem secundum illam viuere, est secundum carnem viuere, quod est a lege naturali & diuina deuiare, & ab ęterna vita in mortem ire, eodem Paulo dicente. Si secũdum carnem vixeritis moriemini. Et alibi, Prudentia carnis, inimica deo, legi enim dei non est subiecta. Sed propterea lex appellatur, quia instar legis naturalis, inclinatio quædam est ad opus, iusto dei iudicio consequens hominem dono iusticiæ seu innocentiæ originalis destitutum, naturaliter consequens sensuum carnalium apprehensionem ac ęstimationẽ, sicuti in alijs bestijs natura est secundum carnales sensus viuere, nimirum non habentibus vim aliam superiorem, qua supra carnis commodum altiorem finem valeãt cognoscere. Vnde lex hæc in membris non dicitur lex hominis, aut lex mentis seu rationis humanæ, sed dicitur lex carnis, lex in mẽbris, lex sensualitatis, tanq̃ inclinatio quædam ad ea quæ carni & sensibus carnis conueniunt, q̃q̃ in homine bonum

Quid lex in mẽbris repugnãs legi mentis.

Cur inclinatio ad ea quæ sunt illicita rationi, vocetur ab Apostolo lex.

ratiõi de

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationis impediant. Atq; ita homo, cum in honore esset, constitutus est in delitiarum paradiso, vt solo deo frueretur. Per peccatum autem comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, ab adolescentia sua pronus secundum carnales sensus viuere magis, q̄ secundum rationem. Hinc factum est, vt natura humana iam vitiata, secundum vim generatiuam, plus appetat coire, q̄ lex naturæ ad conseruationem speciei decernit. Secundum gustum quoq; gustato fructu vetito, plus appetat comedere & bibere, quam lex naturæ dictat ad decentem conseruationem naturalis esse. Vnde venter dicitur exactor, Iob. 39. Clamorem exactoris tui non audias, atq; ita iam in coitu, in cibo item & in potu ad opus voluptatis trahit hominem frequentius, quam naturę conseruandę necessitas, aut generandi voluntas. Secundum inclinationem insuper prauam animę derelictam ex Adæ superbia, qua cupiuit sicut deus esse, iam factus homo cordis elati, magis pronus est diligere creaturas carnalibus sensibus perceptibiles, quam creatorem, magisq; seipsum, quā proximum, & hinc natæ sunt iam rixæ, dissensiones, omneq; genus vitiorum. De quibus Paulus ad Romanos primo. Vnde bella & lites, inquit Iacobus, in vobis? nonne ex concupiscentijs, quæ militant in membris vestris, Iacobi quart.

Homo cur ita plus appetat coire, comedere, q̄ exigit lex naturæ.

Amplius autem ad sciendum officia atq; præcepta naturalis legis, & ad plane cognoscendum differentiam eius a lege humana, operę pretium est considerare, vtrum prę ter decē prę cepta legis decalogi, sint vlla alia prę cepta moralia seu naturalis legis. Et videbitur forsitan, quod non. Nam iuxta sententiam Christi, Mat. 22. In duobus prę ceptis charitatis, hoc est in dilectione dei & proximi, vniuersa lex pendet & prophetę, sed hę duo præcepta secundum doctrinam Pauli apostoli ad Romanos decimotertio, iunctis his, quæ multis in locis de dilectione dei & proximi docet, explicantur per decem præcepta decalogi. Videntur igitur prę ter decē illa præcepta nō esse alia vlla legis naturalis prę cepta. Sed p̄ cōtraria sententia est scriptura, quæ præter decalogum explicat præcepta, de non mutuando sub vsuris, Deuteronomij. 18. De honorandis senibus, Leuitici. 19. De vitandis mereticibus.

Præter decem præcepta decalogi sint vlla alia naturalis legis præcepta.

bus, Deuteronomij. 24. De vitijs contra naturam, Leuiti. 18. De actibus multis virtutū, vt liberalitatis, misericordię, sobrietatis, castitatis, fortitudinis, aliarumque virtutum, & de vitādis vitijs cōtrarijs virtutibus, vtpote de auaritia, ebrietate, crapula, gula, superbia & inuidia, vt patet ex diuersis scripturę locis, sed hę omnia sunt, aut de vitandis, aut fugiēdis actibus quibusdam naturalis legis præcepta, quę non explicantur in decalogo. Videtur igitur decalogus non explicare omnia naturalis legis prę cepta.

Pro dissolutione huius ex superioribus considerare oportet, omnia præcepta diuina, iudicialia, ceremonialia, ex sola institutione, vim habere, quemadmodum & humana prę cepta, Nam antequam instituerentur, non decernebat naturalis ratio, sic & non aliter debere fieri. Præcepta vero naturalis legis, sunt indita rationali creaturę, efficaciamque habent ex naturali lumine rationis internæ, etiam si non statuantur vlla legis positione ac promulgatione.

Moralium præceptorum triplex est gradus.

Hoc prę misso, sciendum est, quod moralium præceptorum triplex est gradus. Nam inter ista quędam sunt communissima, adeoque in lege naturæ, in lumine rationis internæ manifesta, vt non indigeant vnquam vllo magistro foris docente, aut erudiente, sicuti prę ceptum, quo iubetur nulli homini esse male aut inique faciendum, veluti sunt mandata de dilectione dei, & de dilectione proximi, quę dilectiones sunt quasi omnium prę ceptorum fines, relucentes in illo communissimo principio, quod est æquum rectum ac iustum, prosequendum est, quod autem iniquum est & iniustum, fugiendum est. Quædam vero sunt specialia, quorum rationes, & si sint manifestę omnibus, considerationem mentis ad illa vtcumque applicantibus, eas tamen rationes non mox quilibet popularis sic apprehendit ex internę suæ mentis lumine, & ideo ista, quia ędītione quadam pro simplicioribus & rudioribus indigent, expressa sunt in decalogo, ne in rudioribus errent mentes circa huiusce modi, aut peruertatur iudicium rationis humanæ, habentis iam post Adæ peccatum legem carnis, assidue repugnantem legi mentis suæ.

Secundus gradus præceptorum legis naturæ.

Alia ve-

Tertius gradus præceptorum naturalis legis.

Alia vero naturalis legis præcepta sunt specialissima, q̃rum rationes non sic vt in pluribus sunt oĩbus manifestæ, sed sapientibus diligenter attendentibus, & actuum circumstantias vehementer considerantibus. Hęc autem sunt præcepta decalogo superaddita populo Israhel per Moysen, & Aaron, per prophetas, per Christum, per Apostolos, dei populo expressa, & declarata tanq̃ conclusiones seu declarationes quędam ex decalogo communibusq̃ præceptis legis naturæ consequentes. In oĩbus disciplinis tam speculatiuis, q̃ practicis ac moralibus ea, quæ sunt manifestiora, sunt principia quędam ad cognoscendum ea quę sunt minus manifesta.

Declaratio quonã modo omnia præcepta naturalis legis reducantur ad præcepta decalogi.

Sic ergo multa sunt moralia legisue naturalis præcepta in scripturis sacris expressa & decalogo superadita, sufficienter tñ insinuata atq̃ intellecta seu intelligenda in ipsius decalogi præceptis. Vnde in primo præcepto vbi prohibetur alienorum deorum cultus, satis insinuantur prohiberi omnia, quæ in cultum idolorum ordinantur. Atq̃ ita in illo præcepto satis intelliguntur prohibita, maleficia, superstitiones magiæ, colere sculptile, & ita naturalis legis præceptum ẽ, quod ponitur Deuteronomij. 18. Non inueniatur apud te, q̃ lustret filium tuum aut filiam, ducens per ignem, nec sit maleficus atq̃ incantator, neque phytones consulat, neque diuinos. Sic & in secundo præcepto ne vane iuremus, satis intellitur, phibita esse blasphemia & falsa doctrina. In tertio præcepto, qđ præcepit Sabbatũ sanctificare & ab operibus seruilib⁹ quiescere, satis insinuanť pręcepta, quibus pęcipiť ne simus accidiosi, ne obliuiscamur domini dei nostri. Ad quod præceptum etiã reducũtur ea quibus iubemur delectari, in deo, & nõ frui vlla creatura. Et qa crapulis, et ebrietatibus maxime obliuiscimur domini dei nostri, Ideo in eodem pręcepto præceptum intelligitur abstinere a crapulis & cõmessationibus. Vnde & hoc præceptum, etsi quantum ad tẽporis determinationem sit ceremoniale, dicente scriptura. Vt sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos Exodi 31, est tamen morale q̃tum ad actum qui pręcipitur scilicet interdum vacare his, quæ dei sunt. Et secundũ hanc rationem moralem manet iuris naturæ semper.

In quar

In quarto pręcepto, de honore parentum sufficienter insinuať, qđ dicitur Leuit. 19. Coram cano capite cõsurge & honora personam senis, & generaliter omnia præcepta quibus iubetur homo exhibere honorem, aut beneficentiam, seu elemosynam proximis. In quinto præcepto decalogi prohibẽte homicidium intelliguntur prohibitę violentiæ & lesiones corporis, ira ipsumq̃ odium, secundum illud, ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Vnde Ioannes in canonica, capite tertio. Qui odit fratrem suum, homicida est. In hoc præcepto etiam intelliguntur prohibita scandalizare proximũ, non pascere fame morientem, non defendere proximum ab iniuria occasoris, aut occisorem instigare. In sexto præcepto, quo prohibetur adulterium, intelliguntur prohibita vitia contra naturam, & oĩs illorum membrorum abusus, fornicatiões & meretricia, Deu. 24. Nõ erit meretrix de filiab⁹ Israel, neq̃ fornicator de filijs Israel, & Leuit. 18. Cũ masculo ne cõmiscearis. Cũ oĩ pecore nõ coibis. Qui coierit cũ iumẽto, morte moriať. Prohibentur hic etiã oscula & tactus libidinosi. In septimo pręcepto, Non furtũ facies, inteligũtur ꝓhibitę vsurę, rapinę, fraudes, adiuuare furem in faciendo furtum, alienæ rei detentiones. In octauo præcepto quo prohibetur falsum testimonium, insinuatur ꝓhibitum esse periurium contra proximum, & omne mendacium, & sic de alijs. Ex his potest esse manifestum omnia septem mortalia peccata eorumq̃ species ac filias in decalogo ꝓhiberi, quod in alijs declarabitur latius. *Obiectio.* Iam si dixeris nõ oĩa ꝓcepta, ꝓcepta esse moralia, legisq̃ naturæ præcepta. Nã credere et colere vnum creatorem cœli et terrę est primũ decalogi præceptum, quod tamen non secundum lumen rationis internę, sed per lumen fidei cognoscitur. Neq̃ enim p se notũ neq̃ scitũ est deũ esse. Nã opposito illius, quod ẽ ei per se notũ, nullus potest assentire, multi autem credũt oppositum secundũ illud psalmi. Dixit insipiẽs in corde suo, non est deus. *Solutio.* Respondeo, præceptum hoc cognoscitur intellectis terminis, & visa siue per lumen rationis internę, siue per lumẽ fidei existentia subiecti. Quisquis enim crediderit deum esse creatorem cœli & terrę, omnium conseruatorem &

I redem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

redemptorem, beatificumq; humanæ naturę finem, is conti-
nuo per lumen rationis internę iudicat deum esse amandũ
atq; colendum. Neq; est putandum esse absurdum præ-
cepta quędã legis naturæ, quę habentur tanq; principia pre-
supponere fidem, aut humanam, aut diuinam de existentia
rei quæ per subiectum significatur. Principium naturalis
legis est, homicidia aut falsa testimonia esse mala, non tamen
inde sequit, q; mihi sit notũ vllũ nũc homicidiũ aut adulteriũ
existere in natura. Deinde & interdũ in scientijs demõstra-
tiuis, et speculatiuis oportet addiscentẽ credere principia, quæ
in superiori scientia sunt nota. Et ideo q̃uis p se nõ sit notũ in
lumine rõnis internæ in rerũ natura aliquã talẽ esse causam
quæ sit omnium rerũ creator & beatificator. Nõ tñ inde seq-
tur nõ esse naturalis legis præceptũ, deũ esse diligendũ & co-
lendũ, & non esse dei cultũ ad alienos deos transferẽdũ. Cę-
terum & multa cõmunia sunt cognita per lumẽ ratiõis in-
ternæ, quibus relucentib⁹ in cõmunibus animorũ cõceptiõi-
bus potest probari deũ esse. i. aliquid esse, quod soli deo cõpe-
tere potest. Videlicet, Oẽ q̃d mouet ab alio mouet, & nõ po-
test esse processus in infinitũ, ex quib⁹ alijs q̃busdã naturaliter
cognitis assũptis naturales philosophi demõstrauerũt aliq̃d
esse mouẽs immobile. Itẽ in causis efficientibus secũdũ ordi-
nẽ depẽdẽtibus ac opantib⁹ nõ potest esse processus in infini-
tũ. Necesse est igit̃ in vniuersitate entiũ aliquã causã efficien-
tẽ esse primã, a qua cæterę causę efficiẽtes depẽdeãt. Alia in
sup̃ multa sunt, quæ deus intus loq̃t, intusq; docet, nõ p̃ solũ
lumẽ fidei, sed & p̃ lumẽ rõnis internę, ex q̃b⁹ p̃bari, et ostẽ-
di potest vnũ esse deũ omniũ gubernatorẽ, & cõseruatorẽ, a
q̃ pẽdeãt oĩa. Neq; refert ad præsẽs, siue tales probatiões sint
demõstrationes siue rõnes solũ verisimiles, sed sufficiat nũc
scire humanũ genus ignorãtia & cecitate esse vitiatũ p̃ Adę
peccatũ, & ideo nũc homines p̃ lumẽ rõnis internæ tales rõnes
capere non posse sine labore & studio, & præsertim rudiores
aut consuetudine praua corruptos, de quibus prophęta. Di-
xit insipiens in corde suo, non est deus, & apostolus Paulus
ad Romanos primo, qui et propterea facti sũt inexcusabiles.
Vñ priusq̃ præceptũ vlli creaturæ rõnali dandũ ẽ, oportet el
dẽ rationali creaturæ aliq̃d esse p̃cognitũ de legis cõditore,
vt in-

Deum esse an sit notum per se.

*Præcepta non dã-
tur nisi his qui ra-
tionem iam noscun-
legislatorem.*

vt intelligat aliquẽ talẽ esse, q̃ præcipiat, a q̃ & sibi illa præce-
pta ipposita esse credat, quem et tanq̃ sublimiorẽ quandã pote-
statẽ habeat, aliog & frustra quispiã præcepta illi intimaret,
et ga p̃ fidẽ vnĩ⁹ dei eĩ potẽtia innotescit nobis diuinę potesta-
tis sublimitas, ex qua cõpetit illi præcipiẽdi autoritas. Ideo
fides quędã de deo oĩm Max. Opt. habẽte potestatẽ sup̃ vni-
uersas creaturas, p̃supponit tãq̃ præãbula in his, q̃b⁹ præce-
pta sũt dãda, q̃ sane p̃cepta nulla acciperẽt, nisi illa ab aliqua
sublimiori potestate, p̃fecta esse cognoscerẽt. Nemo accipit a-
liq̃d tanq̃ legẽ aut præceptũ nisi credat illud a supiore esse, p̃-
fectũ, et ideo si lex aliqua præcipiat aliq̃d credere, oportet eũ,
q̃ hoc velut præcepũ accipit, credere esse p̃ceptorẽ hoc præ-
cipientem. Proinde & in veteri lege deus legem dedit
populo habenti iam cœlitus inspiratã vnius dei fidẽ, ad quã
prodigijs quoq; et miraculis populum electum excitauit pri-
usq̃ p̃cepta daret, vnde & recte, inquit diuus Thomas
Aquinas, in veteri lege non fuisse præceptum datum de fide
vnius dei, Vide Tho. 22, quæst. 16. Populo autem vnius dei
fidem iam habenti, consequenter dantur p̃cepta, quę popu-
lus tenetur facere siue credendo particularia credibilia, quę
seculat, siue operando, quę iubet, vnde primum præceptum
non est vt credamus deum esse, sed vt vnum deum, & non a-
lienos deos colamus. Amplius ad intelligendum vires
legum, ac rationes in fines ipsarum, sciendum quod de duo-
bus est legislatoris intentio. De vno quidem tanq̃ de actu,
qui præcipitur, vel prohibetur, qui sub præcepto vel prohibi
tione ponitur tanq̃ id quod faciendum est aut vitandum.
De altero quidem est eiusdem legislatoris intentio, tanq̃ de
eo ad quod intẽdit per actus illos quos præcipit homines in-
ducere, & hoc est finis legis seu p̃cepti, neq; enim rationa-
bilis esset legislatoris intẽtio, velle quẽq̃ ad aliq̃d faciẽdũ es
se obligatũ, si nõ rõnabilis esset finis sic p̃cipiẽdi, atq; ita
nõ idẽ ẽ finis præcepti, & id de quo præceptũ datur, quẽad-
modũ in medicina aliud præceptũ q̃ medico præcipitur, vt
tale vel tale poculum præpararet sic vel sic ægrotanti, aliud
sanitas, quę ẽ finis illorũ p̃ceptorũ medicinæ. Neq; enĩ medi
co præceptũ ẽ, vt saner, sed vt præcepta regulasq; artis medi
cinę, quę sũt ad sanãdum necessaria seu ordinata nõ omittat.

Id tamen quod est finis vnius præcepti, si sit actus aliquis voluntatis, potest in obligationem sub præcepto altero cadere, quemadmodum de charitate mox dicemus. Sic in moralib⁹ alia sunt opera, quæ præcipiũtur. Alius est finis, propter quẽ præcipiuntur. Finis legis seu præceptorum legis, quem legis lator intendit, est vbi, quibus lex imponitur, boni fiant, iuste & recte viuant. Bonitas autem, quemadmodum ex supra dictis patet, gemina est, Vna bonitas naturalis esse, veluti vtilitas proximorum, Pax item & tranquillitas ciuiũ in hac vita inter sese conuiuentiũ, secundum ciuilem quandam iustitiam diuinę legi nõ contrariam, quin potius ordinabilẽ ad ipsam. Alia vero est bonitas supernaturalis esse, vtpote supernaturalis beatitudinis in regno dei. Pax insuper & tranquillitas reipublicę, quę fide & euangelicis legibus sociata ẽ ad perueniendum in finem illum, & hęc est intentio legis diuinæ. Hinc præceptorũ opera in scripturis sacris, et apud ecclesiasticos patres bifariam dicuntur bona, Vno modo per exclusionem culpæ. Alio modo per positiõem dignitatis seu meriti æternæ vitę. Gentilis aut Christianus, qui extra charitatem ex naturali pietate honorat parentes, aut pascit esurientem, fame morientẽ, implet præceptũ legis naturæ, facit q̃ opus bonum bonitate accepta, non secundo, sed primo modo.

Opera bona dupliciã dicuntur.

Ad hæc planius intelligenda, conuenit considerare, q̃nam pacto charitas est finis præcepti. Sciendum est charitatem hanc esse, qua simus filij dei, consortes diuinæ naturæ, de qua Ioannes loquitur, Videte qualem charitatem deus ostendit nobis, vt filij dei nominemur, et sim⁹, primę Ioan. 3. loquens de charitate, qua ipse nos diligit, diffundẽs in nobis adhuc inimicis charitatem per spiritum sanctum, qua ex inimicis, amici ipsius efficiamur. Hæc autem charitas in nobis est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Nõ potest esse cordis puritas, vbi dominatur concupiscentia, aut vana huius mundi cupiditas. Non potest esse conscientia bona, vbi deest fiducia spei, orientis ex conscientia boni animi bene sibi conscij. Charitas enim bene operantis, spem dat bonę cõscientię nõ potest esse fides nõ ficta, quæ nõ est a deo inspirata, sed quã sibi cõfingit humana præsumptio, veluti dũ

Quid sit de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta.

anim⁹

animus credẽs aliquid futurum, quod nõ videt, fingit sibi aliquid futurum, quod non est, aut credat, vel speret, diligatque quod falsum est. Vnde quod in vno loco dicit Apostol⁹, Charitas est finis præcepti, hoc in alio loco dicit, Finis legis Christus est, finis, inq̃, non corruptionis aut consumptionis, qua scilicet Christus abeat, euacuetur, aut esse desinat, sed consummationis seu perfectionis, qua Christus ipse in nobis maneat, corda nostra possideat. Apostolus cum dicit, Charitas est finis præcepti, accipit præceptum pro tota lege Moysi, de hac enim loquitur, vt patet ex cohærentia sententiarum. Sciendũ est igitur, quod lex Moysi triplicia continet præcepta, quædam perpetua, quæ continet legis decalogus. Alia iudicialia, de iustitia populo administranda in iudicijs, de criminibus, & transgressoribus legis diuinæ puniendis. Postremum ceremonialia sacramenta, & secundum singulas partes, finis legis est charitas seu Christus. Nã et lex secundum ea præcepta quæ decalogus continet, non impletur, si non ipse operans legis opus in charitatem ordinet. Siquidem decalogi opera, ne q̃ perfecta, recta, aut iusta sunt, si non charitatem habeant, finem in quem referantur. Deinde lex secũdum eam partem, quæ circa scelerũ vindictas versatur, medicinalis est, vt sanatis morbis contumaciæ atq; superbię homines peccare desistant. Postremum lex secundũ cerimonialia sacramenta Christũ nobis insinuat, ad Christũ nos mittit. Verũm ne ex scriptura, qua dicit charitas esse finis præcepti, quispiã fallatur, & credat charitatem fieri & generari ex obseruantia præceptorum, tanq̃ ex merito, quo perueniam⁹ ad charitatem, Sciendum eit, quod is, qui non diligit, mandata dei non seruat. Si quis, inquit Christus, non diligit me, sermones meos non seruat. Proinde non custodia mãdatorum dilectionem facit, sed econtrario, dilectio facit custodire mandata. Vnde Aug. super Ioannem, tractans verbum Christi dicentis, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Quęrit, an dilectio faciat seruare præcepta, an potius econtrario, præcepta seruata faciant dilectionẽ. Respondet. Nemo ambigit quod dilectio præcedit in vnoquoq; obseruationẽ mandatorum. Nã vnde præcepta seruat, nõ habet is, q nõ diligit.

Finis legis Christus.

Declaratur charitas esse finis omniũ præceptorũ legis.

Non mãdatorũ custodia charitatẽ generat, sed econtrario potius.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod ergo ait, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, ostendit non vnde dilectio generetur, sed vnde monstretur. Neq; enim ait, Si præcepta mea seruaueritis, dilectionem meam dabo vobis, sed manebitis, inquit, in dilectione mea, tanq; dicat, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, id est, in gratia mea, qua ego dilexi vos, eligens vos de mundo, vt fructum afferatis, sed nolite putare vos manere in hac dilectione mea, si non seruaueritis præcepta mea. Non ergo, vt Christus nos diligat prius seruamus præcepta ipsius, sed nisi prior ipse nos diligat, largiens gratiã, præcepta illius seruare nõ possum⁹. Seruare, inquã, sic vt ingrediamur vitã æternã, sic vt Pelagiani putabãt nos p vi liberi arbitrij posse esse sine pctõ, sicq; seruare illa, vt bñ viua m⁹. Hoc enim falsũ est, quia nec bñ viuere dicendi sunt, qa viam bene viuendi Christum, & finem bene viuendi vel cæcitate nesciunt, vel inflatione quadam contemnunt. Multi sunt extra ecclesiam, etiam pagani, qui secundum quandam huius vitæ consuetudinem dicuntur boni homines, boni viri, bonæ fœminæ, inuocantes, & quasi obseruantes ea, quę in lege præcepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non mœchantes, non homicidium, non furtum, non falsum testimonium perpetrantes, qui & pascunt esurientem, vestiunt nudum, suscipiunt hospitem, visitant ægrotum, consolantur incluſum. Hæc omnia facientes in cæcitate, & in tenebris manent, putantes sese non indigere Christo medico, qui solus est via, veritas, et vita. Hic iã si dixeris, Charitas si sit principium, causaq; efficiens, ex qua prodit mandatorum custodia, non poterit igitur charitas esse finis custodiæ mãdatorũ, siquidem causa finali tempore prior est efficiens causa, quę propter causam finalem acquirendã, prodit in opus, vt patet in eo, qui ambulat propter sanitatem, & in ęgroto, qui propter sanitatem medicinam accipit. Præterea charitas est id, quod præceptum est, seu id quod sub præcepto cadit. Non potest igitur ipsa charitas esse finis, propter quem præceptũ est datum seu impositũ. Præterea si charitas sit id, quod præcipitur, quis ergo erit finis præcepti illius, quo præcipitur ipsa charitas. Respondeo argumentũ nihil concludere. Nam

Quomodo extra charitatem qs implet præceptum.

Obiectiones tres.

Soluciones.

Nã cã finalis & efficiẽs coincidũt. Manifestũ est deũ esse principiũ & finẽ oim bonorũ operũ nostrorũ, neq; vllũ esse meritũ bonũ, qd' nõ sit dei donũ, & in deũ, vt in finẽ ordinatum. Ad probationẽ aũt argumenti dicitur, q duplex est finis, Nã quidã est, quẽ efficiẽs causa operãdo intẽdit ꝓducere, veluti sanitas, ꝓpter quã producendã medicus medicinã prępărat, & talis finis est, secundũ tps posterior causa efficiẽte. Alius est finis, nõ quẽ cã efficiẽs opando intendit ꝓducere, sed quẽ intendit alteri cõmunicare, hoc modo idẽ est causa finalis & efficiens eiusdẽ actus, & sic deus operat nobiscũ opa bona, ꝓpter semetipsum, vt videlicet cõmunicet nobis semetipsũ, & largiat nobis suã immutabilẽ ac sempiternã bonitatẽ. Atq; ita de⁹ simul ẽ autor bonorũ operũ, et eorundẽ bonorũ opum finis. Ad secundũ dicimus, aliud esse præceptũ q̃ præcipit charitas, aliud præceptũ cuius charitas finis est. Pęcipit charitatis actus, cũ dicitur, Diliges dñm deũ tuũ. Hæc aũt ipsa charitas, est finis cæterorũ præceptorũ legis, cuiuscemõi sunt, vnũ deũ colere, neq; furare vane p ipm, neq; adorare idola, ẽ. Itẽ rõ ꝓhibitiõis cõcupiscẽtiæ, nõ solum mõ ẽ, ne ꝓueniat ad opus adulterij, aut ebrietatis, aut rei cõcupitę, sed ẽ, qa cõcupiscẽtia ipsa cõtraria ẽ charitati aię eius cui inest, & aufert vltimã ꝓfectionẽ eius. Cupiditas enĩ ẽ venenũ charitatis, atq; ita præceptorũ secundæ tabulæ, quę sunt ad ꝓximũ, finis nõ sola tpalis proximorũ vtilitas, sed & nra vtilitas, vt vel charitatẽ nõ extinguam⁹, neq; lõge ab ea discedat nr aius. Itẽ finẽ primi præcepti, q̃ ꝓhibetur idololatria, & præcipit cult⁹ vni⁹ dei esse charitatẽ, de se manifestũ est, & similiter finẽ .2. præcepti, q̃ præcipitur ne assumamus nomẽ dei inuanũ. Itẽ finẽ tertij præcepti esse charitatẽ patet, dũ in oibus operibus laboramus spe futurę getis, vt habeamus sabbatũ in deo sempiternũ. Sic et in præceptis cęteris, veluti eorũ, qbus dicit, Nõ mœchaberis, & ẽ. finis est charitas seu dilectio dei, vt moderatis & suppressis cõcupiscentijs, quibus ratiõalis anim⁹ ab his quę deisũt auersus, carnalib⁹ voluptatib⁹ est immersus, de⁹ diligat. Itẽ finem fidei esse charitatẽ patet, quia mõstrat finẽ, quem diligimus, finem item spei esse charitatẽ patet, quia erigit animum, vt contra impedimenta tendamus in illum.

Duplex finis.

Ratio prohibitionis cõcupiscentiæ, quæ sit.

Ad vltio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad vltimũ argumentum dicimus, quod finis præceptĩ, quo præcipitur charitatis actus, est ipse deus, in quo per charitatem mens quiescit, vt in summo suo beatifico bono. Vnde duplex est finis. Vnus, quo quiescimus in deo. Alter, in q̃ quiescimus, qui est ipse deus, deus autem cum non sit nostrę volũtatis opus, non præcipitur nobis, neq; enim datur præceptum vllum nisi ad opus aliquod voluntarie faciendum, aut omittendum. Præceptum quidem est nobis manere in charitate, quę deus est. Nam sic manere opus est hominis, nõ soli⁹ autem, sed cœlitus adiuti. Vnde non multum refert, siue in verbo Apostoli dixeris charitatẽ accipi pro charitate creata, siue pro charitate increata, quia vtraq; finis est, nec tñ duo fines, sed vnus vltimus videlicet charitas ipsa increata Neq; hęc cõfingimus ex cerebro nro. Nã de increata charitate loquitur Ioannes, Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in illo. De charitate aũt creata, quę virt⁹ est, iuxta Paulum apostolum diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, idem Paulus alibi dicit. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc, vbi Apostol⁹ agit de creatis charismatum donis, quemadmodum autem illic neq; fides est deus, neq; spes, ita neq; charitas illic accepta deus est. Supradictis forsitã videbitur obstare. Charitas est dei donum nõ oĩbus datum, non est igitur actus in potestate humanę voluntatis, Atq; ita consequi videtur charitatem, seu motum charitatis nõ posse vlla lege præcipi.

Duplex charitas, creata et increata.

Obiectio, qua infertur, actus charitatis non esse in præcepto.

Respondeo negans consequentiam, Nam actus charitatis, est actus bonus & optimus, & ideo sub præcepto positus est, & in potestate volũtatis humanæ, quia ipsa volũtas ĉjus non posset sibi charitatem infundere, vtiq; tamen ipsa nondum charitatem habens potest per initia quædam fidei aut alias cœlitus suasa seu vocata, & inuitata sese disponere ad accipiendam charitatem. Quemadmodum Sapiens, vt scĩt quod nemo posset continens esse, nisi deus daret, adijt dominum, & deprecatus est illum, vt acciperet donum continẽtię, quod nondum habebat, vt dicitur Sapien. octauo. Rursus ipsa voluntas iam charitatem habens, potest vti & non vti ĩla accepta, atq; perdere illã, Quamobrem hortatur Apostol⁹,

Qui

Qui stat videat ne cadat. Deinde & hoc sciendum quod aliud est donum dei, quod est virt⁹, aliud vero donũ dei quod est virtutis opus, vt habet Augustin⁹ sup illo psalmo feci, Iudiciũ et iustitiã, Virtutẽ deus inqt opat̃ in nobis sine nobis, opus autẽ virtutis nobis cooperãtib⁹ opat̃. Ideo nõ vt ipas virtutes opemur præcepit nobis de⁹, sed vt opemur, vel opa ex virtutib⁹ acceptis, vel opera ad virtutẽ aliquã assequẽdã ordinata. Hic ergo si obiecĕris. Charitas ipsa nõ præcipitur in singulis decalogi præceptis, alioqui Paganus ex naturali lege parentes honorãs esset trangressor præcepti de honorandis parentibus, Non potest igitur charitas esse singulorum præceptorum finis. Respondeo, ex supradictis non valere consequentiam. Nam charitas ĉjus non præcipiatur in singulis decalogi præceptis, est tamen singulorum præceptorum finis, cuius actus est etiam sub præcepto speciali, quo dicitur, Diliges dominum deum tuũ & c̃. verum hoc est præceptum affirmatiuũ obligans ad dilectionis actũ, quem non oportet semper permanere in anima, sicuti neq; semper actu oportet nos honorare parentes aut pascere esurientes, & ideo si occurrat tempus quo voluntas tenetur subuenire parentibus & esurientibus, & nõ simul occurrat tẽpus quo tenetur actu diligere deum, non peccat parentes honorans ex indita naturalis legis inclinatione etiam etsi nõ operetur ex charitate quam non habet. Si vero temp⁹ occurrit in quo tenetur parentibus subuenire & simul deum diligere, tum tenetur ex charitate parentes diligere, non vi præcepti de honorãdis parẽtibus, sed ex vi illius mãdati maximi. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo & c̃, ad q̃d mandatum adimplendum, vt inquit Augustin⁹ in primo libro de doctrina Christiana, requiritur vt omnia sua in deum cõferat, a quo habet ea quæ confert. Neq; istud est cõtra sententiam Augustini in libris contra Iulianum & Pelagianũ dicentis, Absq; fide nullum esse opus bonum. Nam Augustinus, vt iam patuit, loquitur de operibus bonis secũdum talem bonitatẽ qua iuste & sine peccato viuitur cõtra Pelagianos, qui docebant homines absq; fide per solum lumen rationis posse ita viuere, vt nullum habeant peccatũ,

Aliud virtus, aliud virtutis opus.

Vtrũ charitas quæ ẽ finis omnis præcepti præcipiatur in singulis decalogi præceptis.

K & vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vitam quandam æternam habeãt extra regnum cœlorũ, etiam non baptizati, quod est hæresis damnata. Nam a peccato, siue originali, siue actuali, nemo liberatur absq; fide, aut fidei sacramento. Et hoc in doctrina Augustini diligenter considerandum est, quia fallit multos, doctrinam illius non intelligentes, sed de hoc latius in libro de natura & gratia, vbi declarabitur, quo modo accipiẽdum sit, Omne quod nõ est ex fide, peccatum esse.

Dilectionẽ dei esse finem omnium præceptorum, cognoscũt etiam Hæbræi sapientes.

Hactenus satis declarauimus, dilectionem dei esse totius legis, omniumq; externorum operum ac sacrificiorum, & orationum, ac ieiuniorũ finem, quod non solum Christianis ex scripturis euangelicis est notum, verum & Hebræis sapientioribus id ex scripturis veteris legis plane demonstrantibus, quemadmodum patet ex sententijs Rabbi Moysi Aegyptij superius allegati.

Vnde in volumine, quod inerpretatur, Dux dubiorum, libro tertio, ca. 52. plane docet, quod externa seruitiorũ opera, vt oratio, lectio legis, sacrificia & oblationes, & ea quæ fiebant circa domum dei, rituscq; solennitatum ac festorum, aliorumq; præceptorum executiones, habent finem suum, vt populus exerceat se in præceptis creatoris, & elongetur a sæcularibus negotijs, & sit occupatio, cogitatioq; mentis eius circa ipsum deum, & non circa aliud. Si quispiam vero labiorum motu orauerit, & tamẽ cogitet de meretricibus suis, vel si legis verba legerit, cogitatio autem cordis sui est in ædificatione domus suæ, non intelligens quid legat, vel si aliud quoduis præceptum impleat membris suis, sicut qui fodit aut scindit ligna in mœrore, non intelligens operis rationẽ quare fiat, non est assecutus finem legis, sed similis est illis, de quibus dictum est, Prope est dominus in ore, cor autem eorum longe est a me, addens, Scito, inquit, quod in tempore orationis exercere te debes, vt mens tua sit vacua ab omni re alia. Multa sunt horarum spatia, in quibus cogites de alijs omnibus, quæ necessaria sunt tibi in cibo & potu, & in familia, & in negotijs externis. In hora vero seruitij creatoris, & executionis præceptorum, eius cogitationes non declinent ad alia, nisi ad illa quæ facis. Vnde & iustus apud deũ perfectus est toto intellectu inspector & contemplator creatoris

Attentio & intentio in deum inter prandũ requisita.

toris sui, licet etiam loquatur cum hominibus, & laboret in his quæ necessaria sunt corpori, quemadmodum ait Dauid, Prouidebam dominum in conspectu tuo semper, & ille perfectionis gradus fuit Moysi magistri nostri, sed non oportet, quod omnium fuerit prophetarum. Finis ergo omnium præceptorum est, vt mens tua sit munda, vt diligas dominum deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & totis viribus tuis. Hactenus Rabbi Moysi sententiæ, longe dissidentes a sententijs & nænijs Iudæorum neotericorum, & a vita carnalium Iudæorum, quos passim in euangelio coarguit Christus, tanctq; non assecutos intentionem legis, quin potius contra legis intentionem, confidentes in orationibꝰ, et mũditijs, et sacrificijs externis, lõge a deo semotis cordibꝰ. Contra quos & passim ait Apostolus Paulus. Hæc in libris Rabbi Moysi, fidei nostrę consona, Quamobrem Iudæi in Gallia, Hispania, Germania, & Italia, feruntur in vnum conspirasse, vt traderent libros illos tres incendio, quod videretur nimium fauere Christianorum fidei, sed quod commenti erant, perficere non potuerunt. Habebatur namq; liber per totum ferme orbem in multa exemplaria propagatus.

Dilectio dei quam ponunt Iudæi esse finem præceptorum absq; fide in Christum non potest perducere Iudæũ in vitam æternam.

Sed hic ne fallaris ex huius Iudęi sententijs scire oportet, quod purgatio mentis, dilectioq; illa, quam ipsi, cæteriq; Iudæorum sapientes putant esse finem legis, nolentes credere in dominum nostrum Iesum, totius legis finem & consummationem, nequaquam potest perducere illos ad illam dilectionem quę est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, de qua loquutus est Apostolus prim. ad Timotheum .1., sicuti & in superiori libro, De captiuitate & redemptione generis humani, satis est demonstratum.

¶ *Sequitur secunda huius capituli pars de legibus humanis quonã pacto deriuẽtur ex ratiõe seu æquitate quadã naturali, et qua ratiõe sunt iustæ aut iniustæ.*

OPerę pretium est iam considerare quonam modo lex humana ad hoc vt sit iusta seruire debet rationi seu æquitati naturali. Hoc aũt vt planius intelligamus, ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima sententia. quot subijciemus sententias. Prima sententia est:

Quamuis lex humana nō habeat vim in foro conscien tię quempiam obligādi, nisi ex ratione quadam equitatis, naturalis tamē illa ratio sola non sufficit præceptum seu le gē obligantem facere, sed oportet accedere humanam vo luntatem superioris ex ratione illa legem seu prę cep tum dantis. Vnde ratio illa æquitatis naturalis extitit priusq̄ lex instituta fuit, & plerumq̄ etiam manet lege abo lita atq̄ abrogata. Aliud est igitur lex humana, aliud legis ratio faciens vt legislator in illam spectans possit legem cō dere. Vnde si ratio æquitatis naturalis tanta esset vt absq̄ imperio hominis obligationem ad opus aliquod faciendum adduceret, iam nō ex sola humana lege, sed ex naturali iure opus illud præceptum esset. Et ex hoc iam considerato faci le est intelligere inter legem pure humanam & legem natu

Secunda sententia. ralem discrimen esse. Sententia secunda.

Lex iusta humana ab æterna lege deriuatur. Probatur per illud Salomonis, Per me reges regnāt, et legum condito res iusta decernunt, per me principes imperant & potestates decernunt iustitiam, prouerbiorum octauo, per me hoc est me docente sapientiam & prudentiam & dante cor docile ad discernendum inter bonum & malum & faciendum iu dicių supra populū. Nullā ē dictamē internę ratiōis solidū, nisi in prima veritate lege ac luce vtcumq̄ stabiliatur, atq̄ ita origo positiui iuris est a naturali vel diuino iure accedē te autoritate humana præsidis legem positiuam secundū e quitatem quandam naturalem statuentis. Vnde Augusti nus, In istis temporalibus inquit legibus nihil est iustum, nisi quod ab æterna lege homines sibi deriuauerint.

Ex superiori sententia considerata liquidum est legem humanam eatenus ex lege diuina aut naturali deriuari, qua tenus habet rationem seu causam aliquam rationabilem aut moralem aut diuinam non simpliciter singulas personas ob ligantem, sed vt in pluribus congruentem atq̄ necessariam toti reipublicę sic vel sic dispositę, et id quidem vel ad lucrō, & ad augmentum bonę dispositionis reipublicæ vel ad ob uiandū pluribus aut grauioribus malis, qui alioqui, semota lege,

lege, reipublicæ verisimiliter contingerent. Discrimē autem est inter legem positiuam secularis potestatis & legē potestatis ecclesiasticę. Nempe lex secularis potestatis diri git populum in his quæ ad pacem & tranquillitatem huius vitæ pertinent, ad pacificam ciuium inter se viuentium so cietatem. Et ideo secularis potestatis est ordinare iudices in ciuitatibus, ciuiliter & criminaliter punire delinquentes ac reipublicę turbatores, legibus & consuetudinibus iam statu tis atq̄ receptis vti, constituere item & seruare mensuras sta tutas, nummismata, & pondera, quibus & fraudibus obuie tur, & iusticia seruetur in contractibus, in commutationib⁹ in successionibus bonorum defuncti, hęc & id genus alia ci uilib⁹ legibus expressa & determinata sunt secularis pote statis officia. Lex autem canonica, quę est potestatis ec clesiasticæ, dirigit populum in his quæ ad dei cultum perti nent in his quæ sunt ad iuste ac rite dispensandum officia & beneficia ecclesiastica, & sacramenta, ad verbum dei po pulo seminandum, ad retinendum & remittendum peccata, ad ligandum & soluendum per claues ecclesiæ datas, & ad id genus alia multa, quę sunt ad cultum & custodiam fidei Christianę aut charitatis. Vnde & hoc geminum officium iam olim in Exodo habemus expressum, vbi Moyses argui tur a Ietro suo cognato quod solus sine ministris coassum ptis conatus sit populum secundum vtrumq̄ gubernandi modum dirigere. Stulto, inquit ad eum Ietro, labore consu meris. Vltra vires tuas est negotiū. Prouide ergo viros timē tes deū, & qui oderint auaritiā, & illos cōstitue super populū tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos, qui po pulum iudicent, quicquid vero maius fuerit, referant ad te, et ipsi minora tātum iudicēt. Tu vero esto populo in his quę ad deum sunt, ostendasq̄ eis ceremonias et ritum colendi de um, & viam per quam ingredi debeant, Exodi decimo octa uo. Cęterum & hic sciendum, quod etsi apud diuersas nationes gētium diuersę sunt secularium potestatum leges, cōsuetudines, ac cōstitutioēs, omnes tn in eundē tendunt fi nē proximū, videlicet ad pacē quandā ciuilē reipublicæ hu ius vitę, ad promouendos hominum mores in bonum, & ad

coercen-

Secularis legis officium.

Legis canonicæ officium.

coercendos malos. Proinde omnis huiuscemodi legum diuersitas potest esse rationabilis secundum regulas quasdam naturalis æquitatis, si veram Christi religionem nō impediāt, neq; promoueāt idololatriq; cultū, aut alias superstitiosas sectas, neq; mores foueant prauos, contrarios Christianæ iusticiæ. Proīde & hoīes vere Christiani, in quamcūq; ciuitatē terreni imperij sese transferri contigerit, legibus ciuitatis illius, & regni, pro concordia & pace ciuium, secūdum morales quasdam prudentiæ regulas q̄ditis, obtemperare non dubitant, quemadmodum & ipse Paulus docuit Christianos ecclesiæ primitiuę inter ethnicos dispersos, oportere obedire principibus, & regibus etiam ethnicis ac dyscolis. Sine pace & cōcordia, nulla potest subsistere respublica, videlicet, neq; familia domus, neq; ciuitas hominum, neq; regnum, neq; imperium. Vnde & pax quędā est domestica, est & pax ciuitatis, & pax totius regni. Verum omnis domus, quia debet esse pars ciuitatis, & omnis pars ad custodiam sui totius est referenda, consequens est pacem domesticam ad cōcordiam totius ciuitatis esse ordinandam, atq; ita fit, vt ex legibus ciuitatis oporteat patremfamilias sumere præcepta, quibus domum suam sic regat, vt sit accommodata paci ciuitatis, sic et pax ciuitatis ordinanda est, vt sit accommodata paci totius regni. Sed ciuitates hominum, qui non ex fide viuunt, pacem terrenam huius temporalis vitę sectantur, vt sit eis cohabitātibus de rebus ad mortalem hanc vitam pertinentibus quędam voluntatis concordia. Domus vero & ciuitates hominum ex fide viuentium, etiam pace ista temporali vtuntur, donec ista mortalitas vitę, cui talis pax est necessaria, transeat in pacē æternā. Atq; ita Christiani patres familias, Christiani item magistratus & reges, etiam omnibus in familia aut in ditione sua, tanq̄ filijs ad colendum & promerendum deum consulunt, desiderantes venire ad cœlestem domum, seu ciuitatem, in qua amplius necessaria non erunt huiuscemodi leges hominum, officiaq; imperādi. Vide de his Au. .19. de ciuitate dei, cap. 21. & sequentibus. Omnis ergo lex humana debet esse rationabilis, ac reipu. vtilis. Quod si præceptum fuerit sine ratione, neq; attulerit aliquam vtilitatem, neq; remouerit damnum, plus mali afferens q̄ boni, ini

Christiani inter ethnicos commorātes seruare debent positiuas leges regum ethnicorum.

Christiani reges pace ista temporali utuntur ad perueniendum in pacem æternam.

quum

quum est. Sed hic ne quis ad sola quorundā hoīm singularia quędam damna speciās, putet legem aliquā hinc esse damnosam, q̄ multis sit peccandi occasio, considerāda est hæc Sententia tertia. Rationabilis legislatoris legē dātis est cōsiderare cōe reipub. bonū et nō spectare ad illud, quod raro aut in paucioribus, aut per accidens fit, Neq; ad damnū qđ eueniet alicui aut paucioribus ex tali lege aut regimine tali. Et ideo si legis intentio non perficiatur in quolibet singulorum, non idcirco mutanda est lex, Nam iura constituuntur in his quæ frequenter accidunt, non in his quæ raro aut in vno aut altero casu forte accidere possūt, Neq; leges item sic scribi possunt, vt oēs casus qui quandoq; acciderint cōprehēdantur, sed sufficit ea quę plerumq; accidunt contineri, & ideo cum in aliquo casu sententia legis manifesta est, is qui iurisdictioni preest ad similia debet procedere, considerata legis ratione & vtilitate secundum ipsius legislatoris voluntatem. Suntq; in casibus plerisq; leges benignius interpretandę q̄ sonant earum verba, quemadmodum docet Imperator. ff. de legibus & senatusconsultis. Nulla, inquit, iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur ea nos duriore interpretatione contra commodum eorundem hominum producamus ad seueritatem. In fraudem legis facit, qui saluis verbis legis sententiam legis circumuenit. Vnde opera sola lege humana, aut præcepta, aut prohibita, non sunt secundum se bona aut mala, sed in medio constituta, sic bona & vtilia, vt interdum etiam propter locū, tempus, & personā sunt mala, & ideo lex humana non sic potest vniuersaliter accipi, quum interdum liceat contra tenorem verborum legis ad conseruandum fortiorem quandam æquitatē naturalē tū emergētē. Opa vero lege naturali iussa, aut phibita secūdū se sunt bona, aut mala, vt diligere deū, odisse deū, mētiri, falsū testimoniū dicere, adulterari, blasphemare deū, et ideo lex naturalis & diuina vniuersaliter sup hęc opa fert, nō sic lex pure humana sup vllū gen⁹ opum vniuersaliter lata ē, et ideo lex humana non potest esse omnino immutabilis. Neq; tamen legislator debet legem suā positiuā mutare secundū diuersitatē variatiōis singulorū hoīm & tpm sicuti peritus medicus, qui medici

Lex iniqua ē quæ plus mali, q̄ boni affert.

Lex humana non ad particularia quorundam hominum damna, sed ad commune bonum spectat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quí medicinã prẽparat ac variat, p vt opus est vnicuiq; singulari secũdũ dispositionẽ cõplexionis ipsi⁹ in statu qué habet. Sed necessarium est vt regimẽ legis communis sit definitũ cõmune bonum totius gentis licet sit quibusdam conueniens, quibusdã vero nequaq̃. Proinde oportet rectores & legislatores esse sapientes atq; prudentes, & tales esse, qui tãtum illuminationis sint assecuti q̃tum sufficit non solum ad regendum seipsos solos, sed quatum sufficit ad dirigendum & regendum alios, vt considerent, quid in condenda lege, aut in dando præcepto liceat, deceat, & expediat vtilitati aut directioni eorum, quibus lex aut preceptum imponitur, ne incidant in damnationem quam comminatur Esaias capite primo. Ve qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserũt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causę humilium populi, vt essent viduę preda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientes, ad cuius fugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram.

Rectores reipublicæ & legislatores quales esse debeãt.

Quarta sententia

Sententia quarta. Aliud est legem aliquam humanam esse iniustam aut iniquã, aliud est eam esse inutilẽ. Lex iniusta seu iniqua, sicut iam mox dicem⁹, contrariatur bono humano, aut diuino. Inutilis vero est quę non sic contrariatur bono humano, sed tamen nullam adfert vtilitatẽ communis boni. Verum hic ne mox pro arbitrio nostro reiiciamus omnem legem, quæ nobis videtur non continere vtilitatem aliquam, Sciendum est multa esse præcepta statu tacq; humana pure positiua, quorum vtilitates & rationes non mox omnibus sunt manifestę, sed non ideo mox putandum est constitutiones illas non deriuari a lege eterna, aut non fundari in naturali quadam æquitate. Quemadmodũ in veteri lege multa erant præcepta pure positiua, habentia præter rationem figuralem in Christum, etiam rationem quandam moralem naturalis cuiusdam occultę æquitatis. Verbi gratia, præcepta de occisione, & immolatione ouium, vaccarum seu vitulorum, & hircorum, de non induenda ueste contexta ex lana & lino, de nõ arando in boue & asino, de non miscenda carne cum lacte, & de non edẽdo sanguine, & id genus alia multa nullam videntur habere vtilitatẽ, neq; ad mores bonos, vt populus bene se habeat inter sese, neq; ad deum creatorem suum. Verum si consideres conditionem loci, temporis, & reipublicę Iudæorum patebũt in huiuscemodi præceptis etiã rationes quædã & causę æquitatis moralis. Nam rationi, & æquitati naturali congruebat, quod deus pius legislator, volens populum Hębręum auertere a ritibus, & superstitiõsibus gentiũ colentiũ idola daret populo illi præcepta multa cõtraria præceptis gẽtiũ idolatrarũ, inter quas erãt educati, Ne, vt scriptura inqt, ambularent in ritibus gentium, & ne putarent in naturis ipsorum animalium aut in cõtextu vestium aliquid esse numinis boni aut mali. Ideo dedit eis deus præcepta contraria præceptis gentium ordinatis ad culturam idolorum. Vnde seruitores idolorum solent incedere veste contexta ex lana, & lino, solent item mulieres vti veste virili armisq; virilib⁹ quemadmodum inuenitur, vt inquit Rabbi Moysi, scriptũ in libris eorum. Et ideo ne populus dei videretur imitari ritus gentium, datum, inquit est, hoc præceptum. Est etiã præcepti secundi alia ratio, quoniam mulierem induere vestem virilem suscitat concupiscentiam, & inducit genera fornicationum. Vnde propter rationes similes potest talis vsus vestium prohiberi mulierib⁹ etiam per Christianorum leges. Multa seruat in hodiernum diem ecclesia quæ olim in veteri lege erãt ceremonialia aut iudicialia præcepta veluti ritus thurificationum, præceptũ de non celebrando pascha ante lunam decimã quartã, preceptum item de soluenda quota decimarũ ministris ecclesię, quod erat ceremoniale, hodie ligat non ex diuino, sed ex humano iure, nonnulla quoq; iudicialia veteris legis præcepta sunt per ecclesiæ Christianę rectores ac principes denuo instituta, veluti præcepta de interficiendis maleficis, & sodomitis, & de homicidio, quæ nunc sunt non diuina præcepta, sed positiua, adeo, vt principi plerumq; liceat talem criminosum etiam non occidere, sed punire alia pœna citra mortem, quod non liceret, si esset diuini iuris omnem talem criminosum occidere. Item gentes comedebãt sanguinem tanq; cibum dæmonum dicentes, qđ

Ratio quidem mõralis in præceptis veteris legis præcipientis ne inuerẽt Iudæi uestem ex lana et lino contextam, ne manducarent sanguinem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicumq; comederent sanguinem, venire possent ad artes diuinandi. Ideo populus illius temporis ne deciperetur lege illa gentiũ, æstimãs in sanguine esse talẽ vim dæmonũ, prohibitũ est edere sanguinẽ, posuitq; lex prohibitionẽ esus sanguinis ęqualem prohibitioi idololatrię dicens, Effundam iram meam in populum qui sanguinem comederit, & dabo iram meam in populum, qui filios immolauerit. Item Aegyptij honorabant speciem ouium tanq; in natura ouium esset quid diuinitatis, & ideo apud Aegyptios prohibita erat occisio ouium, & omnis pastor eorum comedẽs oues abominatio erat apud illos, sicuti scriptum est, Si sacrificaremus abominationem Aegyptiorum in oculis eorum prævalerent. Ad tollendum illum errorem a populo dei iussus est Israhel, vt inquit Rabbi Moyses, occidere agnum. Alię gentes inter quas versabatur populus Israhel honorabant hedos & vaccas, seu vitulos, putabãtq; deos suos habitare in illis, et apparere hominibus, & ideo lex horum idololatrarum prohibebat occidere animalia hæc. Ad tollendũ atq; impediendum errores illos a populo Israhel, dedit deus populo suo cõtrarias leges, quibus iubebantur occidere animalia illa et immolare deo Israhel, vt intelligeretur deus Israhel esse dominus excelsus & rex magnus super omnes deos, & vt illud quod gentes putabant in populo israhel esse causã irę & mortis crederetur esse causa vitę a domino deo Israhel saluante populũ suum obedientẽ ipsi in occisione talium animalium, sicuti scriptura dicit de domibus Israhel sanguine agni aspersis, propitiabatur dominus super portas illas, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, ad interficiendum.

Exodi. 8.

In animalibus sacrificãdis deus dedit populo Israhel leges cõtrarias legibus idololatrarũ.

Præter has vtilitates erãt in esu agni paschalis alia quędã appropriata videlicet ad cõmemorandũ liberationẽ, & egressũ ex Aegypto miraculososq; illi⁹ modos, veluti quod agn⁹ singulis ãnis quarta decima die mẽsis primi comedebat assus in vna domo, & id quidẽ festinãt, & quod nõ frangatur os vlla. Sicut ergo hęc & alia veteris legis præcepta multa quę nullã videt habere rõnabilẽ causã cõtinẽt rationes quasdã, & fines, Ita & multę ecclesiasticæ institutiões, & cõsuetudines in diuino cultu et sacramẽtorũ mysterijs a sanctis patribus

b⁹ obseruatę causas hñt rõnabiles, tametsi interdũ eas ignorem⁹ de q̃b⁹ lati⁹ ĩtra. Sentẽtia quĩta. Legẽ humanã cõtingit bifariã esse iniustã. Vno qdẽ mõ, ꝓpterea q̃ cõtraria ẽ cõmuni bono humano, vtpote, vel a nõ superiori, vel ex cupiditate aut auaritia prędis lata vtilis, scilicet ad solũ illi⁹ cõmodũ, aut ꝓpterea q̃ onera inęqualiter sĩt ĩposita ob aliãue causam incõgruã trãquillitati reipublicę. Et talis lex nõ ligat hoĩem in foro cõscientiæ, q̃uis ex lege charitatis ob scãdalũ vitãdum, vel turbationem in republica maiusq; incommodũ fugiendũ hõ interdũ teneat̃ libertati et iuri suo cedere, quẽ admodũ iuxta dñi nr̃i legẽ ei, q vult nobiscũ in iudicio contẽdere, & tunicã nostrã tollere iubemur et pallium dimittere.

Sententia quinta.

Lex dicitur iniusta.

Secundo cõtingit legẽ humanã esse iniustã, quia cõtraria est bono, seu prędicto diuino, sicuti sũt hominũ leges, & mãdata cõtra Christi euangeliũ, aut præceptum aut contra vni⁹ dei cultũ, quibus legib⁹ resistere oportet vsq; ad mortẽ, de q bus actuum. 4. Oportet deo magis obedire, q̃ hoibus, atq; ita patet duplex genus legis iniustę. Vnũ cui nos nõ possumus obedire, alterũ vero cui possumus interdũ, imo & debemus obedire nõ ꝓpter legis obligantis vim, et ætatẽ, quæ nulla ẽ, sed ꝓpter præceptũ charitatis pferẽtis spiritualẽ vtilitatẽ tgali cõmodo. Sentẽtia sexta. Humanę leges & ꝓhibitiões ciuiliter sunt interpretãdæ secũdũ rõnes & causas finales, ꝓpter quas sunt institutę, q̃bus cessãtibus cessãt & ipsę leges et ꝓhibitiões. Necq; solũ humana prędicta sic sunt interpretanda, sed & multa prędicta Apostolica et euangelica data de actibus nõ secundũ se malis, quæ interdũ licite, interdũ illicite fiunt. Cuiusmõi sũt prędicta de vitãdis forni carijs aliꝑsue criminosis, et de illis puniẽdis ac foras eĳciendis. In sacra scriptura discimus aliud esse p̃ceptũ de crimĩosis foras eĳciẽdis, aliud prędicti de vitãdis criminosis nõdũ foras ciectis, sicut aliud ẽ ꝓhibere criminosũ a cõmuniõe, aliud vero abstrabere sese a cõmunione societatecq; illi⁹. Nã ꝓhibere a cõmunione solũ potest ecclesiæ prælatus, nõ quidẽ ꝓ suo arbitrio quẽlibet peccator, sed criminosũ, & eũ talẽ, qui aut crimẽ spõte cõfessus est, aut in aliq̃ siue seculari siue ecclesiastico iudicio noĩatus est, atq; conuict⁹, quẽadmodum

Sentẽtia sexta.

Qꝛomodo interpretandæ sint humanæ leges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnus & idem nõ potest esse accusator & iudex.

docet Augustinus in libro de pœnitentia, Neq; enim potest vnusquispiam esse alicuius accusator, & iudex. Ex scripturis sacris est manifestissimum, non quomodolibet, sed per iuris ordinem auferendos esse malos ab ecclesiæ communione, qui si per iudicium vtiliter auferri non possunt, tolerẽtur potius, q̃ cum dispendio reip. per iudiciũ auferãtur, quẽadmodũ & ipse Christus verbo et exemplo docuit mãducãs cum publicanis & peccatoribus. Deinde & prohibitio hęc, quia non mortifera, sed medicinalis est, & id quidem vel ad fratris peccãtis correptionem, vel ad cæterorum membrorũ ecclesiæ cautelam. Hinc est quod ecclesiæ prelatus interdũ docente consilio charitatis non potest licite a communione, prohibere etiam publice criminosum, sed iuxta Saluatoris sententiã debet sinere zizania crescere in medio tritici, ne cõcul cet & triticũ. Hactenus de lege iubente, vt criminosos eijcia mꝰ foras separemusq; eos a cõmuniõe ecclesię. Iam de prohibitione nobis facta ne communionem habeamꝰ cum peccatore.

Lex iubens ne cõmunicemus peccatoribus quo modo sit accipienda.

Sciendum est igitur quod abstrahere sese a communione peccatoris tenetur quisq; pro loco & tempore, secundum ratiões & causas congruẽtes ad lucrum fidei, aut charitatis aut pacis aut salutis aliorum. Vnde publice criminosum sic ex causa in societate ecclesiæ toleratum, & nondum per censuram ecclesiasticam eiectum foras, q̃uis non teneamur vitare, vigore humani pręcepti seu excommunicationis mandati, vtique tamen tenemur vitare vigore naturalis & diuini iuris iuxta metas ratiõis seu causę finalis, quatenꝰ videlicet vitatio illa visa fuerit esse necessaria vel ad ipsius criminosi reductionem, vel ad nostram cautelam, vel totius ecclesiæ vtilitatem, vt cęteri huius disciplinæ exemplo timorẽ habeant et coerceantur. Et harum ratiõum intuitu Apostolus non solum monet, sed iubet a talibꝰ vt recedatur. Si quis, inquit, non obedierit verbo nostro per epistolam, hũc notate, & non commisceamini cum illo vt confundatur, & nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem, secundę ad Thess. 3. & infra, Denũciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi vt substrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate & non secundum traditionẽ

tionem acceptam a nobis. Item primę ad Corin. quinto, nõ prohibuit sed concessit cum homine infideli cibum sumere. Si quis, inquit, infidelium vos vocat ad cœnam, & vultis ire, omne quod appositum fuerit manducate, cum fratre autẽ id est cum homine Christiãę fidei per baptismum ascripto, docet non solum sacramenta non esse edenda, sed nec communem escam, vt frater ipse erubescat, & cum vitatur, sese corrigat. Si is qui frater nominatur, inter vos, inquit, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiuscemodi, nec cibum sumere. Ex quibus patet communionem fratris criminosi in communi esca & conuersatione corporali esse prohibitã, sed hoc vt ex doctrina Apostoli, inquit Ambrosius patet propter causam et ex ratione, vt scilicet frater dum vitatur erubescat & corrigat sese. Ergo si frater quispiã criminosus adeo perfricuerit frontem, tantamq; multitudinem sibi habeat sociã, vt ex substractione communionis nostræ verisimiliter creditur nõ futurũ, vt erubescat, et sese corrigat, neq; futurũ, vt ecclesia inde ædificetur, sed futurum potius, vt respub. turbetur, iam satius est cõmunionem nostram illi non substrahere, neq; eum per censurã ecclesiasticam separare, sed sinere illũ. Atq; ita interdũ vtile ẽ fratrẽ criminosum vitare, interdũ vero inutile. Ex quibꝰ liquidũ est huiuscemõi leges diuinas de fratribꝰ criminosis foras eijciẽdis aut de ipsis nõdũ eiectis vitandis, & non vitandis interpretãdas esse secundũ regulas charitatis. Vñ sacerdotes etiã pastores notorij fornicatores aut alias criminosi interdũ cũ venia sunt suo igenio relinquendi, & neq; foras eijciendi, neq; in cõmunione sacramentorum vitandi, quemadmodum ex scripturis sacris intellexerunt sancti patres, Ipse Cyprianus cum collegis suis, seu coepiscopis feneratoribus, insidiosis, raptoribus non priuatã mensã, sed dei altare habebat commune, Sic August. libro secundo contra Petilianum. Cum peccandi inquit contagio multitudinẽ inuaserit consilia separationis, id est, excommunicationis inania sunt & pernitiosa atq; sacrilega et plus perturbant infirmos bonos, q̃ corrigãt animosos malos. Et hac ratione lex iusta q̃uis non posiit fouere peccata, vtiq; ta-

Apostolus cum homine infideli cẽcessit, vt cibum sumamus cũ fratre autẽ criminoso nequaq̃.

Apostolica præcepta de criminosis foras eijciendis & de uitandis ipsis.

Recitat August. libro septimo contra donatistas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtiq; tamen plærumq; mala seu peccata potest permittere, imo & præcipere vt sinantur, & nõ coerceant criminosi, quẽadmodum Christus præcepit discipulis suis, dicens, Sinite vtraq; crescere, nolite eradicare zizania. Vnde August. in libro de ordine, declarans iustam legem etiam permittere peccata, Auser, inquit, meretricia, & omnia confundes libidine. Vnde sciendũ est, q; inter peccatores criminosos multiplex est discrimẽ. Nã quidã sunt occulti, alij publici, alij vero notorij, & inter notorios, alij nõdum sunt per censurã ecclesiasticam foras eiecti, sed adhuc in ecclesia tolerati, alij vero sunt foras eiecti, seu separati ab ecclesia, & inter hos alij sunt nominatim & specialiter denuntiati, alij vero non nominatim, sed generaliter a iure sunt ipso facto separati. Scimus doctores canonistas secundũ leges canonicas ponere discrimẽ inter fornicarium notorium, et eum qui non est notorius, et nos oportere vitare notorie fornicariũ, sed nõ eũ, q notoriꝰ nõ ẽ, vt patet in decretali vña, & in decretali, quęsitũ, de cohabitatiõe clericorũ et mulierũ. Et iuxta ea. Tua nos ibidẽ, notorius fornicator potest absq; alio iuris ordine protinus p iudicẽ nominatim condẽnari. Fornicator aũt nõ notorius, nõ potest condemnari, nisi testibus iuris ordine conuictus. Sic & venerabilis Aug. sententiã Apostoli pri. ad Corin. 5. de vitandis fornicarijs & ebriosis, cęterisq; criminosis, interpretatur de criminosis iuris ordine cõuictis noiatim, atq; ita decretalis illa, quęsitum, per locum a contrario sensu insinuans fornicariũ notoriũ, qui scilicet nulla tergiuersatiõe potest talis negari, vitandũ esse etiã nõ expectata superioris sentẽtia, ciuiliter est intelligẽda, secundũ metas & rationes causæ finalis. Quemadmodũ enĩ leges de vitãdis excommunicatis iuxta decretum concilij Constantiensis sunt accipiendę de excommunicatis nominatim denunciatis. Ita leges humanæ de vitandis criminosis, interpretandæ sunt de criminosis iudicialiter conuictis. Diuinæ autem si de alijs nondum conuictis intelligantur, interpretandæ sunt secundum causas & rationes finales ipsarum legum. Vñ sciendũ ẽ scripturã .1. ad Cor. 5. de vitãdis fornicarijs, idololatris, rapacibꝰ, aliter esse interpretatã ab Aug. aliter ab Amb. Nẽpe Aug. in lib. de pœnitẽtiæ medicina exponit eã de vitãdis fratribus fornicarij

Discrimẽ inter criminosos.

Augustinus.

carijs, alijsue criminosis, q tales p sentẽtiã ordine iudiciario, atq; integritate pferunt, & ita ex illa doctrina Apost. nõ esset cõsequẽs, præceptũ nobis esse, vitare illos nondũ iuris ordine noiatim cõuictos. Cui interpretatiõi videt fauere pcessus & series sentẽtiarũ apostolicarũ. Nã Apos. scribit toti ecclesię Corinthiorũ, vt ipsa fornicarios, alioscq; crimiosos extra cõmunionẽ ecclesię ejiceret. Vñ cũ dixisset, vt nõ cõmiscerẽtur illis, nec cibũ cũ illis sumerẽt, si fratres noientur, cõtinuo adiecit. Quid mihi de his, quę foris sũt iudicare. i. de paganis et infidelibꝰ subiectis huiuscemõi criminibus, de hisq; intꝰ sunt criminosi, iudiciũ ferendũ ẽ, tandẽ adijciẽs. Auferte malũ a vobismetipsis. i. fratrẽ seu Christianũ taliter criminosũ, Auferte a vobis ipsis, & id q̃dẽ nõ ex arbitrio suspitiõis, neq; etiã ex vsurpato, aut extraordinario iudicio, sed potius ex lege euãgelica secundũ ordinẽ ecclesię siue vltro confessum, siue accusatũ, atq; cõuictũ. Hactenus Aug. iterpretatio. Amb. vero in cõment. ibidẽ, exponit de vitatiõe fornicariorũ, etiã eorũ, q nõdũ sic cõuicti sunt, aut foras eiecti. Vtriusq; expositionis sentẽtia vera ẽ & catholica. Verũ & hic sciẽdũ ẽ, q añ sentẽtiã superioris, ppter cõtumaciam separãtis criminosũ, nullũ crimẽ actu transiẽs, debet ita notoriũ a subdito reputari, quin aliqua possit tergiuersatiõe negari hũc hoẽm esse fornicariũ, aut esse seu fuisse vnq̃ in fornicatiõe cõtumacẽ. Potest enĩ q añ horã fuit fornicarius, iã intus subito esse conuersus, facile est enĩ in oculis dei subito iustificare peccatorẽ, & ita certo atq; euidẽter scire nõ possumus sacerdotẽ ab ecclesia toleratũ esse intus in corde cõcubinariũ, nisi aut ĩ ipso fornicatiõis actu iã pspecto, aut volũtate fornicãdi vbis aut signis, nutibus, alijsq; argumẽtis certis foris demõstrata. Necq; fornicarius ipse mox in ipsa conuersionis hora, aut die, tenetur concubinam cohabitantem pellere atq; ejicere, sed ad vitandum maius malum, debet prudẽter saluti illius, prout ratiõi congruit, cousulere, interim apertis argumẽtis atq; indicijs, lachrymis, seu suspirijs commonstrare eidem mulieri grauitatem criminis, & se iam intꝰ resipiscere, velleq; mutare vitã in meliꝰ, interim etiã sollicitus ne ex mora vllus scandalizet pusillꝰ, & ne rursꝰ cadat ex illiꝰ colloquijs aut prętẽtia.

atq;

Ambrosius.

An fornicarius ita conuersus mox teneatur concubinam ejicere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum malum sit audire missam fornicarij sacerdotis.

atq; ita fit vt plerumq; intus sit a concubina separatus affectu & voluntate, qui foris nondum est separatus corporali conuersatione, vnde ecclesiæ decretum non iussit absolute, vt nullꝰ missã audiat presbyteri cõcubinarij, sed vt nullꝰ, inqt, audiat missam presbyteri quem scit indubitanter habere cõbinam. Potest quidem ecclesia iustam legem constituere ne quis missam audiat presbyteri de concubinatu suspecti. neq; sacramenta recipiat a presbytero, qui suspectam mulierẽ tenet in domo, sed tum huiuscemodi lex ciuiliter est interpretanda, ne ex obseruatione talis legis plus mali q̃ boni consequatur dum quilibet pro sua suspitione suoq; arbitrio temere vitaret sacrificia & sacramẽta sacerdotis atq; pastoris. Et ideo ecclesia ad subueniendũ timoratis cõscientijs animarũ q; periculis, salubriter his malis atq; periculis prouidit, declarans quod nemo deinceps a communione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut alijs quibusdcũq; diuinis intus & extra, prẽtextu cuiuscumq; censurę aut sententię ecclesiasticę a iure vel ab homine generaliter promulgatę teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia vel censura huiuscemodi fuerit lata contra personã, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, vel communitatem, vel locum certum a iudice publicata vel denunciata specialiter & expresse constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscũq;, Saluo si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum sententiam latam a canone, adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari. Nã a cõmunione illius licet denũciatꝰ nõ fuerit volumꝰ abstinere, iuxta canonicas sanctiões. Hactenꝰ illiꝰ decreti tenor, ex q̃ cõsiderato facile poterimꝰ itellegere vires humanarũ legũ & canonũ de vitandis hoibus notorie criminosis. Ad habendũ intellectũ harũ legũ secundũ congruentiam huius temporis, sit hęc sententia sexta. Non solummodo canones seu constitutiones humanæ de vitandis sacerdotibus fornicarijs, sed & canones de Simoniacis & hæreticis alijsue criminosis tam extra q̃ intra diuinum officium vitandis sunt per decre

Tenor decreti concilij Cõstantiensis de uitandis & nõ uitandis excommunicatis.

decretũ cõcilij Constãtien. partim retractati, partim modificati ac limitati, & ideo quantumlibet huiuscemodi crimina fuerint notoria siue per facti euidentiam, siue per generalẽ iuris sentẽtiã, nõ tenemur vigore huiuscemõi canonũ, aut humanarũ legũ taliter criminosos excõicatos vitare, neq; in diuinis, neq; extra diuina. Dixi signãter vigore huiuscemodi canonũ aut humanarũ legũ. Nã iure naturali et diuino tenemur secundum rationes & causas finales vitare taliter criminosos etiam plerumq; nõdũ foras electos dũ videlicet vitatio illa vita fuerit vł nobis vel alijs necessaria ad salutẽ. Neq; enim potuit dispositio ecclesię, seu concilij Constantiensis hac in re immutare id quod erat diuini aut naturalis iuris super vitandis fornicarijs, aut alias criminosis.

Sententia septima. Canones latæ sententiæ contra peccatores propter crimẽ ꝓmulgatæ nõ sunt per decretum concilij Constantiensis abolitæ.

Sententia septima. Leges seu constitutiones humanæ, propter ipsum crimen excommunicantes, aut a communione separantes hominem peccatorem, non sunt per decretum Constantiensis concilij cassatę, aut prorsus abolitæ, sed hactenus vim suam tenent super ipsos criminosos per canonem propter ipsum factum excommunicatos. Neq; enim decretum concilij illius absoluit eos, neq; suffragium vllum eis prẽstat, quominus ipsi maneant vinculo excommunicationis innodati, donec absoluãtur ab eadem excommunicatione per ecclesiæ prẽsulem, qui potestatem habet absoluendi. Et ideo etiam nunc posi decretum concilij illius homines simoniaci, schismatici, aut hęretici, ęteriq; scelerati sic generaliter a iure & non nominatim excommuicati grauiter peccant cõtra sanctiones canonicas in pœnasq; suspẽsionis, & irregularitatis incurrunt recipientes, vel administrantes sacramenta, aut diuinis sese ingerẽtes. Neq; sufficit ipsis sola interior pœnitentia ad licite recipiendum, aut dispensandũ sacramẽta. Nam constitutio seu sententia propter crimẽ excommunicãs quempiam etiam ligat ipsum iam intus pœnitentem & iustificatum, vt quemadmodum nos iubemur abstinere a communione hominis excommunicati iam intus pœnitentis, Ita & ipse excommunicatus quantumuis incipiat intus resipiscere, & per gratiam dei iustus esse, debet abstinere a communione, receptione, & administratione sacramen-

cramentorum donec reconcilietur secundum claues eccleſię per antiſtitem ſeu eccleſiæ preſidem. Vnde conſequens eſt nos oportere plerumq; abſtinere a communione hominis iuſti & int⁹ ſanctificati. Quãq; aũt naturali et diuino iure teneamur ſic generaliter excommunicatis ac criminoſis ſacramenta nõ miniſtrare, neq; in publico, ſi notorium ſit crimẽ, neq; in priuato, ſi fuerit occultum, cum ſit diuini iuris non dare ſanctum canibus. Non tamen naturali aut diuino iure prohibemur a ſic generaliter excõmunicatis, aut notorie criminoſis ſacramenta recipere, quæ & bona ſunt, & nobis vtilia, etiam a miniſtris prauis diſpenſata, quemadmodum tẽporalis eleemoſyna bona eſt & vtilis pauperi, etiam per malum ſeruum diſtributa. Proinde donemus quod ſubditus in dubitanter ſciat paſtorem ſuum eſſe concubinarium, aut hæreticum aut alias criminoſum etiam communi ſententia iuris excommunicatum, ſed nondum denunciatum, non propter hoc putandũ ẽ quod ex iure diuino teneamur ſemp illũ vitare, aut quod ſacramenta ab illo diſpenſata ſint nulla, vel inutilia, aut quod ſacrificia, ſeu baptiſmata ab illo miniſtrata ſint accipientibus inutilia. Obieceris forſitan, verbũ euãgeliſtæ Ioan. ex. 2. illius canonica. Siquis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domũ, nec aue dixeritis illi, qui enim dixerit illi aue, communicat operibus eius malignis, videtur igitur non eſſe licitum ſacramentum abſolutionis ab hęretico recipere. Reſpondeo verbum illud Ioann. intelligendum eſſe non quod ſecundum ſe mala ſint, recipere hęreticum in domum, et aue illi dicere, poſſunt enim hæc interdum proficere ad ipſius hęretici reductionẽ ĩveritatis viã, ſed qđ nõ poſſum⁹ ſic eũ recipere, aut ſalutare ad fomẽtũ prauę doctrinæ illi⁹, atq; ita oportet vitare eũ dũ hoc videm⁹ neceſſariũ eſſe ad hęretici correptionẽ vel nr̃am pręſeruationẽ, & pximorũ vtilitatẽ, hęc enĩ ſũt legis naturæ rationes, quibus generale concilium, ſeu humana autoritas derogare non poteſt, ſed illis ceſſantibus poſſumus eis nondum præciſis nominatim licite communicare etiam in diuinis. Ex his ergo liquidũ ẽ, quod leges humanę ſeu cõſtitutiones canonicæ de vitandis, aut a communione ſepatãdis criminoſis recipiãt limitatiões & ciuiles intelligẽtias ſecũdum diſpoſitiones naturalis iuris & diuini, vt ſeruentur nõ ſemper & vniformiter in oĩbus, ſed prout congruit curandis ſpiritualibus morbis. Nam quod in vno tempore & vni reipublicæ eſt medicina, hoc alio tempore, & reipublicæ aliter diſpoſitę plerumq; eſt toxicũ, plus mali q̃ boni adferens, atq; ita iuxta ſententiam ab Ariſtotele citatam .2. Rhet. Legibus ipſis opus eſt lege, quę ipſas corrigat, vt piſces mari ſalſo enutriti ſale egẽt, Ita leges humanę foris ſcriptæ indigẽt internæ ratiõis & equitatis diſcretiõe. Sentẽtia octaua.

Ab excommunicato nondum denunciato licet ſacramẽta recipere, ſed nõ ab excommunicato nominatim denunciato.

Quemadmodum non eſt licitum concubinario publico annuum cenſum dare ſuo prelato, vt impune ſinatur in adulterij, aut cõcubinatus crimine permanere. Neq; item prelato licitum eſt a tali concubinario ſub illo pacto annuum cenſũ accipere, Ita et inutilis lex ſeu cõſtitutio ſuperioris ſtatuẽtis annuum cenſum a publicis concubinarijs accipiẽdum eſſe, quo quotanis ſoluto ſinantur ipſi impunes de anno in annum permanere in crimine. Quamuis autem non ſit ſecundum ſe malum ac illicitum tales concubinarios puniri pecuniaria mulcta, Illicitum tamẽ eſt eccleſiæ prelato talem puniendi modum facere aut ſtatuere ex lucri cupiditate, & non pro illius, qui punitur, correctione, vt ceſſet & coerceatur a crimine. Vnde in legibus pœnam pecuniariam inferentib⁹ tranſgreſſori, legiſlator magis deſiderare debet vtilitatem cõmunem et correctionẽ peccati q̃ vtilitatẽ proprij lucri aut priuati commodi. Quamuis item prælatus non ſemper peccet in eo quod ſinit concubinariũ in crimine permanere, ſemper tamen peccat ſi pro priuato lucro & commodo ſinat peccata eſſe impunita & non corrigat delinquentes. Sententia octaua.

¶ *Tertia pars huius capituli, in qua demõſtratur quod lex pure poſitiua obligat populum in foro conſcientiæ non aduerſetur Chriſtianæ libertati.*

REliquum eſt iam conſiderare quonampacto lex humana hominem Chriſtiana charitate iam liberum obliget in foro conſcientię. Ex his quæ in ſuperioribus demonſtrauim⁹ recolere oportet quęnam ſit Chriſtiana

Christiana libertas qualis sit nō cognoscitur, nisi cognitis beneficijs p Christum impensis humano generi.

Christiana libertas per Christū nobis impensa. Hāc aūt nō perfecte intelligimus nisi sciamus beneficia ea, quę per Christum donata sunt nobis, & mala, quæ per peccatum intrauerunt vniuersum genus humanum, a quibus & per Christi gratiam liberati sumus. Atq; ex illis manifestum est Christianam libertatem esse conditionem quandam, secundum quā quisq; in hac vita accepto desuper spiritu sancto fidei & charitatis liberatus est a veteris legis iugo, a spiritu seruitutis in timore seruili, a captiuitate, & a vinculis dæmoniorum, a reatu ęterni exilij ac damnationis ęternæ, a voluntatate carnaliter viuendi secundum desideria huius seculi, hoc est a vana conuersatione huius mundi, vt resipiscat a laqueis diaboli trāslatꝰ in gratiā celestis charitatis. Hęc nēpe sunt christianę libertatis officia passim nobis in scripturis sacris tradita. Non enim carnaliter seu corporaliter accipienda est liberatio ista secundum tempus & conuersationem huius seculi, vt viuat gsq; prout libido fert animi, sed spiritualiter docente apostolo Paulo. Vos in libertatē vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni, & iterum. Lex spiritus vitę liberauit me a lege peccati & mortis. Hęc autem longe lateq; superiꝰ in hoc libro & in libro de cap. & redemp. generis humani sunt demonstrata. Insuper ex superioribus in quarta pte cap. primi meminisse oportet qd' secūdū doctrinā Apostolicā & euāgelicā, & secūdū oīm ortho doxorū patrū sētētiā huiuiuscemōi Christiana libertas nō eximat hoiem neq; ab obedientia, neq; a subiectiōe superioris potestatis, neq; seruos ab officio seruitutis corporalis iure gētiū aut ciuili dño suo debito. Nā apost. Pau. multis ī locis iussit Christianis iam liberatis obedientiam & subiectionem sub principabus & præpositis, Liberati a peccato, inquit, serui facti estis iustitiæ, vt amplius non secundum voluntatem carnis vestræ ambuletis, sed secundum spūm charitatis, vnicuiq; quod suum est tribuentes, reddētes quę sunt cęsaris, cęsari, & quæ sunt dei deo, cui honorem honorē, cui timorē timorē. cui tributū tributū, cui vectigal vectigal. Hæc sunt quę passim inculcat doctrina apost. Pau. q tot & tātis reiteratis locis exaggerat vt omnis aīa potestatibus superioribꝰ, regibus,

Iure naturali & diuino oportet subijci & obedire superiori potestati.

gibus, ducibus, & principibus sit subdita, vt & vocem Christi audiamus in prelatis ac prepositis nostris, & faciamus ea quæ ipsi iusserunt. In singulis ferme epistolis Paulus erudiens ecclesiā Christi cuiq; mēbro ecclesiæ sua tribuit officia, filijs, seruis, vxoribus, plebi & omni populo. Item parentibꝰ dñis, maritis & principibꝰ. Filij, inquit, obedite parentibꝰ vestris per omnia, hoc enim placitum est domino. Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, vt non pusillo fiant aio, sed educate illos in disciplina dñi, & correctione. Mulieres subdite estote viris vestris sicuti oportet in domino. Mulieres viris suis subditæ sint sicuti domino, quoniam vir est caput mulieris, sicuti Christꝰ est caput ecclesię. Sed sicut ecclesia subiecta ē Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiā. Quicūq; sūt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dños, nō contēnāt illos, sed magis seruiant quia fideles sunt & dilecti ac participes beneficij Christi. Hæc inquit, doce, exhortare, & in tertio capite ad Tit. Admone illos principibꝰ & potestatibus subditos esse, dicto obedire ad oē opus bonū. Hactenus Apostolica præcepta saluberrima ad Colo. 3. & 4., ad Ephesios. 5. 6 ad Timo. & ad Tit. Vbi & Hiero. in cōmētarijs recitat sup hac libertate Christiana hęresim iā olim damnatā sub Apostolorū tpibus, sicuti supra ostendimus. Ex his ergo scripturis liquidum est potestatē humanam dandi præcepta & statuendi leges in foro conscientiæ obligantes, non esse ex humana adinuentione, sed ex diuina ordinatione & constitutiōe, quemadmodū manifeste, inquit Apostolus, ad Ro. 13. Oīs anima potestatibus sublimioribus sit subdita, nō enī ē potestas nisi a deo. Tādē cōcludēs. Itaq; necessitate subditi estote nō solū propter iram, sed & ꝓpter cōscientiā. Proinde & transgressiōr legis humanæ in illa transgressione simul est & transgressor legis diuinę iubētis obedire superioribus potestati, hac enī rōne dicit Pau. ibidē. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Secundo manifestū est ēq; sit impium atque absurdum dicere humana præcepta legesq; pure

Seruos Christianos oportet obedire nō solum Christianis dominis, sed & ethnicis.

positiuas

Universidad de Deusto
Biblioteca

positiuas esse de nūero eorū malorū quę solū patiēter ferenda sunt a subditis, ne superior potestas amplius in illos seuiat, sicuti Pharao imposuit filijs Israhel graue onus in portando luto & latere. Insuper ex his manifestum falsam esse doctrinā eorū, qui dicunt ecclesiæ prælatos supioresq; potestates non plus posse facere imperando, q̄ faciunt magistri aut doctores, dei legem, seu pręcepta docentes, & prelatos nihil aliud posse facere, q̄ faciūt medici, qui ęgrotis intimant quis cibus mortiferus sit corpori, quis salutaris. Aliud est discere a magistro, quid bonū, quid malū. Aliud obedire imperanti superiori. Sunt scripturæ sacrę, de quibus forsitan videri possit quod loquantur nō de pręceptis, quibus obediam⁹, sed de accipienda scientia, qua viam salutis & præcepta dei cognoscamus, cuiuscemodi sunt. Qui vos, audit me audit, q vos spernit me spernit. Itē supra cathedram Moysi sedebūt scribæ & pharisæi, Quæcūq; dixerit vobis seruate & facite. Item si ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Sunt qui huiusmodi scripturas ad solam scientiam accipiendam referant, interpretātes hoc pacto, Qui audit vos supp. docētes legem dei, me audit, quęcūq; dixerint vobis. i. quæcūq; prædicauerint vobis & docuerint iuxta cathedrā Moysi, Si ecclesiam non audierit, id est si ecclesiam corripientē & docentē, vt omnia, quę legis dei sunt faciant & a peccato cessent, nō audierint &c. Atq; ita consequēs esset ex scripturis hoc pacto interpretatis legem dei a superiore esse discendam, sed nō leges humanas a superiorib⁹ dandas esse, sicuti dicitur Malachiæ secūdo, Labia sacerdotis custodiunt scientiā & legem dei, ex ore eius requirūt. Verum donem⁹ sic esse scripturas illas intelligēdas, nihil obuiat supradictis. Nam sunt & alia innumera sacræ scripturę testimonia, ex q bus liquidum est prælatorum & superiorum potestatum officia esse nō solum docere aut intimare quid deus iubeat, sed & imperare, dirigere, & coercere populum. Deinde & scire oportet supradictas scripturas a sanctis patribus sic intellectas esse, vt ex illis sequatur etiam nos oportere obedire in his quæ nō sunt secūdū se præcepta lege diuina, quemadmodū latius declarabit infra, & in solutionibus argumentorū.

Impium est dicere ecclesiæ prælatos nōposse præcipere sed solū docere legem dei.

Prælatorū est non solū docere, sed dirigere & præcipere.

Vnde

Vnde Bernardus homilia .66. super Cantica ex hoc verbo Christi, Quæcūq; dixerint vobis, & cæt. intellexit episcopis etiam iubentibus obediendum esse, Super cathedram Moysi, inquit, sederunt scribę & pharisæi, & qui nō obedierint eis tanq̄ episcopis, inobedientię rei fuerunt, etiam in ipsum dominum pręcipientem & dicentem, Quę dicunt facite. Vnde scribas illos & pharisæos, de quibus loquitur illic Christus, habuisse potestatem non solum docendi, sed & pręcipiēdi, eosdēq; fuisse abusos hac potestate plane subindicat quę sequitur clausula, Alligāt enim onera grauia & importabilia, & imponunt humeris hominū. Locutus est igitur de scribis & pharisæis habentibus potestatē imponendi humeris hominū leges atq; pręcepta. Vnde in his quę sunt diuini aut naturalis iuris, nō oportet expectare pręceptorē, q̄uis interdū sit opus instructore, & tum nō modo filij parentib⁹, sed & parentes filijs docentibus habent obedire, vtiq; docentibus dei legē. Proinde si hoc modo scripturę essent intelligēdæ, Nō esset ergo rō, cur Apost. magis diceret, Filij obedite parētibus vr̄is p̄ oīa, q̄ si diceret, Parētes obedite filijs vr̄is, docētib⁹ vos legē dei. Itē ex scripturis ad Ro. 13. & ex alijs supra recitatis ex epistola ad Ephe. ad Coll. ad Timo. ad Titū, manifestissimū est spiritum sanctū ex ore Apostoli iussisse subditis, non de scientia salutis a superioribus capienda, sed de obedientia ipsis pręstanda. Sunt huius sęculi hæretici, ex supra dictis scripturis docentes cōsequens esse, quod oporteat nos subiectos esse, & obedire sæcularibus potestatibus, principibus, ducibus, ac regibus, & imperatorū legibus, nō autem episcopis & pontificibus, neq; canonicis eorum constitutionibus, cum id, inquiunt, in sacris literis nō doceatur. Verum hæc sententia adeo doctrinis orthodoxorum patrū aduersatur, vt nemo sanæ mētis, qui vel mediocriter legerit sacras literas, venerandamq; patrū antiquitatē ab exordio ecclesię, ad hęc vsq; tpa hęreticorū illorū sentētijs vlla rōe valeat cōsentire, oīb⁹ cōsona voce p̄dicātib⁹ plebē oportere episcopo & pōtifici tāq̄ vicario Christi & successori Apoli Petri, & ī vnaquaq; diocesi cōstituēdos esse episcopos, qb⁹ ī his, q̄ ad directionē ecclesię illi⁹ ptinēt fraternitas obtēpet vniuersa. Apo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolus ad Hebrę. vltimo cum dicit, Obedite prępositis vestris, & subiacete eis, aperte insinuat oportere nōs non solū ab eis discere aut honorem reuerentię exibere, sed & subiectos ipsis & obedientes præceptis eorum, & loquitur non de secularibus potestatibus, sed episcopis, vt patet ex his quę subijciūtur ibidē. Vnde & hoc tractans Chryso. in commē tarijs ibidem, Si malignus, inquit, est prępositus, nunquid ei obediemus? Respōdet si in causa fidei malign⁹ ē, fuge illū, et deuita non solum si homo fuerit, sed etiam angelus de ęlo descenderit, dicit nempe Apostolus. Si nos aut angelus de cœlo vobis euangelizauerit preterq̄ quod accepistis, anathema sit. Item si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, noli suscipere eum & c̄. Si vero in voto & moribus malign⁹ dicitur, noli seruitari, hæc nō a meipso, inquit, dico, sed ex scriptura Christi dicentis. Supra cathedrā Moysi sederunt scribe & pharisei, quę dicunt facite, secundum opera autem illorum nolite facere, habēt enim dignitatem, licet vitæ sint perdite, veruntamen non ad vitam eorum, sed ad sermones intē dite. Dauid ipsum regem Saul propter sacram vnctionem honorauit viuum, & vindicauit occisum. Esto subiectus pontifici tuo & illum, inquit Hiero. quasi animæ tuæ parentem suspice, Idem Hiero. in libro primo aduersus Iouinianum. Super petram fundatur ecclesia, licet idipsum super omnes Apostolos in alio loco fiat, & cunctī claues regni cœlorū accipiant, & ex ęquo super eos ecclesię fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Cæterū plebem oportere obedire episcopis ex scripturis sacris intellexit omniū sanctorum patrum chorus, Ignatius, Ireneus, Tertullianus, Cyprianus, & cęteri vniuersi. Vnde Ignatius in epistola ad Smyrnenses ex Troia, cuius & meminit Hieronymus. Nemo, inquit, præter episcopū aliquid agat eorum, quæ ad ecclesiā pertinēt, Firma eucharistia reputet quę ab episcopo cōcessa fuerit. Vbi episcopus pręsens fuerit, illic & plebs cōgregetur, sicuti vbi Christus est, omnis cœlestis militia adē, Sine episcopo non licet neq̄ offerre neq̄ sacrificium immolare neq̄ missas celebrare. Episcopum honorare oportet tā

Præpositis etiā malignis oportet obedire in his quæ ad ecclesiæ decretū pertinent.

Hieronymus.

De obedientia episcopis debita.

Ignatius. Eucharistia.

q̄ prin-

q̄ principem sacerdotum & post hunc, sacerdotem etiam secundum Christum. Insuper & regem, Si quis enim contra regem insurgens damnatione est dignior, quomodo vltionē diuinam poterit euadere, qui pręter episcopum aliquid egerit. Laici diaconis subditi sint, diaconi presbyteris, presbyteri episopo, episcopus Christo. Hactenus ante mille & quadringentos annos glorioſissimi Ignatij sententiæ, in quibus audis distinctionem ordinum & missę celebrandæ officium, atq; sacrificium & obedientiam episcopis magis, q̄ regi debitam in his quę pertinent ad ecclesiam. Erant quidē episcopi sęculi illi⁹ p̄diti sanctimonia vitæ, agētes vitā statui episcoporū cōgruam, nunc autē nō tales sunt huius sęculi episcopi. Esto sic sit, sed qd hoc ad te, qui iuxta doctrinā Christi nostri etiā in p̄latis malis honorāda esse spūs sancti dona, vtpote claues regni cœlorū, potestatē remittendi & retinendi peccata, quēadmodū docet Pau. apostō. pri. ad Corin. .11. & tertio capitulis, sanctimoniā vitæ ministrorū non impedire effect⁹ diuinoꝝ sacramentorū seu mysteriorū. Videāt igitur huius seculi insaniētes hęretici qua ratione doceant, hęc apud antiq̄s nō inueniri. Rurs⁹ idē Ignatius in epistola ad Philadelphiēses, cuius etiā Hiero. meminit, Principes subditi, inquit, estote cęsari, milites principibus, diaconi prębyteris, vt sacrorum administratoribus. Presbyteri vero & diaconi, omnis clerus, simul & omnis populus, milites, principes, atq; Cæsares obediant episcopo, Episcopus vero Christo, sicuti Christus patri, atq; ita per omnes seruetur vnitas. Hactenus ille. Non aliunde, inquit Cyprianus, hæreses in Ecclesia subortæ sunt, & nata schismata, quam inde, quod sacerdotibus dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia dei ad tēpus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui secundū magisteria diuina fraternitas obtēperet vniuersa. Qui autem superbierit, inquit scriptura, nolens sacerdotum obtemperare imperio, qui tempore illo ministrat domino deo suo ex decreto iudicis moriatur, & nullus deinceps intumescat superbia. Deutero. 17. Ampli⁹ autem vt magis intelligamus obediendi leges viresq̄ humanorum præceptorum ex superioribus replendum est, ius seu dominiū v

Ordo inter ecclesiæ mēbra in ecclesia primitiua.

Episcopo subiect⁹ Cæsar.

Dominiū uni⁹ sup aliū, duplex.

N nius

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestatem vni⁹ super alium, vnum reale siue in rẽ, quæ non est persona, quemodmodum ius seu dominiũ in possessionẽ, in agrũ in domũ, in fundũ, seu in puteũ, Aliud vero esse ius personale siue in personam, vt ius paternũ in filium, ius herile in seruum, ius maritale in cõiugem, ius regis aut principis in rempub. In vnumquodq; horum quisq; tantum habet iuris ꝙtum actionis circa illud fas est sibi exercere. Deinde ex superioribꝰ meminisse oportet duplex esse dominium seu potestatẽ vnius personę super aliam. Vnum est in fauorem seu temporale cõmodum illius, qui dominat̃ sicut potestas domini in seruos & ancillas. Aliud est in commodũ seu fauorem eorum, quibus dominatur. Secundum prioris generis dominium seruus in bello captus, qui iure poterat occidi debet domino suo carnali præstare tpale commodũ & obsequium, qui quicquid lucratur et acquirit, eidẽ dño suo lucratur, qui & super corpus eius potestatem habet vtendi illo p suo lucro & cõmodo, cuius & ipse dominus, si vere sit Christianus, hac potestate sicut & ceteris rebꝰ suis vtatur secũdũ legem charitatis etiã in salutẽ seruorũ suorũ, quẽadmodum & iusti patres nr̃i Abrabam, Isaac, & Iacob habebãt seruos & ancillas, quos, vt inquit Aug. etsi secundum hæc tpalia bona a filiorũ sorte distinguebant, sic tñ administrabãt in tota domo sua domesticam pacẽ vt ad deum colendum & ad ceterna bona sperauda omnibus mẽbris domus suę pari dilectione cõsulerent. Posterioris generis dñi obediẽtia ordinata videlicet in vtilitatem nõ priuati aut temporalis cõmodi, sed cõmunis boni eorũ, quibꝰ dominatur est, de qua imprę sentiarũ loquimur differẽtes de obligatiõibus legũ et præceptorum, quæ imponuntur ad reipublicę moderationẽ, & gubernationẽ. Vnde manifestũ est, & geminã esse subiectionẽ naturalẽ videlicet, & ciuilem, seu positiuã, naturalẽ dico hominis ad deũ, filij ad patrẽ et matrẽ, quæ immutabilis ẽ, nec oĩno extinguitur vnq̃. Neq; enim emãcipatio filij a patria potestate delet totũ ius naturæ, quod pater habet supra filium. Ciuilẽ et positiuã dico, quæ nata est accedente humana voluntate, vt monachorum sub abbate, populi Christiani sub põtifice aut sub principe. Abbas enim, pontifex, & prin ceps eliguntur, cõstituuntur, seu præficiũtur accedente hoĩm con-

Geminũ est dominiũ unius personæ super aliam.

Prioris generis dominium.

Alterius generis dominium.

Subiectio duplex.

cõsensu. Nã q̃uis potestas ecclesiastica, vt papalis, pastoralis, & pontificalis sit a constitutione diuina, ad eam tamen assumũt̃ hoĩes ex electione humana. Vtraq; subiectio iusta ẽ, & a deo ordinata, & idcirco vtriq; sua debita est obedientia. Quemadmodum docet apostolꝰ Paulus, ex spũ dei iubẽs nõ solũ seruis, vt subiecti sint dñis suis carnalibus, & vxoribus, ac filijs, vt subsint maritis & parentibus, sed & cõibus Christianis hoĩbus etiã ingenuis ac liberis, vt subiecti sint atq; obediãt huius mũdi potestatibus, ac principibꝰ. Omnis anima subdita, inqt, sit sublimioribus potestatibus. Subiectio sub homine aliq̃ in rebus familiaribꝰ & domesticis corporalibusq; obsequijs præstãdis secundũ quã serui & mercenarij locantes operas suas subijciunt̃, suos habet limites obedientiæ, secundũ iustitiatiq; regulas, quas seruare tenetur sic subiectus erga dñm prę cipientẽ quicq̃. Vt aũt iustũ sit in talibꝰ dñi ac patrisfamilias præceptũ nõ oportet p̃ceptorẽ sẽp intẽdere ad salutẽ, ac vtilitatẽ illiꝰ, q subiectꝰ est, sed potest spectare ad priuatũ suũ cõmodũ. Talis enĩ dñs potestatẽ habẽs su p aliorũ corpora, potest illis vti ad priuata sua lucra, et cõmoda, & illa ordinare ad finẽ vltimũ secundũ legẽ Christianæ charitatis. Subiectio vero sub publica prãte, quæ p̃ficit̃ solũ ad gubernãdã et tuẽdã cõitatẽ seu remp. vel ecclesiã. Vt aũt in hac subiectiõe iustũ sit superioris præceptũ erga eũ, q sic est subiectus, oportet prę ceptorem spectare non priuatũ suũ commodum, sed habere rationẽ boni reipublicæ, cui præficitur. Vnde inter prę sidẽ & plebẽ sic subiectã mutua est hinc inde obligatio, non quẽmadmodũ inter carnalẽ dominũ & seruũ seu mãcipium, neq; enim populꝰ fecit vnq̃ se seruũ regis, sed quẽadmodum inter pastorẽ ac protectorẽ, aut patrẽ & ingenuũ filium, & ita quemadmodũ plebs debet præsidi obedientiam, atq; reuerẽtiam, ita præses debet plebi fidelem curam, custodiã, & tutelã. Data est regibus a deo potestas vt sint ministri regni illiꝰ, quẽadmodũ in libro sapiẽtiæ cõtra malignos reges dicit̃. Cũ essetis ministri regni illiꝰ, non recte iudicastis, nec custodistis legẽ iustitiæ, neq; secundũ voluntatem dei ambulastis, horrende, & cito apparebit vobis. Nam iudicium durissimum his qui præsunt fiet, Sapientiæ. 6. Data est & pontificibus potestas in ecclesię ædificationem, & non in destructionem, & ideo vtraq; potestas te-

Subiectio seruorũ & ancillarum sub dominis.

Subiectio hominũ liberorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenetur magis esse sollicita, vt iustis legibus iam scripto aut consuetudine roboratis vtatur, comprimatq; transgressores diuinę legis, q̃ vt nouarum legum onera imponat in humeros hominum. Vbi vero nulla ex humanis aut diuinis legibus potestas specialis sibi concessa videatur, nihil improbe aut imprudenter attentare debet, neq; vlla nouitate turbare remp. sed in omnibus seruare modum aptum humanæ societati, congruumq; communi paci & tranquillitati. Vnde Augustinus ad inquisitiones Ianuarij, coarguit eos, qui multis superfluis, friuolis constitutionibus, præceptis, aut consuetudinibus onerant simplicẽ plebem, interim pro nihilo habentes saluberrima euangelicæ legis pręcepta, nonnũq; sub prætextu falsę pietatis consulẽtes suę auaritię, super quibus Christus Mat. 15. redarguit Iudęorũ scribas & pharisęos calũniantes. Quare, inquiũt, discipuli tui transgrediuntur mãdata seniorum, non enim lauant manꝰ cũ panẽ manducant. Quibus & ipse respondit. Quare & vos, inquit, transgredimini mandatum dei propter traditiones vestras. Nam dixit deꝰ, Honora patrẽ tuum, aut matrem, vos autem dicitis, munus quodcumq; ex me tibi proderit, & irritum fecistis mandatũ dei propter traditionem vestram. Hypocrite bene prophetauit de vobis Esaias dicẽs. Populꝰ hic me labijs honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominũ. Ecce ideo ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo. Peribit enim sapientia a sapientibus eius & intellectus prudentiũ eius abscõdetur Esaiæ. 29. Ex hac doctrina Christi habes Esaiam prophetice fuisse locutum, & hanc prophetiam fuisse in populo illo Iudęorum completã. Bene, inquit, prophetauit de vobis Esaias, quam & iam cernimus completam oculis nostris. Periit enim sapientia legis & prophetarũ a plebe Iudęorum, velamine posito super corda eorũ vsq; in hodiernum diem. Vnde consequens est Esaiam prophetã illic & dominum nostrum Christum fuisse loquutos, non cõtra mandata & leges iustas superiorum potestarũ, sed contra traditiones friuolas & superuacaneas, diuinæ legi cõtrarias, aut prorsus inutiles, quales erant de lotione manuum ante cibum

Sine causa, &c. prophetia ẽ in Iudæis cõpleta.

bum, & de muneribus ad altare potius offerendis, q̃ dispensandis pro necessitatibus patris aut matris. His præmissis ponendæ sunt considerationes aliquot ad intelligendũ, an lex in foro conscientiæ liget, & an sit iusta an iniusta.

Prima. Qualitatem legis humanę in foro conscientię obligantis, describit Isodorꝰ lib. 5. etymologiarum. Erit, inquit, lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secũdum consuetudinẽ patrię, loco, temporiq; conueniẽs, necessaria, vtilis, manifesta quoq; & non captiosa obscuritate, nullo priuato cõmodo, sed pro communi vtilitate ciuiũ cõscripta, quibus significantur tres conditiones requisitæ ad hoc, vt alia humana cõstitutio sit vera lex. Prima vt sit honesta et iusta, honesta ad deũ, iusta ad ꝓximũ. Honesta .i. veræ religioni congruẽs, & ideo iniquæ sunt omnes paganorũ & infideliũ leges cõtra religionem & fidẽ Christi institutæ. Deinde adijcitur, quod lex sit possibilis secundũ naturã, secundũ consuetudinẽ patrię, loco & tempori congruens, quibus oĩbus significatur humanã legẽ oportere esse congruam ęgtati naturali secundũ conditionẽ patrię & populi illius. Si enim lex promulganda esset congrua religioni, sed adeo difficilis, vt verisimiliter nõ posset seruari a populo, vel populus sic dispositus esset, vt legem illã tãq; nimis onerosam recipere nollet, tũc lex illa vim obligãdi nõ haberet, & ideo principes cũ velint cõdere legẽ si populus contradicat & causetur dicẽs, Lex ista nõ conuenit cõsuetudini patrię nostræ, suspendit legis obligatio. Hoc enĩ casu princeps si vellet legem suã imponere, & vim habere obligandi in foro conscięntiæ, nõ esset rationabilis voluntas eius. Atq; ita vna ex conditionibus, sine quibus lex non meretur nomen legis, neq; vim habet obligãdi, est q̃ sit loco, tẽpori, & patriæ conueniẽs, neq; dissona cõsuetudini, quæ tolli nõ potest sine dispendio reip. maiori, q̃ sit vtilitas expositiõe legis emersura. Tertia cõditio est. quod lex sit necessaria, vtilis, manifesta, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta, quibus omnibus significatur legem in foro conscientię obligantem, oportere esse necessariam maleuolis coercendis, bonis fouendis, aut protegendis.

Qualis debeat esse lex.

Tres conditiones legis.

Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda cõsideratio

Secunda consideratio Lex humana vim in foro conscientię obligandi habens, est quadruplex, videlicet aut permittens, iubens etiam non impediri, aut vetans, aut actũ aliquẽ præcipiens, aut puniẽs. De his latius patebit in sequentib⁹, & in singulis horum modorum generibus. Lex in foro cõ scientiæ non habet vim obligandi, quando non est moribus vtentium recepta, vel quando incipit esse inutilis, aut pernitiosa communitati, aut dũ per nõ vsum in dissuetudinẽ abijt, aut quando ab ea recedit legislator, vel reuocans, vel non curans vt seruetur, & idcirco lex etiam rationabiliter in fauorem cõmunis boni primum a principe instituta non incipit habere vim obligandi in foro cõscientiæ, si populus mox no lit illã acceptare & approbare. Tum enim lex illa non expedit reip. sic disposite, cũ plus dãni & turbatiõis, q̃ boni inde sequeretur. Neq; enim posset lex illa moribus vtentiũ cõfirmari, dũ princeps non posset absq; turbatione reip. punire illius legis transgressores, populo legẽ illam non acceptante, quamobrẽ recte dicit Augu. in lib. de vera religione, In istis tpalibus legibus, q̃q̃ de his homines iudicent cum eas instituunt, tamen cum fuerint constitutæ & firmatę, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundũ ipsas leges instituuntur, cũ ꝓmulgantur, firmantur aũt cum moribus vtẽtium approbant. Potest quidem superior potestas, magna parte plebis, aut maleuolæ, aut non satis peritæ inuita aut reclamante legẽ ponere, pensata vtilitate grandiore emersura, q̃ sit maleuolorum aut imprudentium hoim turbatio ex lege constituta. Hęc est sententia Aug. in lib. ad inquisitiones Ianuarij, de quo latius infra. Hic iam ad intelligendum, an personę ecclesiasticæ in foro conscientię, etiam obligantur imperatorũ constitutionibus, ciuilibusq; legibus ordinatis secundum rectę rationis prudentiam ad commune bonũ totius reipu. ex clero, & plebe laica constitutę, sit Consideratio tertia.

Lex humana non habet uim obligandi, nisi recepta sit a populo.

An personæ ecclesiasticæ in foro cõscientiæ uel exteriori obligentur legibus ciuilibus imperatorum.

Leges iusta ratione & secundum ætatẽ naturalẽ coĩs boni disponentes, non ligant eos, q̃ potestati legislatoris non subsunt, quos ipse neq; iudicare, neq; condemnare, aut punire potest. Cum ergo personę ecclesiasticæ, bonaq; ecclesiarũ, non sint subiecta sæculari potestati, consequens est ea non posse legibus, aut statutis sæcularis potestatis obligari. De hoc

hoc primum est textus Ambrosij. 23 quest. 8. capi. Conuen. & capitulo pręcedente. Imperator si a me, inquit Ambros. peteret quod meum, id est, fundum meum, argentum meum, & huiusce modi meum, non refragarer (q̃q̃ omnia quæ mea sunt, sint pauperum) Absit autem a me, vt tradam hæreditatem Christi, ea nempe, quæ diuina sunt, imperatoriæ potestati non sunt subiecta. Templo domini nihil possum decerpere nec tradere, cum illud custodiendum non tradẽdum acceperim. Deinde & consulere me etiam imperatoris saluti oportet, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Hęc Amb. Vnde episcopi nihil habẽtes pręter ecclesiastica, cõtenti sola portiõe Leuitica, his nihil est cõe cũ principibus sęculi ad soluẽdũ tributũ aut vectigal. Qui vero prætereuntica portionẽ, propria prædia, villas, castella, & ciuitates possidẽt, Cęsari tributa debẽt, nisi imperiali benignitate, ab ipo immunitatẽ ꝓmeruerint. Vnde Christus, Reddite, inquit, quę sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt dei deo. Et Pau. Reddite, ingt, oĩb⁹ debita, cui tributũ tributũ, cui vectigal vectigal. Verũ & hic sciendũ, q̃ sup rebus ꝓphanis, in q̃bus ẽ ciuilis socialisq; cõicatio cleri cũ laico, & ecõtrario, veluti sup cõtractib⁹ emptiõis, redẽptiõis, locati, cõmodati. Itẽ sup successiõi b⁹ ĩ bonis hęreditarijs eccl'ęq; pso̅nę habitãtes ĩ terris legislatori subiectis, eisdẽ debẽt legib⁹ ambulare, & hoc nisi lex canonica ꝓpter maiorẽ vtilitatẽ sp̃ualẽ aliter disponat, q̃ lex ciuilis. Nã imperator dicit quod leges nõ dedignanr̃ sacros canones imitari, decreuitq; Iustinianus imperator, vt canones patrum vim legum habere oporteat, vt patet capite primo de iuramentis calum. Et ideo lex, quæ canonicis obuiat institutis nullius esi roboris. In alijs vero non liganr̃ imperatorum legibus, aut laicorum statutis iuxta capitulũ. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutionibus, et iuxta canonẽ, bene quidem. 96. distin. in quibus dicitur, quod laicis etiam religiosis sup ecclesijs, & psonis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas imperãdi, a quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod ecclesiarum etiam respiciat commodum & fauorem nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit approbatum, textus illi, vt manifeste patet, loquuntur de laicorum aut sæcularis potestatis statutis, factis, de bonis

Notabilis Ambrõsij sententia.

ecclesię

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesię alienādis, vt prędijs, vasis, ornamētis, & electiōib⁹, pontificū, & episcoporū. Necp imperator, necp secularis vlla potestas habet potestatē sup ecclesias aut personas ecclesiasticas. Et ideo nō potest specialiter aligd de huiusce mōi reb⁹ cō stituere. Consideratio quarta. Potestas papalis ḡḡ prędicit potestati imperiali, tamen imperator potestatē seu gradum suū secularē non habeat a papa seu ab ecclesiastica potestate. Vnde pro maiore intellectu huius materiæ considerandā ē decretalis, Solitę benignitatis, de maiori, et obedięntia, ex qua liquidum est imperatorem quendam Cōstantipolitanum vo luisse sacerdotium subesse imperio, motus ad id ex authorita te Petri apostoli dicentis. Subditi estote omni humanæ crea turæ propter deum siue regi tancp prędcellenti, siue ducibus, tancp ab eo missis ad vindictam malorum, laudem vero bo norum. Respondit autem illi Papa Innocentius, expo nens præfatam Petri scripturam dicens. Si personam Petri loquentis & eorum ad quos loquebatur ac vim locutionis di ligentius attendisses, non expressisses taliter intellectum. Scribebat enim Apostolus subditis suis, & eos ad humili tatis meritum prouocabat. Nam si per hoc, quod dixit subditi estote, voluit imponere sacerdotibus iugum subiecti onis, eisdp prælationis authoritatem auferre, quibus eos subie ctos esse monebat, sequeretur ex hoc etiam, quod seruus qui libet in sacerdotes imperium accepisset, cum dicitur subditi estote oi humanæ creaturæ. Qđ aūt sequitur siue regi, tanq̄ prędcellenti, indicat quidē regē, ac imperatorē habere prędcel lentiā, sed hāc qdē sicuti reges habere cōsueuerūt in tpalib⁹ & super illos dumtaxat, qui ab eo suscipiunt tpalia, qui & eius sunt iurisdictioni comissi, sed pontifex in spiritualibus præficitur & prędcellit, quę tanto sunt temporalibus dignio ra, cp̄to anima præfertur corpori, quanta est inter solem & lunam differentia, tanta est inter pontifices & reges. Vnde beatus Clemēs martyr papa tertio, Oēs, inqt, principes terrę, & cæteros homines episcopis obedire prędcipiebat bea tus Petrus, vt dicitur in capitulo, omnes, eodem titulo, et ex superioribus id ipsum liquidissimum est ex sententia Igna tij discipuli Ioannis apostoli, etiam reges & principes opor tere

Cōsideratio.4.

Imperator nō ha bet suā potestatem a papa, q̄uis sit sub iectus papæ.

Clemens tertius a Petro papa.

tere subditos esse episcopo. Corporalia item et temporalia bo na, vt pax ciuilis, & boni mores congruentes paci & trāquil litati reipublicę, quibus prędcitur imperator, sunt ordināda & dirigenda, atcp mouenda in spiritualia, vtpote in ęterna, tancp in finem videlicet ad lucrum fidei & charitatis, & ad augmentum Christianæ religionis in pacem salutis ęternę.

Et in horum directione sæcularis potestas habet obedí re spirituali potestati, tametsi spiritualis hęc potestas non de bet se de huiusmodi ęcclarib⁹ et temporalibus negotijs im pedire aut illis sese immiscere, nisi in ordine ad spiritualia di sponendo, scilicet dirigendo secularem potestatē, ne ex regi mine aut directione illius, vel spirituale bonum impediatur, vel detrimentū salutis spiritualis subsequatur. Verum non inde sequitur, quod potestas sæcularis prorsū et omnino sub datur spirituali, siquidem & in ciuilibus actibus magis est obediendum rectori ciuitatis, & in militaribus actibus duci exercitus cp̄ episcopis, qui sese his non possunt immiscere, ni si quatenus eis potestas sæcularis debet esse subiecta in ordi ne ad spiritualia. Atcp ita spūalis potestas q̄uis prędcitur sę culari potestati tancp efficiēs causa seu dirigēs & forma, & finis, nec pontifex tamen iura & officia regia imperatoris si bi debet vsurpare, sicuti nec imperator iura, & officia spiri tualia pōtificis debet prędsumere. Potestati sęculari humanis tantum rebus, non diuinis prędesse concessum est, & ideo de ministris, p quos diuina ministrāt, iudicare nō potest, pōtifi ci autem Christus iussit pascere oues, op⁹ facere euangelistæ non gladio & ferro, sed verbo aggredi, q̄uis & ipse gladius sæcularis potestatis quodammodo pertineat ad potestatem pontificis, quemadmodum ait venerabilis Bernar. lib. 4. de consideratiōe ad Eugeniū. Quid tu, inqt ad Eugeniū, denuo gladium vsurpare tentas, quem semel iussus es ponere in va ginā, quem tamen, qui tuum negat, nō satis mihi videt attē dere verbum domini dicentis. Conuerte gladium tuum in vaginā, tu⁹ ergo & ipse tuo forsitan nutu, sed nō tua manu euaginād⁹. Alioquī si nullo modo pertineret ad te dicētib⁹ Apostolis. Ecce gladij duo hic, non respondisset dominus, sa tis est, sed nimis. Vterp ergo est ecclesiæ, gladius spiritalis

Quō potestas sæ cularis subiecta ē potestati ecclesiæ.

Duo sunt ecclesiæ gladij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet & materialis, sed is quidem pro ecclesia. Ille vero et ab ecclesia exerendus est, ille sacerdotis, iste militis manu; sed ad nutum sane sacerdotis, iussum vero imperatoris.

Pontifex potestatem & iurisdictionē sæcularem, unde habet.

Habet quidem pōtifex iurisdictionem sæcularem supꝫ plebē Romanorꝫ, sed in hac successit nō Petro, sed Cōstātino, qui hanc donauit ecclesiæ primati in beato Siluestro pontifice. Ex his itaqꝫ manifesta est prior pars considerationis quartæ, potestatem videlicet ecclesiasticam esse præfectā atqꝫ prælatam potestati seculari, regali, seu imperiali. Secunda pars ꝙ videlicet rex aut imperator nō habet gladiū suū seu ſecularem potestatem a papa hinc patet, quod imperialis

Imperator non habet imperialem potestatem a papa.

potestas erat priusꝫ esset potestas papalis, nempe & temporale dominium ac iurisdictionem sæcularem super vrbem & terram Romanorum habuit Papa, sicuti iā patuit, ex donatione imperatoris, vt patet in gestis beati Siluestri, quę cōmemorat beatus Gelasius papa sicuti recitat Gratianus. 96. distinctione, capite Constantinus. Amplius autem ad magis intelligēdum vires imperalium legum et canonum cōsiderare cōuenit an ecclesiastic⁹ ordo hoc ius īmunitatis, seu libertatis, ne videlicet posset a sæcularibus iudicibus iudicari, aut condemnari, cogi seu compelli ad soluēdum tributa cæsari habet ex priuilegio, seu donatiōe, vel cōcessiōe cæsaris, an pati⁹ ex iure diuino naturali. Quod ecclesię, ecclesiasticæ personæ ac res ipsarū, nō solū iure humano, sed & diuino sint immunes, id est, liberę a ſecularium potestatū exactionib⁹, plane videtur diffiniuisse papa Bonifacius in sexto decreta. in capite. Quamꝫ de censibus. In contrarium videtur tendere doctrina Pauli ad Romanos. 13. dōcentis tributa esse stipēdia sublimiorum potestatum tanꝫ ministrorum dei, qui per ipsorum ministeria gubernās rempublicam accipit tributa et vectigalia, tanꝫ stipendia ministerij in temporalibus bonis et psonis protegēdis. Cū igitur tā ecclesiasticæ, ꝙ sæculares personæ earumꝫ & ecclesiasticarum bona sint promiscue posita, & potestas regalis ex æquo psonas vtrasꝫ, et vtrarumꝫ personarum bona temporalia defendit & tenetur defēdere, consequēs videtur etiam ecclesiasticas personas, & res

res earum esse regibus obligatas. Pro hac igitur re intelligēda, sit hęc consideratio Quinta.

Potestas papalis ex iure diuino est suprema in ecclesia, potestas, habens primatum & potestatē iurisdictiōis a Christo super omnes ecclesias, & ecclesiæ membra, sicuti ex scripturis sacris, & conciliis, & sanctis patribus demonstraui libro quarto de ecclesiasticis scrip. & dog. capite. 3. parte secunda, vbi patuit, quod vniuersalis ecclesiæ pastoralis cura primitus tota in suo fonte soli Petro data fuit & id quidem, vt inquit beatus Anacletus, non ab Apostolis ipsum, vt superiorem eligentibus, neqꝫ ab ecclesia, sed ab ipso Christo, qui ore proprio hanc ei curam delegauit, Ioannis vltimo, Pasce oues meas, qui etsi super plebem Romanę diocesis dirigendam curam suscepit specialem, vniuersalis tamen ecclesię cura generaliter ad eum spectabat, secundum quam omnibus Christi ouibus pastor prefect⁹ erat, vt ipse esset oīm pastorū pastor. Et hinc iā orti sunt in ecclesia ordines graduū ecclesiasticę iurisdictionis, alij sunt patriarchę, alij primates, alij archiepiscopi, alij episcopi, alij abbates, decani, plebani, et priores, quorū distinctio spiritu sancto suggerente legitur a Petro facta ad vniuersalis ecclesiæ ædificationem. Atqꝫ ita ab hac papali potestate deriuatur immediate potestas patriarcharū, qui quatuor sunt Hierosolymitanus, Alexādrin⁹, Antiochenus, & Constantinopolitanus, ad quos, sicuti ad papā, potest sine medio appellari. Post hāc ē potestas primatū, quorum quisqꝫ super prouincias multas, tanꝫ primus archiepiscoporum constituitur. Deinde sequitur potestas archiepiscoporum, quorum quilibet in vnaquaqꝫ prouincia super multos episcopos princeps præficitur. Post hanc est potestas episcoporum, quorum quilibet in sua dioceſi prę ficitur decanis archipresbyteris, plebanis, priorib⁹, abbatib⁹ in vniuerso populo, quemdmodū in actis Apostolorū ad ipsos loquitur. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quos posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam suam quam acquisiuit sanguine suo, actuum. 22. Habes de his testimonia sanctorū patrū apud Gratianū in decretis per totā distinctionem.

Suprema iurisdictiōis potestas ex iure diuino fuit in Petro, & est in successoribus eius dist. 22. ca. Sacrosancta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papa igitur si ex iure diuino habeat supremam potestatem super omnia ecclesiæ membra, consequens est papam secundum eandem potestatem papalem ex iure diuino habere, q̃ a nemine possit iudicari aut condemnari, quippe non habens in terris neq; vllum superiorem iudicem, sed neq; vllam cõmunitatem cui subiiciatur. Cum enim in papa sit plenitudo potestatis, a qua descendit seu deriuatur regendi autoritas in medios, vsq; ad rectores vltimos, consequens est non posse in vlla communitate secluſa, papa esse potestatem maiorẽ, q̃ſ sit potestas papæ, atq; ita papa non subijcitur concilio tanq̃ superiori, & habẽti sublimiorem potestatem supra ipsum, q̃q̃ persona papæ, quę non est membrum ecclesiæ necessarium, & sine qua potest corpus ecclesię subsistere, possit ex iure diuino hanc potestatem perdere, aut ex autoritate diuini iuris hac priuari, veluti si adferat doctrinam contrariam doctrinę Christi, in q̃ casu papalis potestas eatenus residet apud ecclesiam, quatenus potest nominare virum idoneum, cui deus cõferat talem potestatem papalem, quemadmodum sede vacante, papa iam mortuo, summa potestas virtualiter apud ecclesiam residet, & ideo tempore schismatis, cum non est in ecclesia indubitatus papa, quilibet cuiuscumque gradus, status, seu dignitatis, etiam si papalis existat in his, quæ pertinent ad extirpationem schismatis tenetur obedire generali concilio ecclesiam vniuersalem representanti. Hac consideratione prę̃missa ad considerandum an immunitas ecclesiastica sit ex diuino iure, an potius ex humano iure aut priuilegio. Sciendum est aliud esse de personis ecclesiasticis, aliud de rebus seu bonis ipsorum. Nam bona ipsa temporalia, vt fundi, agri, prędia, potuerunt tributis, ac alijs variis seruitutibus subiecta esse, priusq̃ transferantur ad ecclesiam, & sic ecclesia, ratione bonorum illorum soluere tenetur, quia si res transit in alium, transit cum onere suo. Deinde & bona hæc, postq̃ sunt ad ecclesiam translata, possunt iusta ratione propter reip. necessitatem onerari ab eo, qui horum bonorũ habet dispensationem. Proinde, vt recte docet Thomas ad Rom. 13. A tributo liberi sunt clerici ex principum sæcularium priuilegio, quod æquitatem naturalem continet, vt quemad

Iuris diuini est papam a nemine posse iudicari aut condemnari.

quemadmodum reges curam gerunt reip. ad conseruationẽ temporalis vitæ & bonorũ eius, sic clerici et sacerdotes sint ministri reipub. in spiritualibus bonis dirigendis ac promouendis, vt per ministerium spirituale sacerdotum, reipub. impensum, fiat recõpensatio quædã regi, etiam pro custodia clericorum, & rerum ipsorum laboranti, & hoc ratio suggerit naturalis æquitatis. Et in hanc simul & in scripturas veteris legis spectans, cap. Quamquam, de censibus, in sexto decretalium, plane dicit ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum non solum iure humano, sed & diuino a sęcularium personarum exactione liberę sunt & immunes, quẽadmodum etiam sacerdotes apud ethnicos erant a tributo regibus præstando immunes, Gene. 47. & prim. Esdræ .7. In Genesi nempe legimus, Subiecit Ioseph omnem terrã Aegypti Pharaoni, & cunctos populos eius a nouissimis terminis eius vsq; in fines eius, prę̃ter terram sacerdotum, & sęqtur ex eo tempore vsq; in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti, quinta pars soluitur absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Esdrę autem .7. Rex Darius iussit ministris suis, Vobis quoq; notum facimus de vniuersis sacerdotibus, Leuitis, cantoribus, & ianitoribus domus dei, vt non habeatis potestatem imponendi tributum, vectigal, aut annonam sacerdotibus Leuitis, &c. Iuxta diui ergo Thomę sentẽtiã, Bona ecclesiarũ & sacerdotũ, sunt libera ex prĩcipum priuilegio, qd̃ mihi potius videt dicendũ fuisse ex principũ donatione. Priuilegiũ reuocari potest ab eo, qui cõcessit, donatio non est sic ad nutum reuocabilis. Et ideo principes ex iure diuino, non sic possunt ex ecclesiarum bonis ad vsum ecclesiastici ministerij deputatis ac necessarijs, exigere tributa, quę ipsi semel donauerunt ecclesię, volentes ecclesiarum bona gaudere plena libertate, quæ tamen superuenientibus necessitatibus ecclesiæ, rursus tributis grauari possunt, accedẽte consensu eius, qui horũ bonorũ constituitur dispensator Personę autem ecclesiasticę non sic secundum personales actiones in sæcularibus negotijs grauari & onerari possunt a sęculari potestate, a qua neq; iudicari, neq; condemnari possunt. Et ideo clerici de omni crimine debent corã iudice

Quę ecclesiasticæ personæ & res ipsarũ nõ solum humano, sed diuino iure sunt a tributo & a lege sæcularis potestatis liberæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudice ecclesiastico conueniri, neq; valet contraria consuetudo, vt dicitur in capitulo, Clerici, de iudicijs. Quod si clericꝰ in furto, homicidio, vel periurio, alioue crimine fuerit deprehensus legitime conuictus ab ecclesiastico iudice est deponendus, qui si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde anathematizandus, & postremum desertꝰ & degradatus a clero per sæcularem potestatem comprimẽdus. Neq; potest clericus in iudicem laicum consentire etiã si proprium iuramentum & aduersarij consensus accedat, si cuti in concilijs Milenitano, et Carthaginedsi constitutũ ẽ, vt dicit capitulo. Si diligenti, de foro competẽti. Et ratio huius constitutionis est fauor clericorũ, & honor illis debitus a plebe & odiũ laicorum, qui opido sunt clericis infesti, et ne fiat præiudicium episcopo suo, sine cuius cõsensu iurare nõ potest, nec alium iudicem habere. Amb. ad Valentinum demonstrat iudices laicos, aut etiam imperatorem non posse in causa fidei vel ecclesiastici alicuiꝰ ordinis de episcopis, aut sacerdotibus iudicare, addens Augustum imperatorem, patrem Valentiniani hoc etiam sanxisse legibus. Ex quibus cõsequens ẽ ecclesiasticũ ordinem immunitatẽ hanc seu libertatem a potestate secularis iudicis nequaq; habere ex solo nudoq; priuilegio cęsaris aut regis, quia tum esset ad nutũ eius reuocabile, sed ex authoritate pontificis Romani accedẽte cõsensu totius ecclesię & donatiõe, approbatione, seu priuilegio imperatorũ. Potestas aũt iurisdictionis põtificis Romani nõ ex hoie, neq; a populo, aut imperio concessa, sed ex deo est super omnia ecclesię membra, & ideo tam imperatores & reges iam per baptismum populo Christiano asscripti, q̃ singuli et vniuersi de ecclesia ex iure diuino subijciũt illius potestati & cõstitutionibus ędítis ad lucrum fidei & ad Christianę religionis augmentũ. Ex lege igitur iurisdictionis ecclesiasticę seu potestatis papalis, cui etiã reges tenẽt subesse ex iure diuino, accedente priuilegio seu potius donatione principis orti sunt canones de immunitate sacerdotũ, ecclesiarũ & rerũ ad eas ptinentiũ, qbꝰ decernũt hi, qui sunt ecclesiastici ordinis, esse immunes a grauaminibꝰ, q̃ solent laicis imponi, bonaq; clericorũ, ecclesiarũ, & pauperum

Clericus non potest consentire, ut iudicetur a sæculari potestate.

Chri

Christi vsibus deputata nõ posse a potestate sæculari alienari, ad aliũ vsũ applicari, aut grauari tallijs, collectis, alijsue oneribꝰ, cõstitutiõesq;, & leges sęculariũ potestatũ de huiusce modi bonis alienãdis esse iniquas, impias, & prius sub ecclesiasticis cẽsuris, & pœnis esse abolendas, tanq; æditas ab eo, q potestatẽ nõ habet condẽdi legẽ, neq; in psonas tales, neq; in bona earũ in qbus potestas data est põtifici tãq; iudici, & dispẽsatori. Verũ ex hoc nõ oportet consequens esse quin & ipsi episcopi & clerus, si tantã necessitatẽ, vl' vtilitatẽ plebis, ciuitatis, aut regis cõspexerint, vt laicorũ nõ suppetãt facultates plerũq; ex iure, & æquitate quadã naturali teneãt de bonis suis coĩtati subuenire, vl' in vigilijs murorum custodiendis, vel in ciuitate defendẽda. Tũ enim dispẽsare bona illa est ad pium vsũ dispẽsare ea. Atq; ita sæcularis potestatis in necessitatibꝰ vl' vtilitatibꝰ reipub. nõ ẽ cogere episcopos et clericos ad tributũ soluẽdũ, aut legẽ eis imponere, sed petere a vicario Christi, q super huiusce modi bona pijs vsibus deputata, constitutꝰ est dispensator, vt ipse prout ex prudentia secundum rationem iudicauerit necessarium esse vel expediens, cogat, vel inducat clerum ad releuandas coẽs reipubl. necessitates, quẽadmodũ et secũdũ canones etiã clerici conferre tenentur, sicuti alij possessores ad iter faciendũ, ad pontem faciendum, aut reficiendum. Vide super his sanctorum patrum antiquorum & conciliorum sentẽtias in decretis dist. nonagesima sexta, & decretales multas de immunitate ecclesiarum. Consideratio sexta.

Clerici de bonis plerumq; ecclesiæ tenentur subuenire ciuitatibus.

Omnis lex seu constitutio pręcipiens actum iure naturali, aut diuino illicitum, iniqua est non seruanda, sed prorsus abolenda. Deinde omnis lex iniqua est, quæ illud, quod naturali iure aut diuino est illicitum dictat aut affirmat licitum esse iustum, aut secundum rectam rationem, aut secundum æquitatem naturalem, aut optimo iure faciendum. Veluti si lex dictat, quod naturaliter liceat contrahentes sese decipere modo deceptio sit citra medium iusti pretij, aut quod secundum rectam rationem, & optimo iure liceat pro maiori malo vitando vsuras exigere, & recipere, aut quod ad subueniendum magnæ necessitati pauperum

citra

Universidad de Deusto
Biblioteca

extra tamen extremam liceat mihi palam, vel occulte surripere diuitibus, superflua habentibus, ad releuandum inopiam pauperum. Verum hic ne fallaris oportet diligenter considere verba ipsius legis. Nam aliud est si lex dicat naturaliter permittimus contrahentibꝰ sese decipere, aut fœneratoribꝰ vsuras recipere, & meretricia in ciuitatibus permanere, decernimusq; tales peccantes nō esse impediendos, aut molestādos. Nam legem, quæ sic disponit nō oportere esse iniustam liquidum est ex prȩcepto Christi. Nolite eradicare zizania, ne conculcetis triticum, sinite vtraq; crescere & c̄. Aliud vero si lex dicat naturaliter licitum est aut secundum ȩquitatē naturalem, & optimo iure concessum est vsurarijs recipere vsuras, aut contrahentibus sese decipere, aut meretricibus in meretricijs permanere. Nam leges, si sic aliquid traderēt licitum aut iustum esse, non leges, sed impietates essent.

Naturaliter permittere malū licet

Insuper aliud est, si lex dicat licita, iustaq; ratione promisse vsuræ soluuntur vsurario. Aliud vero si dicat licita, iustaq; ratione vsurarius exigit & accipit earum solutionem. Vnde & imperator lege prima de vsuris. Si promissio in vsuris scilicet soluendis recte facta prohibetur, licet instrumēta conscripta non sint, tamen optimo iure debentur, & non oportet dicere legem hanc esse iniustam. Nā aliud est dicere me optimo iure debere vsuras soluere. Aliud vero c̄ vsuriarū optimo iure exigere aut recipere illas ratiōe ꝓmissiōis, aut iuramenti, aut stipulationis. Optimo iure tenetur quis vsuras soluere; quas tamen alius nullo iure, aut ȩquitate potest, aut exigere, aut recipere. Sic iniqua lex Iustiniani statuentis religionis causa coniugia debere dissolui in Aut. de nup. .§. distrahuntur. Fuit quidem Iustinianus imperator vere catholicus, sed tamen ignorāter hoc statuit, Vide canonem. Sunt qui dicūt. 27. quæstione .2. Septima cōsideratio.

Consideratio .7.

Leges iustæ & principes reipub. non solum modo mala tolerant, ne vel bona impediantur, vel maiora mala contingant, sed & licite iubent ne malę vitæ homines impediātur aut molestentur. Sic leges imperiales & canones tolerāt Iudęorū ritus & ceremonias, liciteq; ꝓhibēt Christianis, ne illos in his molestent. Iudęi autem c̄uis peccent his suis ritibus,

tibus, leges tamē sic tolerātes & prohibentes Christianis ne ab his suis ritibus impediant, vel molestent, rationabiles sūt & iustę. Proptera quod ex huiusmodi tolerātia spirituale bonum aliquod prouenit Christianæ ecclesiæ habenti etiam testimonium fidei suæ ab hostibus. Hac ratione & scripturæ sacrę eorum ac veteres earum interpretationes non ædite in odium Christianorū non sunt illis auferendæ, libri autem ædite post passum Christum ad fouendum perfidiam cōtra Iesu Christi diuinitatem, si adsit facultas, sunt ipsis auferendi, & per Christianos principes comburendi, tanq; blasphemi & mendacijs pleni, si absq; turbatione Christianæ ecclesię fieri potest, sicuti & ipsi infideles compellendi sūt, ne blasphemijs falsisue ꝓsuasiōibus impediant fidē Christi. Sic & rationabilis est lex principis, iubens hæretiorum libros esse eis auferendos & comburendos. Aliorum vero infidelium ritus, ex quibus nihil vtilitatis, aut veritatis sperator futurum, non sunt vllatenus tolerandi, nisi forte propter malum aliquod vitandum, qualis est reipub. Christianę turbatio, veluti cum est magna infidelium & hæreticorum multitudo, quæ sine turbatione resecari non potest.

Qui libri sint Iudæis auferendi. & qui non.

Ex his omnibus liquidum est, quod neq; sinere malū fieri, est secundum se malum, neq; prohibere alijs ne impediant malum fieri, secundum se malū est, sicut & Christus prȩcepit non solum vt sineremus zizania crescere, sed & prohibuit ne eradicaremꝰ illa propter triticum non conculcandū. Vtiq; tamen est secundum se malum male facientibus auxilium præstare & fauere. Vnde lex Iustiniana concedens vsurarijs exercitium vsurarum, prohibensq; alijs ne vsurarios ipsos impediant ab vsurarū exercitio, iusta esset & rationabilis, si neq; auxilio, aut fauore iuuaret vsurarios ad exigendū vsuras, neq; daret eis actionem in iudicio contra recipientes sub vsura mutuū, disponens etiam & cogens, quod tales debeāt vsuras soluere. Tametsi ęqui & iusti sint leges & canones disponentes & cogentes, vt hi qui receperunt mutuum sub vsura, seruēt promissionē & iuramentum etiam in solutionibꝰ vsurarū, quas iurarūt soluere. Et quia nōnullę leges Iustinianę permittētes vsuras sic concedūt vsurarijs vsura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum exercitium vt auxilium & fauorem præstent ipsis, ideo sunt iniquę & irrationabiles. Lex vero canonica concedens Iudęis obseruantiam suarum solennitatum, rituũ, & ceremonialiũ, prohibẽsq; Christianis, ne molestẽt, vel impediãt ipsos sic obseruãtes ceremonias illas ex causa iã dicta, iusta ẽ & rationabilis, vt patet in cap. Qui sincera. 45. dist. Obiecerit forsitan quispiam, iniquæ sunt leges permittẽtes cultum idolorum prohibentesq; Christianis, ne idololatras ab huiusmodi cultu aut sacrificio impediant. Vnde in nullo libro ciuilis iuris inuenitur vlla lex aut cõstitutio, aut de colendis idolis, aut de idololatris permittendis, et non prohibẽdis, eo q; catholici imperatores tales cõstitutiões olim ab imperatoribus gentilibus ędita non solum abstulerunt, imo & contrarium mandauerunt, vt patet in capitulo de paganis & sacrificijs, et templis eorum, videtur ergo a paritate ratiõis, lex canonica iniqua esse permittẽs Iudęis ritus, & solennitates veteris legis, quibus obseruantijs procul dubio ipsi grauiter peccant. Respondeo consequentiam nõ valere. Neq; enim sequitur ecclesiæ vtilitas ex permissione cultus idolorũ, quæ sequitur ex permissione & tolerantia Iudęorum.

Obiectio.

Mala voluntate alterius mihi uti licet.

Quod si ex permissiõe tali speretur spiritualis necessitas, seu vtilitas ecclesiæ absque periculo maioris dispendij, iam non erit illicitum idololatriam permitere, et mandato aliquo ꝓhibere ne idololatrę tũc impediãtur aut molestẽtur, nõ sic tamen quin idololatris seu & sacrificanibus idolis, liceat, imo & præceptum sit Christiano resistere vsq; ad mortem, et martyrij passionẽ pręserti cũ aliqd vtilitatis sperat̃ inde futurũ. Quãuis aũt nõ liceat alterũ inducere ad actũ aliquẽ illicitũ, quẽ alias nõ est paratus facere, vtiq; tñ mala voluntate alterius iam parati opus malum facere mihi licet vti ad vtilitatem, vel necessitatem, aut propriam, aut alienam. Sic licet mutuum ab vsurario petere & iuramentum fidelitatis a pagano & idololatra per falsos deos iuraturo exigere, pro obseruatione pacis seu promissi fœderis. Sic quoq; licet mihi res meas latronibus, & predonibus manifestare pro conseruatione vitæ. Illiciti vero sunt huiusmodi actus in casibus, vbi nulla ex ipsis speratur vtilitas, nullaq; sit ra

sit rationabilis causa. Proinde exigere iuramentum ab eo quem scio paratũ esse iurare falsum, mihi regulariter non licet, quia communiter nulla inde vtilitas sequitur, quod si aliqua inde speretur vtilitas licet mihi, quemadmodum & iudici, vt seruetur in suo tribunali iuris ordo, licet exigere iuramentum ab alio etiã periuraturo, potestq; inde sequi bonũ spirituale etiam ipsius periurantis. Plerumq; cõtingit, quod sic permissus cadere in grauissimum periurij peccatum, inde concipiat pœnitentię occasionem. Vnde exigens huiusce modi actus, quos alter exercendo peccat, necq; consentit, necq; cõplacitum habet in alterius peccatum, sed consentit in actus, quos alter sine peccato potest licite facere, cuiusmodi sũt, mutuare, iuramẽtum seruandæ fidelitatis præstare, vitam mihi non adimere. Quotienscumq; autem peto ab altero aliquid quod ipse mihi sine peccato prędstare potest, non pecco etiam si nouero alterum id mihi non sine peccato præstiturum, prę sertim cum alter obligatur id prę stare. Proinde a paracho, qui obligatur mihi sacramenta ministrare, licite exigo sacramentum, non obstante quod nouerim verisimiliter ipsum paratum ministrare & tractare sacramenta indigne. Si vero peto aliqd illicitũ ab altero, qa ipse mihi sine peccato ministrare nõ potest, tã consentio in peccatũ eius, veluti si petam carnalem copulam ab ea, quę non potest esse vxor mea, vel si petam vt me iuuet ad occidendum, vel adulterandum, vel ad faciendum actum quempiam iure diuino prohibitum.

Iuramentum exigere ab eo quẽ scio falsum iuraturum.

¶ *Sequitur secundus huius partis articulus de consuetudine, an habeat uim legis in foro conscientiæ obligantis.*

Reliquum est iam paululum de consuetudine differere & considerare, an ipsa habeat vim iuris, seu legis in foro conscientiæ obligantis, quẽadmodum indicat descriptio eius, qua dicitur. Consuetudo est ius quoddam moribus institutũ, quod pro lege suscipitur. Quamuis autem mos & consuetudo idem significent, aliter tamen in descriptione accipitur mores, aliter consuetudo, quemadmodum & aliter accipitur mos, aliter moribus cum definitur. Mos est consuetudo longa de moribus tracta.

Consuetudo quid sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mores sunt actus frequentius reiterati. Consuetudo autem est ius illis actibus institutum. Verum hic præmittendum est, quod ius bifariam accipitur, Nunc pro lege, veluti cū dicimus legem decalogi esse ius diuinum, & cę. Nunc pro dominio, veluti cum dicimꝰ aliquem habere ius in possessionē, vel in agrum. De hac posteriore acceptione nihil ad præsens.

Iuris diuisio.

Ius primo modo acceptum, generale nomen est, cuius species sunt, ius naturale, & gentium, ius diuinum, ius ciuile. Iuris naturalis & gentium sunt, quæ sunt constituta ratiõe naturali, habente locũ inter omnes homines, & iccirco hæc nõ recipiunt mutationem ex variatione temporum, locorũ, aut ciuitatum. Ius ciuile, quod vnaquaq; ciuitas vel prouincia sibi constituit, quatenus congruit qualitati temporis, loci, ciuitatis, quod & proinde mutabile est secundum variam conditionem temporum & locorum. Paulus iurisconsultus de acquirendo rerum dominio. Quarudam rerũ, inqt, dominia acquirimus iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræque seruatur. Quarundam vero rerum dominia acquirimus iure ciuili, id est, iure proprio ciuitati nostrę. Et quia antiquum est ius gentium cum ipso humano genere proditum, opus est vt de hoc prius referamus.

Ius ciuile.

Quarũdã rerũ dominia acquirimus iure gentiũ, quarũ dã uero iure ciuili,

Omnia igitur animalia, quæ in terra, in mari, cœloq; capiũtur, id est, ferę bestiæ, volucres, pisces capientium fiunt, quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur. Necq; interest quoad feras bestias & volucres, vtrum in suo fundo quisq; capiat, an in alieno. Plane qui in alienum fundum ingreditur venandi, aucupandiue gratia, potest a domino, si is pręuiderit, iure prohiberi ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperimus, eousq; nostrum esse intelligitur, donec nostra custodia coercetur, cum vero euaserit custodiam nostram, & in naturalem libertatem se receperit, nostrum esse desinit, & rursus occupantis fit, nisi tales sint bestiæ, quæ factæ sint mansuetę, quæ & mitti sic & reuerti solent.

Apium quoq;, vt inquit Caius iurisconsultus, fera natura est, ideoq; si in arbore nostra consederint, non magis nr̃ę esse intelliguntur, q̃ volucres, quę in arbore nostra nidum fecerint. Itaq; si alius eas concluserit, illius erunt. Pauonum

num & columbarum, & ceruorum, fęra natura est. Necq; refert quod ex consuetudine auolare, & reuolare solent. Nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam.

In his autem animalibus, quę ex consuetudine ire & redire solent, talis regula comprobata est, vt eousq; nostra esse intelligantur, donec reuertendi consuetudinem non deseruerint. Gallinarum autem & anserum non est fera natura, & ideo si turbati adeo longe auolauerint, vt nesciamus vbi sint, nihilominus tamen in nostro dominio conseruantur, quamobrem & de causa furti tenebitur, qui quid eorum lucrandi animo apprehenderit. Item quę ab hostibus capiuntur iure gentium fiunt capientium, adeo etiam, vt liberi homines in nostram seruitutem deducantur, qui tamen si euaserint potestatem hostium, recipiũt pristinam libertatem. Item quod per alluuium paulatim agro nostro flumen adiecerit, iure gẽtium acquiritur nobis. Res vero quæ in tempestate maris leuandę nauis causa eiiciuntur, ipsius domini permanent, quia non eo animo eiiciuntur, quo quis eas habere non velit, sed quo magis periculum maris effugiat. Quamobrem si quas eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit. Sic oues & porci, & pecora a lupis erepta, non eripiẽtis fiunt, sed in dominio manent eius, a quo sunt erepta. Hæ quoq; res, quæ traditione nostrę fiunt, iure gentium nobis acquirũtur. Nihil enim est tam conueniens naturali æquitati, q̃ voluntatem domini volentis rem suam transferri in alium, ratam haberi, siue per se rem tradat, siue per alium, veluti procuratorẽ, & ideo quę ex donatione, vel consensu & contractu contrahentium, vt ex venditione vel emptione acquirimus, iure gentium nostra fiunt. Hæc & id genus alia multa habes. ff. de acquiren do re. dominio. Iure ciuili rerum dominium acquirimꝰ, possessione, vsucapiõe. Vsucapio est acquisitio vel adiectio dominij per continuationem possessionis, secundum tempus lege definitum. Vsurpatio autem est interruptio vsucapionis. ff. de vsucapionibus. Vsucapio sic generaliter definita, & præscriptio non differunt. Alijs autem modis multa perduntur, & acquiruntur rerum dominia iure ciuili, veluti ex delic

Per alluuionem aliquid nostrum fit.

Consensu, contractu, donatione dominiũ rerum acquirimus iure gentiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuris ciuilis diuisio in legem scriptã, & in consuetudinem, quæ est ius non scriptum.

ex delicto, videlicet, cum in pœnam peccati quis bonis suis priuatur, & secundum leges ciuitatis mulctatur hac vel illa pœna, quæ sane leges per loca & ciuitates variantur.

Huius autem ciuilis iuris species duę sunt, ius videlicet scriptum, veluti constitutiones imperiales, sanctionesque canonicę. Ius non scriptum, & hoc est, quod hic vocatur consuetudo, quæ secundum eam significationem, de qua nunc loquimur, est ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur. Vnde sequitur, quod sicut leges humanæ, secũdum regiones diuersas & tempora variantur, Ita & consuetudines. Et sicut iniqua est humana lex, quę constituta est cõtra ius naturale aut diuinum, Ita & iniqua est consuetudo contra ius naturale aut diuinum custodita. Proinde volentibus leges positiuas & diuinas intelligere, an rectę sint ac æquę, oportet in præceptis naturalis iuris & diuini nõ deuiare. Vnde non recte docuisse videtur Scotus in .4. & .15.q.3.

Error Scoti de furibus non occidendis.

tradens quod nulla lex positiua constituens hominem pro vllo crimine occidendum, iusta est, nisi in illis casibus statuat, in quibus deus hominem occidi iussit, veluti pro criminibus blasphemiæ, homicidij, & aliorum criminum secundum scripturam sacram morte puniendorum. Nam deus absolute præhibuit, Non occides: Et ideo lex positiua non potest, inquit, esse iusta, disponens, quod nudus fur, qui non est inuasor, occidatur. Ex quo cõsequitur q̃ cõsuetudo patrię, secundum quã fures suspenduntur pro simplici furto, esset tanq̃ iniqua, & contra ius diuinum abolenda. Addit pœna occisionis pro adulterio, quæ in veteri lege statuta erat a deo, reuocata est a Christo, iuxta illud Ioan. 8. ad mulierem in adulterio deprehensam. Nemo te condẽnauit mulier, neq; ego te condemnabo. Verum hanc sententiam Scoti esse a veritate deuiã hinc patet, quod iudicialia veteris legis desierunt habere vim obligandi per Christi euangelium. Præceptum autem decalogi, Non occides, interpretandum est secundum ipsum ius diuinum, quo dicitur. Insontem & iustum non occides. Maleficos autem non patieris viuere. Volentibus igitur scire, an consuetudo aliqua sit iusta vel iniusta, in primis oportet obseruare, ne actus in quibus talis cõsuetudo versatur, sit natura

naturali aut diuino iure illiciti seu prohibiti. Paganos, infideles, & Iudęos in regnis Christianorum commorantes, si crimina commiserint in Christianos, morte aut supplicio digna, licitum est iudici Christiano occidere, punire, aut coercere vinculis, carceribus, & verberibus, secundum constitutiones, & leges decernentes, tales sic iudicandos esse & condemnandos. Hic iam si dixeris, Pagani, Iudęi, infideles, cum foris sint, non obligantur constitutionibus canonicis, aut legibus, aut sententijs iudicum Christianorũ, iuxta Pauli Apostoli sententiam, Quid mihi de his, quæ foris sunt iudicare. Respondeo antecedens falsum esse, neq; leges, aut consuetudines, quibus puniuntur Iudæorum crimina obuiant sententiæ Pauli. Loquitur nempe Apostolus de iudicio ad pœnam spiritualem, quæ solet per ecclesiasticum iudicem imponi, qualis est pœna excommunicationis, aut separationis a communione, & a perceptione sacramentorum, & a communione fidelium. Tales enim infideles, cum sint foris, amplius foras eijci non possunt. Vnde adiecit ibidem Apostolus, Eos qui foris sunt deus iudicabit. Tandem concludens, Auferte malum a vobismetipsis. Insuper & leges canonicæ non ligant eos, qui foris sunt, si contra eos agant canones obseruandos a Christianis, de sacramentis ecclesiasticis, & ritibus colendi Christum. Super his non iudicat de illis ecclesia. Ipsi enim illis constitutionibus canonicis, de obseruationibus huiuscemodi, veluti ieiuniorum, & festorum, & sacramentorum percipiendorum, non ligantur, & ideo canones irritantes matrimonium Christianorum propter gradus consanguinitatis aut affinitatis prohibitos, solo iure canonico non irritant matrimonia infidelium, paganorum, & Iudæorum, nisi & ipsi huiuscemodi canones, vel loco canonum, consuetudines pro legibus susceperint. Quo fit, vt coniuges infideles, qui sic contra canones contraxerunt conuersi ad fidem, permittuntur in matrimonijs contractis permanere, nisi & lege diuina aut consuetudine recepta apud illos matrimonia huiuscemodi censeantur etiam apud eos irrita.

Pagani, infideles, & Iudæi, an ligẽtur legib⁹ et cõsuetudinibus Christianorum.

Canones irritãtes matrimoniũ Christianorũ nõ irritãt matrimoniũ paganorum.

Cæterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

De consuetudinibus quibus recipiũtur temporalia pro ministerijs sacramentorum aut missis.

Cęterum multę & variæ sunt consuetudines in ecclesia sticis ministerijs de recipiendis temporalibus emolumẽtis, & stipendijs pro sacramentorum, ac spiritualium rerum ministerijs, vbi si cõsuetudo est ad actus diuino iure prohibitos iniqua est. Si vero ad actus licitos, nõ est consuetudo iniqua, q̃q̃ interdum contingat opus vere licitum, secundum consuetudinem, esse illicitum propter intentionem operãtis, nõ recte intelligentis iustitiam & æquitatem consuetudinis. Quemadmodum mihi non est licitum propter sustentationẽ vitæ, aut propter pecuniam celebrare missas, aut euangelizare propter pecuniã verbum dei, aut propter pecuniam exequias pro defunctis facere, aut sacramenta, vel beneficia ecclesiastica dispensare. Ita neq; mihi licitum est dare pecuniam vel sustẽrationem corporalem, alteri tanq̃ pretium, vel mercedem celebrationis, prędicationis, vel exequiarum, vel ministerij sacramentorum. Huiuscemodi enim opera solum sunt instituta ad effectum spiritualem obtinendum, neq; possunt alium habere finem. Ideo illa facere propter pecuniam, tanq̃ propter pretium, vel mercedem est iniuriam deo facere. Proinde iniquæ sunt omnes consuetudines pro legibus susceptę sic interpretatę, tanq̃ pro huiuscemodi spiritualib⁹ ministerijs sit pecunia quasi pretium aut merces, vel danda, vel recipienda. Quemadmodum autem licitum est ministro ecclesię huiuscemodi ministerijs spiritualibus occupato accipere pecuniam temporaliaq; emolumenta, tanq̃ stipendium vitę, id est, tanq̃ cibum & vestitum, aliaq; ipsi necessaria. Ita & iustæ, ac æquæ sunt consuetudines, quibus consuetum est, quod populus det temporalia quædam emolumenta ministris ecclesię, tum enim emolumenta illa sunt tanq̃ debita quædam vitę taxata per consuetudinem in stipendium vitę.

Propter pecuniam prædicare, uel missas celebrare.

Iure enim naturali, & diuino plebs obligatur suum pastorem alere, quemadmodum docet Christus Matthæi. 10. et Lucæ. 10. & Paulus primæ ad Corin. 9. Atq; ita hę consuetudines consonæ sunt doctrinę Christi & Apostolorum, Christus enim de huiuscemodi ministerijs agens. Dignus est, inquit, operarius mercede sua. Et vt intelligeremus hanc mercedem esse accipiendam, tanq̃ cibum & alimentum vitę nõ tanq̃

Iure naturali et diuino plebs obligatur pastori ad stipendium uitæ.

tanquam pretium & mercedem, propter quam verbi dei prædicator possit licite euangelizare. Apud Matthæum egimus. Dignus est operarius cibo suo. Item Paulus primę ad Corin. 9. cum de euangelizantibus verbum dei ageret, dicit. Quis militet suis stipendijs vnq̃, non hoc intelligit de stipendijs, quæ sunt tanq̃ pretia & mercedes pro euangelij prædicatione accipienda, quẽadmodum is qui fodit in corporali vinea accipit stipẽdium, tanq̃ pretium operarum, Alioqui Paulus dixisset contra seipsum docentem prędicandũ esse ad lucrifaciendũ fratres Christo domino, & cõtra doctrinam Christi docentis, Gratis accepistis, gratis date. Intelligit ergo Paulus hoc de stipendijs sustentationis vitæ, id est, de cibo & vestitu, alijsq; necessarijs, quamobrem & postea subdit. Dominus ordinauit his qui euãgelium annunciant de euangelio viuere. Vnde aduertere oportet aliud esse stipendium vitæ, aliud stipendium operarum. Stipendiũ vitæ, neq; accipitur neq; datur ex pacto aut ex conuentione, vt pretium pro laboribus seu operis impensis, sed mendicis vel amicis, aut alijs gratis datur, his præcipue, qui sunt de republica bene meriti, qui videlicet pro republica militarunt intuitu non temporalis mercedis, sed salutis & communis boni ipsius. Stips, a quo stipẽdiũ appellatur apud antiquos non solum erat merces militibus merçenarijs retribuenda intuitu mercedis laborantibus, sed erat etiam pecunia vel mẽdicis gratis eroganda, vel in çrariũ seponenda ad dispensandum his, qui ingenue, liberaliter, & gratis pro salute reipub. essent militaturi, etiam se morti exponentes.

Aliud accipere aliquid tanq̃ stipendium uitæ, Aliud accipere illud tanq̃ stipendium operis & laboribus.

Verum & hic sciendum, quod in huiuscemodi spiritualibus ministerijs, aliud est sacerdotem ministrare sacramenta pro mercede vel pecunia, Aliud vero est illũ locare operas suas pro mercede. Operas vel labores dico, non quę sunt vel in ipsi⁹ missæ celebratiõe, vel in actu baptizãdi aut euangelium prædicandi & cæ. Huiuscemodi enim actiones sunt partes sacramentorum, neq; in se sunt actiones vtiles nisi ratione solius spiritualis effectus annexi, qui non potest vllo pretio çstimari aut vendi, sed operas & labores dico actiones antecedẽtes, comitantes, & dependentes,

tes, ad quas ipse personam suã potest pro mercede obligare, veluti sunt, in loco residere, & ad ecclesiam ire, & suam præsentiam toties exhibere, neq; sese absentem præstare. Vnde obligatio, qua sese ex libero seruum ad hęc faciẽdum facit, est pretio æstimabilis. Ipsi insuper labores & operę pretio sũt æstimabiles. Ideo ad hęc præstanda potest operas & actiones suas locare pro mercede. Porro aliud est sese ciuiliter, p mercede obligare ad sacramenta toto die dispensanda, vel ad verbũ dei prædicandum singulis diebus in septimana tota, aliud est tota die sacramenta pro mercede ministrare, aut tota septimana prædicare pro mercede. Nam in priori sensu potest quis tota die sacramenta gratis ministrare & prędicare, p salute animarum. In posteriori autem nõ potest gratis facere dum pro mercede facit. Ex quibus consequens, quod etiam in his spiritualibus ministerijs licitũ est hęc sẽporalia emolumenta dare & accipere non solum vt stipendium vitæ, sed etiam vt pretium & mercedem operarum, & laborũ locatorũ ex cõuentione & pacto ad certũ, aut diurnũ, aut annuũ denariũ. Atq; ita ex his omnibus ẽ manifestum, licitas esse cõsuetudines, quibus in ministerijs ecclesiasticis gratis & liberaliter exhibendis solẽt sacerdotes operas suas & labores locare, & vendere consueuerunt. Vnde ex dispositione iuris diuini populus veteris legis duplici fine obligabat sacerdotibus & leuiticis dare decimas, vno quidem modo pro sustentatione vitę ipsorum, quemadmodum pauperi damus eleemosynam gratis ad sustentatiõem vitę eius, sic dicit deus ad populum Israhel, Omnem decimam inferte in horreum meum, vt sit cibus in domo mea. Secundo populus obligabat decimas & oblationes dare tanq; pretia, & stipendia ministerijs, operis, ac laboribus sacerdotum debita, & ad illũ sensum dicit deus filijs leui, Dedi omnem decimam pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Vnde generale concilium in cap. Ad Apostolicã de Simonia sic habet, Super mortuorum exequijs ac benedictionibus nubentiũ similibusq; spiritualibus rebus, exactiones fieri p̃hibemus, pias aũt cõsuetudines obseruari præcipimus, statuentes, vt libere conferantur ecclesiastica sacramenta, sed

Quã licet uẽdere uel locare opas p mercede ad ministrandũ spiritualia

ta, sed per episcopum loci veritate cognita compescũtur laici, qui malitiose nituntur immutare laudabilem consuetudinẽ, quæ pia deuotione erga ecclesiam fuit introducta. Vnde dicunt canonistæ si exactio precedens dedit causam consuetudini tunc non valet consuetudo qua datur aut recipitur aliquid pro spirituali, & secundum intellectum hunc intelligit textus in ca. cum in ecclesia de Simonia. Si vero exactio precedens non dedit causã consuetudini sed liberalitas, & deuotio populi, tum valet consuetudo. Demum ex superioribus est manifestum quod ministros ecclesię accipere alimoniam vitę ab his quibus euangelizãt spiritualiaq; ministrãt non sit mendicitatis, sed potestatis, & debitæ mercedis propter ordinationẽ Christi ordinãtis, vt q euãgeliũ annũciant, potestatẽ, & ius habeãt viuẽdi de euãgelio, veruntñ nõ ideo debẽt ecclesię ministri euãgelizare, vt vl' mãducẽt, vl' habeãt victũ & vestitũ huic vitę necessariũ, sed ideo debẽt mãducare, vt valeãt euãgelizare. Nã si ꝓpterea euãgelizãt, vt mãducẽt vilius hñt euãgeliũ q̃ cibũ. Licitũ qdẽ ẽ, vt qui euãgeliũ annũciãt de euãgelio viuãt .i. de euãgelio habeãt vitę suę alimoniã, sed tñ nõ ꝓpter huiuscemodi alimoniã, neq; propter tẽporalia huic vitæ necessaria, licitum est euangelizare, aut ministrare spiritualia. Consuetudo autem exigendi aliquod temporale a recipiendis in possessionem prębendę vel beneficij ecclesiastici, an sit licita, an illicita contra ius diuinum, dispũtãt doctores in ca. Iacobꝰ de Simonia. Mihi videt ex fructibus prębendæ recipiendis aliquid exigere aut dare in fauorem diuini cultus, non esse illicitũ. Deinde exigere aut dare temporale, pro hoc vt nouiter receptus acquirat ius ad vitam suam vtendi communibus bonis per collegium canonicorum ordinatis pro ornamentis, cappis. Postremum neq; illicitum videtur exigere aliquid reponendum in ęrariũ publicum, vt particeps efficiatur eorũ, quæ in ærario illo reseruantur pro defensione iurium. Exigere autem vel dare aliquid temporale pro ipsa admissione nuda ad possessionẽ, vel ad ministerium spirituale & ecclesiasticum, & ita indirecte impedire receptionem fructuum prorsus videtur Simoniacum. Neq; valet consuetudo recipiendi tpalia hoc pacto.

Ministros ecclesiæ accipere tẽporalia, nõ ẽ mendicitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deinde consuetudinem habere vim legis irritantis aut approbantis, liquidum est. Nam interdum propter solam patriæ consuetudinẽ contractus nuptialis, qui secundum certũ cõsanguinitatis aut affinitatis gradũ iure diuino non prohibitum in vno loco est licitus, in alio loco est incestus, consuetudine contractum illum nuptialem irritante. Item occupatio bonorum a filio post mortem patris, quę in vno loco ẽ vera successio, est in alio loco furtiua, & illicita vsurpatio, obstante loci consuetudine. In vno loco filius primogenitus iure cõsuetudinis, totum occupat patrimonium. In alio autem loco, patrimonium æqualiter inter filios est diuidendum.

Sola cõsuetudo patriæ irritãs contra Ecum, aut dominii trãslationẽ nasci facit actũ aliquẽ esse incestũ aut furtum qui alioqui esset licitus.

In huiusce modi ergo rebus, si quis adeo est contẽtiosus, vt contra consuetudinem suę patrię, clãdestine surripiat a fratre ea, quę sibi secundum consuetudinem alterius patriæ debita essent, nemo est qui dubitat, quin ille peccauerit furti crimine. Patet itaq; consuetudinem habere vim legis, de hoc sic loquitur Augustinus. 15. de ciuit. dei, cap. 16. Si iniquum est auiditate possidendi, transgredi limitem agrorum, q̃to iniquius est libidine concũbendi subuertere limitem morum, hoc est, consuetudinem. Vnde consuetudo potest personas alioqui habiles ad contrahendũ facere inhabiles, & impedire ne vllum vinculum matrimonij ex cõtractu oriatur, vt patet in filijs duorum compatrum, per quorum neutrum deuentũ est ad cognationem spiritualem. Atq; ita vbi cõsuetudo pro lege suscepta est, vt non contraheretur in quinto consanguinitatis gradu, non tenet matrimonium, sic contra consuetudinem loci contractum. Iam si roges, an valeat consuetudo contrahendi matrimonium contra canones, vtpote si consuetũ sit contrahere in gradibus cõsanguinitatis & affinitatis prohibitis, non lege diuina, sed sola lege canonica. Et videtur valere consuetudo, nam vt ex superioribus patet, cõsuetudo vincit legem. Respondeo consuetudinem illam non valere, nisi papa tacite vel expresse, consuetudinẽ approbante. Neq; enim ad abrogandam legem papalem pro spiritualibus rebus q̃ditam, præsertim irritantem contractum, sufficit consensus populi, quamuis sufficiat consensus totius populi contra leges sęcularis potestatis, præsertim vbi po-

vbi potestas sæcularis a populo est instituta. Deinde & populus ius condendi leges cõtra leges imperiales habet ab ipso imperatore. l. Oẽs populi. ff. de iustitia & iure, & ideo possunt introducere consuetudinem contra leges sæculares, non sic contra ius canonicum institutum a potestate spirituali, quę nõ potest in laicos cadere. Et hinc iam patẽt rationes iustitiæ & æquitatis in iuribus, & cõsuetudinibus multiplicabilib⁹ in singulis prouincijs aut regnis, aut ciuitatibus contra dispositionem imperialium legum.

Reliquum est iam considerare qua ratione consuetudo habeat vim legis, & quonam pacto consuetudo legem vincat. Nã ex hoc quod quis annis multis facit vel dat aliquid alteri liberaliter, veluti recipiens illum annis singulis in hospitium, vel vadens ad molendinum illius, vel ex eo q̃d parochiani liberaliter dant pastori parocho octauam partẽ frumẽti, aut bladi, cum solũ teneantur decimam, aut vndecimã dare, non introducitur obligatio. Videtur igitur quod consuetudo certis diebus ieiunandi aut celebrandi festum quoduis introducta ex sola deuotione populi sine intentiõe sese obligandi nõ habeat vim legis obligãtis. Pro his igit̃ intelligendis considerandа sunt aliqua. Primum sciendum est q̃d cõsuetudinẽ habere vim legis, indicat descriptio cõsuetudinis, quę secũdum eã significationẽ, de qua nũc loqmur, ẽius quoddã moribus institutũ, quod ꝑ lege suscipit̃, rationẽ autem quare habeat vim legis assignauit imperator. Consuetudo iudicio & cõsensu populi pro lege inquit suscepta, vim habet legis. Nam cum ipsę leges nulla alia ex causa nos teneant, q̃ quod iudicio populi pro legibus susceptæ sunt, merito & ea quæ sine vllo scripto populus probauit, ab omnib⁹ tenenda sunt. Neq; enim interest an suffragio seu consensu populus suam voluntatem declaret, an rebus ipsis & factis. Et ideo leges non solo consensu legislatoris, sed etiam tacito cõsensu totius populi per dissuetudinem abrogantur, quamobrem & consuetudo est optima legum interpres. Habes hæc omnia. ff. de legibus, & senatusconsultis.

Consuetudo curbabet vim legis.

Secundo hic sciendum est, quod multitudo, in qua consuetudo introducitur, duplicis potest esse conditionis. Aut enim

Gemina multitudo

enim libera est multitudo, quę potest sibi legem facere, & tūc totius multitudinis consensus, quem consuetudo manifestat ad aliquid obseruandum plus valet, ꝙ autoritas principis, q non habet autoritatē condendi legē, nisi in ꝙtum gerit perso nam multitudinis. In tali enim multitudine superior potestas pendet ex consensu & electione solius multitudinis, in qua licet non singulæ personæ possunt legem condere, vtiꝫ tamē tota et vniuersa multitudo, quę intelligit esse maior & grauior pars populi, vtens tali consuetudine, siquidem & illa, si contineat duas partes populi, supra tertiam habet cōsensum habilem ad faciendum legem scriptam. Vnde pueri, stulti, & mulieres non computantur in numero. Si uero multitudo non habeat potestatem liberam sibi legem condendi, vl legem a superiore positam remouendi, tum consuetudo populi obtinet vim legis, in ꝙtum ipsa toleratur per principē, aut per alios ad quos pertinet multitudini legem imponere. Ex hoc enim quod scienter tolerant, videntur approbare quod consuetudo faciendum indicat. Vide super his Thomā pri. secundę. q. 96. articulo tertio. Tertio ad intelligēdum quo nam pacto consuetudo vincit legem, consideranda est sententia iurisconsulti. Consuetudo, inquit, & ratio quæ consuetudinem suasit seruanda est, quæ si sit generalis, quā princeps scit & tolerat, legem tollit. Consuetudo vero specialis, non adeo est valida, vt legem generaliter, aut rationem legis generaliter vincat, Codice, Quę sit longa cōsuetudo, lege. 2. Quod si oppositū legis seu cōsuetudo cōtra legē esset talē, particulari loco vel ciuitati magis vtilis ꝙ lex ipsa, iā consuetudo illa particularis particulariter legem vinceret, vendicaretq; sibi ius in loco illo, ꝙuis & hoc non sit proprie vincere legem. Nam si proposita fuisset legislatori vtilitas illa particularis, feciſſet exceptionem a sua lege ꝙtum ad locum illum. Atq; ita consuetudo potest abrogare legem humanam, & etiam positiuum ecclesiæ præceptum, vtpote præceptum de certis diebus festiuitatis, aut ieiuniorum celebrandis, nisi talia fuerint, quæ videntur quasi esse diuini iuris, & originem habere ex ordinatione Apostolorum, quales sunt dies dominici & festiuitates maiores alijs, dies paschę, ascēsionis, pētecostes & id genus festiuitatis cęterę, quarū celebrationes sūt antiqſſi

Cōsuetudo duplex generalis & ſpecialis.

mæ

mę iā ide ab Apłorum tpibus ꝓ vniuersā ecclesiā obsetuatę.

Quarto & hic sciendum est quod non semper mutanda est lex humana, quando aliquid in se magis bonum occurrit, habet enim ipsa mutatio legis iam in consuetudinē versæ in se detrimentū quoddam salutis communis, in quantū lex noua contra legem consuetam instituta iam sua nouitate turbat populum & ad grauiora magis, vel ad minus cōgrua saluti, videtur obligare, & ideo lex humana in tantum recte mutatur in quantum per eius mutationem communi vtilitati prouidetur, ita quod ex altera parte tantum recompensetur communi bono reipublicæ, quantum ex mutatione legis vtilitati eiusdem reipublicæ detrahitur, veluti cum videtur quod ex noua lege statuenda tandem sit emersura magna euidēsq; vtilitas aut necessitas, lex autem consueta parum admodum vtilitatis videtur habere aut esse incipit dispendiosa multis. Et ideo in rebus nouis cōstituēdis euidens, vt inquit iuriscōsultus, debet esse vtilitas vt recedatur ab eo iure, quod diu visum est ęquum esse. Quinto considerandum est, quod lex humana bifariam est mutabilis, aut videlicet propter imperfectionem legis, aut propter mutationem communitatis cui lex imponitur. Imperfectio humanæ legis cōtingit quod primum legū inuentores intendentes inuenire aliquid reipublicę vtile, non valentes omnia ex seipsis cōsidere, instituerunt quędam statuta imperfecta, in multis deficientia, quę successores longis experimentis gubernandi rempublicam magis facti oculati mutauerūt, instituentes talia quæ in paucioribꝰ possēt deficere a communi vtilitate. Propter mutationē itē cōmunitatis plerūq; lex est mutāda quatenus cōmunitati aliter atq; aliter dispositę aliæ atq; cōgruunt leges, quemadmodū supra patuit, & in sequentibꝰ latius erit manifestū. veluti coīs populus si sit bñ morigeratus, coīs ꝙ vtilitatis diligētissimus custos, vtilis ē ei lex statuēs facultatē eligēdi magistratū esse apud coīem populū. Quod si paulatī populꝰ iste pratis moribꝰ assuescat, habēsq; uenale suffragiū, cōmittat magistratū ꝓ quē resp. ē gubernāda sceleratis, atq; flagitiosis hoibꝰ recte tollitur populo talis potestas, & sublata lege illa recte cōstituit noua, qua potestas eligēdi magistratū ad paucorum hominum bonorum redeat arbitriū, quemadmodum declarat Aug. in pri. lib. de libero arbitrio.

Sentētia iuriſconſulti notabilis.

Lex humana bifariam.

ſte, &

Quibus rationibus cõsuetudo nunc legẽ, nunc uero lex cõsuetudinẽ uincat.

Sexto ex his ad intelligendum, quibus rationibus nũc lex vincat consuetudinem, nunc autem consuetudo legem, operę pretium est considerare, quod consuetudo plerumq; ex consideratione vnius æquitatis & rationis est vtilis, lex autem illi cõtratia ex alia cõsideratiõe, alioque respectu etiam videtur vtilis, atq; ita fit vt plerumq; contrariæ videantur positiuæ leges duę, quarum vtraq; suo respectu est vtilis, quibus fit, vt interdum consuetudo vincat & abroget legem cõtrariam, interdũ uero lex vincat, & tollat contrariã cõsuetudinem, quod vtiliter & cum lucro vtilitatis reipublicæ fit, si habeatur consideratio ad vtilitatẽ præponderandam loco, tẽpori, & cõditioni reipublicę magis congruentẽ. Vñ cõsequẽs est consuetudinem contra legem posse esse sine peccato introductam, veluti cum homines non seruantes legem incęperunt primitus pręter legem agere in casibus, quibus lex eos non obligat propterea, quod deficiebat ratio propter quã lex erat instituta, quę si mãsisset, vtiq; lex consuetudinẽ vincere potius, ac tollere debuit, nisi forte propter hoc solum lex fuerit facta inutilis, quia nõ est cõsuetudini patrię congrua, quæ erat vna de cõditionibus legis, difficulter enim, & nõ sine detrimento reipublicæ est consuetudinem multitudinis remouere per accessum nouę legis, quæ plęrumq; sua nouitate plus turbat, plusq; dispendij & boni in repub. adfert. Vbi ergo sacrosancti canones per non vsum in dissuetudinẽ abierunt, successores possunt existimare, quod prędecessores ex iusta ratione illos non seruauerint. Verum donemus consuetudinem contra legem & canonem non esse introductam ex iusta causa, sed ex illicitis actibus, non tamen inde sequitẽ, consuetudinem illam non potuisse legem abrogare. Nam q̃uis lex in se magis esset vtilis reipub. nondum habenti contrariam consuetudinem, non tamen est magis vtilis reipub. assuetę in contraria consuetudine. Atq; ita lex, quæ plærumq; in se magis foret ecclesię expediens, fit inutilis ecclesiæ, aut reip. sic dispositæ, hadenti videlicet consuetudinẽ illi legi prorsus dissonam. Tum enim lex, q̃tumlibet in se sit vtilis, sic tamen contra consuetudinem constituta, aut constituenda, sicuti iam diximus, sua nouitate plus turbans, plusq; detri-

Ex illicitis actib⁹ frequenter reiteratis fit consuetudo

detrimenti, q̃ vtilitatis sua promulgatione adferens, non videtur esse rationabilis, & idcirco non rationabiliter potest moderator reipublicæ illam populo imponere. Ex his itaq; liquidum est consideranti, propter quid interdum iustę leges, sanctiõesq; canonicæ ratiõabiliter olim institutę, sint sublatæ seu abrogatę per non vsum, aut per leges seu consuetudines aliter disponentes. Olim apud Lacedęmonios, sicuti recitat Aug. in primo lib. de libero arbitrio iuxta legem & consuetudinem, potestas eligendi magistratum erat apud populum, quę sane lex bõna erat populo sic disposito, id est, bene morigerato, verum postmodũ populo deprauato, reducta est potestas eligendi magistratum ad paucorum hominũ suffragium. Ad planius aũt intelligendum vires legum & consuetudinum, quibus homines assequũtur facultatem seu ius eligẽdi superiorẽ potestatẽ siue sęcularẽ, siue ecclesiasticã.

De legibus & consuetudinib⁹, quib⁹ hoẽs assequuti sunt uel assequuntur ius eligẽdi superiorem potestatẽ, siue ecclesiasticam siue sęcularem.

Considerandum est .7. quod consuetudo seu lex in regno aliquo libero. i. nõ subiecto superiori potestati decernens regẽ ac principẽ p electionẽ esse constituendũ, in se magis est vtilis, magisq; est naturalis, q̃ lex vel consuetudo, secundũ quã rex aut princeps constituitur ex iure successionis. Verum quia contingit magnum esse periculum in suffragijs hominum eligentium, quibus plęrumq; non est pro salute reipu. cura, Ideo lex vel consuetudo disponens principis aut regis constitutionem fieri iure successionis potest esse reipub. sic dispositę magis vtilis. Constitutiones enim & consuetudines super huiusçemodi rebus, sunt partes iuris ciuilis, quod variabile est secundum conditionem temporum, locorum, & communitatum. Vnde & in communitate, quę non est subiecta superiori potestati, Ius seu facultas eligẽdi regẽ aut sęcularem principem, naturali quadam æquitate spectat ad totam communitatem illam cui ille est præficiendus, sed ad vitandum confusionem & turbationẽ in electione expedit plærumq; potestatem hanc electiuam residere apud paucorum hominum arbitrium, in quibus sit totius communitatis consensus. Insuper ex naturali communis iuris æquitate, potestas designandi, eligendi, seu instituendi ecclesiasticũ prælatum, pertinet ad eum, cui ecclesia seu communitas subiecta est

Consideratio .7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecta est. Cum igitur omnis ecclesia ex iure diuino subiecta sit papæ, a quo et omnis ecclesiastica potestas in alio deriuat. sequitur institutionem hominis in ecclesiasticam potestatē ad papam pertinere. Et quia negotium hoc super vniuersum orbem Christianum in omnibus singularibus & particularibus ecclesijs est supra vires papæ, rationi congruum ē vt ipse hāc potestatem eligendi et constituendi deleget & cōmittat prout æquitas & ratio suggerente charitate diuini spiritus iudicabit. Et quia in vnaquaq; dioceſi episcopi officiū est curam salutis gerere super vniuersum gregem suę dioceſis, congruum est vt ipse episcopus sub papa habeat potestatem eligendi & instituendi pastores in ecclesijs singulis suæ dioceſis. Sic apostolus Paulus iussit Timotheo episcopo vt constitueret per loca, & ciuitates, presbyteros, qui gregem Christi pascerent. Verum quicquid iurisdictionis hac in re episcopus facit, hoc facit, tanq; ex commissione papę, a quo tota potestas iurisdictionis in episcopo pendet et deriuatur. Sic potestas eligendi decanum, qui præficiatur collegio canonicorū residet apud ipsū collegiū subiectū tn̄ iurisdictioni papæ, & ideo facultas hæc eligendi ita est in collegio vt tamen papa possit eidem collegio præficere decanum absque canonicorum electione, prout sibi visum fuerit eidem collegio expedire. Pari forma dicendum est de potestate eligendi episcopum, qui ex constitutione papæ residet apud collegiū canonicorū ecclesię cathedralis, in quo & cosensus est papę. Sic & in alijs naturali æquitati cōgruit, vt ius eligendi prælatum ecclesiasticum pertineat ad eos, quibus eligendus ille est præficiendus. Et quia hoc secūdum conditionem temporum, & locorum papæ visum fuit naturali æquitati cōgruere pro vtilitate ecclesiæ canones edidit hoc statuentes, quorum finis est, vt eligatur idoneus, id est, talis qui sit vtilis ecclesię Christi, Verum quia plerumq; hi, quibus præficiendus est prælatus sunt magna ex parte, aut deprauati aut non recti iudicij, aut tam multi numero, vt non facile in vnum valeant conuenire, iccirco est constitutio illa, quæ primum ex vna æquitate visa est rationabilis esse & vtilis ecclesiæ, non debet haberi tanquam sit im-

Potestas eligendi prælatū est apud collegium

mutabilis, & inuariabilis. Quibus sit vt constitutiones huiuscemodi & consuetudines decernentes facultatem eligendi præpositum aut præsulem seu superiorem potestatē pertinere ad aliquem, vel aliquos sint positiui iuris & non iuris naturalis aut diuini, neq; iuris gētium quod manet inuariabile semper & immutabile in omni loco & gente. Et hinc iā ortę sunt in potestate electiua, actuum distinctiones, videlicet presentationis, nominationis, electionis, institutionis & confirmationis, sed omnia sub papali sunt potestate, quamobrem & ipsius est nominatum, aut electum confirmare, aut si videatur ecclesię inutilis neq; confirmare, neq; consecrare. Et hinc insuper consideranda est ecclesiasticarum iurisdictionum ordo, atq; distinctio. Quædam est iurisdictio ordinaria, & hæc est gemina, quædam prima & plenaria, qualis est in solo papa iure diuino. Alia ordinaria sub papa, qualis est in patriarchis, primatibus, archiepiscopis, & episcopis Quædam vero est iurisdictio legati, quędam est delegati. Verum omnis iurisdictiōis species est sub potestate papæ ab illaque quoddamodo pendet, sed diuersimode. Nā potestas iurisdictionis ecclesiasticę ordinarię, qualis est in episcopis per electiōem canonicorum ecclesię cathedralis, nō solummodo a papa deriuatur, sed & pendet ab ipso, sed non perinde atq; effectus naturalis pendet a sua causa assidue cōseruante. Alioqui papa mortuo periret in episcopis & archiepiscopis omnis ecclesiastica iurisdictio, quod falsum est, sed est sicut effectus particularis a causa voluntaria auferribilis, in se tamen manens donec ipsam habens ea priuetur a superiore potestate, et ideo potestas hęc est reuocabilis ex plenitudine papalis potestatis, prout ratio suggerit ęquitatis. Aliud vero esse videtur de potestate iurisdictionis in legato delegato, aut subdelegato, qui videtur perire per mortem papę, quia mortuo mandatore expirat mandatum, nisi ex huiuscemodi iurisdictione causa aliqua particularis fuerit per citationem aut litis contestationem inchoata. Potestas vero iurisdictionis papalis, quæ fundatur Mat. 16. & Ioannis vltimo per legitimā electionē factā a collegio cardinaliū in certā personā determinata nō sic pēdet ab ipsis cardinalib⁹ eligētibus, neq; sic ē ex ptāte ecclesię aut cardinaliū eligentiū reuocabilis,

Potestas iurisdictionis papæ non est a cardinalibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia potestatem hanc non accipit papa a collegio cardinaliũ, neque ab ecclesia, sed a domino deo. Neq; enim papa in potestate iurisdictionis subiectus est ipsi collegio cardinalium, perinde atq; prælatus quisq; ecclesiasticus subiectus est papæ, sed econtrario collegium cardinalium, simul & ipsum concilium subiectum est papæ. Atq; ita ipse papa dum eligitur, neq; ab ecclesia, neq; a concilio vllam accepit potestatem.

Papa nõ accipit a cardinalibus papalem potestatem.

Proinde & canones, quibus significari videtur a cõctlijs vel patribus esse constitutum, vt solus papa habeat autoritatem congregandi concilia, & autoritatem a qua non liceat appellare, & ad quam omnibus de toto mundo appellare sit licitũ, & potestatem illam nulli subiectam esse, a nemine iudicandam, omnibus potestatibus superiorem, sunt interpretandi, quod concilia & patres declarauerunt papam talem habere potestatem a Christo, non quod ab ipsis canonicis legibus, aut concilijs potestatem iurisdictionis ampliorem acceperit, q̃ Christus dederit. Cæterum iam de potestate eligendi papam disseramus, an videlicet facultas hæc eligendi sit in aliquo, vel in aliquibus ex dispositione iuris naturalis & diuini, an potius ex consuetudine, vel constitutione legis humanæ. Considerandum est octauo, naturalis iuris esse quod is qui collegio alicui vel communitati est præficiendus ad illam dirigendam & gubernandam, non inuitum aut coactum, sed spontaneum habeat & voluntarium illius communitatis consensum, nisi vel potestas quę dominium habet cõmunitatis illius, aliter ordinauerit, vel communitas illa ius suum eligendi ex causa rationabili in alium vel alios transtulerint. Neq; enim æquum esset & rationi congruum, quod aliquis detur eis inuitis, episcopus aut prælatus. Cum ergo papa eligendus, sit præficiendus clero Romano, apud quẽ in spiritualibus dirigendis residet ipsius populi consensus, consequens est potestatem eligendi Romanę ecclesiæ episcopum, ex iure quodam seu æquitate naturali, pertinere ad Romanum clerum, vel ad illum aut illos, in quem vel in quos hoc ius Romani transtulerint. Si ergo quispiam roget, vbi ordinauerit Christus, quod Romani haberent ius eligendi summum pontificem. Respondeo.

Potestas eligẽdi papã in clero Romano ex naturali iure

Hoc

Hoc ordinauit quando præfecit Petrum pontificem, & pastorem vniuersalis ecclesiæ, dans ei potestatem eligendi sibi cathedram in vrbe Roma, vt ipse esset episcopus omnibus credẽtibus, ordinaretq; presbyteros & episcopos. Neq; rationi congruebat facultatem hanc eligendi pertinere ad totum clerum totius ecclesię per vniuersum orbem, eo quod difficile esset sede vacante totum clerum ad eligendum pontificem conuenire & propter turbatiões & pericula non conuenit potestatem hanc electiuam sitam esse non in tanta multitudine, sed in suffragijs paucorum, quibus cura est de cõmuni ecclesię bono. Atq; sic Romanus clerus potestatem hanc eligendi habet ex æquitate iuris naturalis & ex consensu vero vel interpretatiuo totius cleri. Et quia in spiritualibus negotijs dirigendis consensus populi est in clero, consequens est hanc potestatem electiuam ex æquitate quadam naturalis iuris pertinere ad Romanum clerum.

Atq; ita cardinales habent ius illud eligendi ex speciali priuilegio, & consensu Romani cleri.

Sic ergo nunc sede papali vacante, potestas eligendi papam, pertinet ad collegium cardinalium Romanæ ecclesię, & id quidem non ex dispositione diuini iuris sic disponentis & præcipientis, sed ex consensu Romani cleri constitutione summi pontificis approbata & sacrosancti concilij autoritate & longa consuetudine, quę indicat consensum totius ecclesiæ consentientis, vt collegium illud habeat hanc eligendi potestatem, atq; ita potestas eligendi papam, residet in collegio cardinalium, propterea quod in illo residet consensus totius ecclesię canonicis institutiõibus sic disponentibus, quibus & totus clerus cum populo habet obedire atq; consentire in illas, nimirum æditas a papa, qui vna cum sacro concilio cõstituere potest modum eligendi futurum successorem, suadẽte id æquitate naturali & vrgente magna vtilitate ecclesiæ, cui ad vitandum in electione confusionem & turbationem, expediebat facultatem hanc eligẽdi in paucorum hominum arbitrio atq; suffragijs cõstitutam esse. Vide sup hoc canonẽ In noĩe domini. 23. dist. & decretalẽ, Licet vitãda, de elect. et in Clemẽt. Ne Romani de elect. Q̃q; aũt papa posset vna cum cõ

Cardinales possũt potestate eligendi priuari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ēt concilio hanc eligēdi potestatē a cardinalibus tollere, & il lam transferre ad vniuersalis ecclesię concilių, aut ad totius ecclesię Romanæ clerum, non videtur tamen concilių (mortuo papa) posse potestatem illā ad nutū & absq; causa, cardinalibus inuitis adimere, concilių nēpe ē inferius papa, a q̄ collegium cardinalium accepit potestatē illam eligēdi. Inferior aūt nō potest, neq; legem superioris tollere, neq; auferre potestatem a superiore acceptam, nisi ex electione cardinaliū esset turbatio boni coīs, & toti° ordinis vniuersalis ecclesię, q̄ casu cōcilium vniuersale posset priuare Cardinales potestate eligendi, aut saltem eos cogere vt cedant, atq; renuncient illi potestati papam eligendi. Vnde & constitutio papę dans cardinalibus hanc potestatem eligendi ciuiliter est interpretanda, vt intelligatur ędita nō in destructionem, sed in ecclesiæ ędificatiōem, quemadmodū & alię eiusdē papę cōstitutiōes.

Et hinc iam ortę sunt super huiuscemodi electionibus diuersi canones, diuersęq; secūdū tpa variaq; loca cōsuetudies, quibus papę & totius cleri cōsensus ad eligendū ecclesię papam, nunc in multis, nūc in paucioribus, nunc etiam in vno, fuerat constitutus. Nam aliquando electiones pontificū Romanorum factę sunt a Romano clero simul & populo, vt patet ex decretis quibusdam recitatis. 63. distin. Aliquando etiam seculares principes, vt imperator & alij eligebant Romanum pontificem .63. dist. Adrianus, vbi ex ecclesiastica historia recitatur, quod Adrianus illius nominis papa primo cum vniuersa synodo. 153. episcoporum, religiosorum & abbatum tradiderit Carolo Magno ius seu potestatem eligē di pontificem & ordinandi Apostolicam sedem, & quod dignitatem quoq; patritiatus ei concesserit, & insuper quod archiepiscopos & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffinierit, vt nisi a rege laudaretur & inuestiretur episcop° a nemine consecraretur. Insuper & diffinit, vt quicumq; contra hoc decretum ageret, anathemate innodatus esset, & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit, & hoc ipsum priuilegium in personam Ottonis primi Theutonici regis, Leo papa etiam confirmat, vt patet eadē distinctione. 63. ca. In synodo. Verum huiuscemodi priuilegia fuerūt reuocabilia ad papę nutum. Neq; enim potuit Adrianus

Carolus Magnus imperator, quonā-dacto habuit potestatē eligēdi papā.

nus papa cum concilio sui temporis legem imponere suo successori & concilio sequenti. Vnde & huiuscemodi priuilegia solum durauerunt vsq; ad tempora Adriani secundi, quo tēpore talia priuilegia remissa fuerunt ipso Adriano electo & intronizato spretis oratoribus Ludouici iperatoris, ne traheret in exemplum, vt in futura electione summi pontificis expectari deberēt legati imperatoris. Ipse quoq; Ludouicus illi priuilegio renunciauit .63. distinctione. Ego Ludouic°, et abinde in antea demum elegerant, & hodie soli eligunt cardinales sanctæ Romanæ ecclesię .23. dist. ca. In nomine domini. Ex his manifestum est quod in huiuscemodi potestate eligendi quamuis valeat consuetudo consentiente, & approbante Romano pontifice, nequaq; tamen valet consuetudo aut præscriptio contra illius voluntatem aut consensū. Papa cuius non possit ex potestate papali eligere sibi successorem, potest tamen & plærumq; tenetur de futuro successore deliberare, & pium suū animum intimare & constituere modos & leges eligendi successorem, quibus rationabiliter constitutis tenetur ecclesia sede vacāte obedire, quia ecclesia tota considerata absq; papa ex iure diuino subiecta est papę, teneturq; obedire illi etiam iam mortuo, adhuc tamen viuenti in legibus & constitutionibus suis. Et ideo vacante sede papali ecclesia volens procedere ad eligendum papam, obligat in electionem sese conformare legibus papalibus, canonicisq; institutionibus, quas ipse papa voluit perpetuas esse, perpetuas dico, non in prędudicium potestatis sui successoris, quia par in par non habet imperium, sed perpetuas pro suo & successorum suorum sęculis, quoad cassentur aut reuocentur eadem, qua conditæ sunt potestate, salua semper equitate naturalis iuris, cōtra qd nulla lex positiua vim potest habere obligādi. Atq; ita sequit potestatē eligēdi papā ad illos ptinere, qs papa dū viueret eū suo cōcilio designauit. Postq; vero successor in papā electus fuerit iā ipse electus potest vnare eū suo cōcilio potestatē illā eligēdi pōtificē mutare ac trāsferre in alios. Atq; ita ppter mutationē tpm ac variationē reip. potest nouos modos eligendi successorem constituere. Papa iam moriturus posset eligere & nominare successorē, si in id ad sic nominandū seu eligendum esset ecclesię consensus.

Mortuo papa non extinguūtur cōstitutiones eius, quas uoluit esse perpetuas.

Petrus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrus si nunc viueret, quis nō consentiret, vt nobis spiritu suo Apostolica sede vacante pontificem dignum papatu designaret, quemadmodum & ipse Petrus Clementem legitur ordinasse successorem, quamuis & hic pontifex sic designato solum ius acquirit in pontificatu sede vacante. Vnde aliud est de sui successoris electione cū fratribus deliberare. Aliud est ex testamento tanq̄ suę dignitatis heredem sibi quęrere. Legimus in historijs, quod ipse Petrus constituit sibi Clementē successorē. Clemēs spū sancto puidēs exēplū esse ecclesię pnitiosū, papatui renūciauit, & electus fuit Linus, quo mortuo assūmptus est Cletus, quos sibi beatus Petrus, tanq̄ coadiutores adsciuit, nō tamen potestatem papalem eis tradidit, sed successori suo Clæmenti, qui sedem Apostolicam, & potestatem pontificalem tradente sibi beato Petro habere, p meruit, vt dicitur in capitulo. Si Petrus .8. quæstione prima, & sic ipse Clemēs secundum rationem aliquam fuit pōtifex secundus, secūdum aliam vero rationem pontifex quartus.

Papa an posset eligere successorem.

Ex his arbitror esse liquidum non valere consuetudines, aut præscriptionem in præiudicium papalis potestatis, quæ cum sit de iure diuino, neq̄ tolli, neq̄ restringi, neq̄ diminui potest. Amplius ad sciendum an statuta, & mandata a papa hęretico sint valida & talia quibus populus Christianus & episcopi teneantur obedire, & an papa hæreticus factus ex iure diuino perdat potestatem.

Consideratio .9. Considerandum est nono manifestum esse ex dispositione canonum positiui iuris omnem hęreticum esse excommunicatum & priautum iurisdictione spirituali, sed an hæreticus sit ipso facto ex iure diuino excommunicatus & omni iurisdictione ecclesiastica priuatus inter doctores quæstio ē.

Probabilior forsitā videbit sētētia, qua dicit oēm hęreticū a iure diuino esse excoicatū, id est, separatū a coīone fidelium secundum actus legitimos inter Christianos videlicet a cōmunione sacramentorum, et ab instructione fidei & morum, sed ex iure diuino nō esse excommunicatū, seu separatum a communione fidelium in actibus, qui communes sunt fidelibus & infidelibus, videlicet in edendo, bibendo, emēdo, aut vendendo, nempe ab huiuscemodi actibus separantur homines

nes solum a communione fidelium ex dispositione canonū, & humani iuris, neq̄ ex iure diuino tenemur secundum huiuscemodi actus communes vitare vllos criminosos etiam hæreticos, nisi ratione finis videlicet ad cautelam nostram, vel pro vtilitate, aut necessitate salutis eorum aut reipublicę.

Verū quidem est excommunicatos per ecclesiam, esse ex iure diuino habendos tanq̄ ethnicos & publicanos, sed & hoc nihilomin⁹ verum est, q̄ & si ethnicis & publicanis infidelibus communicare non possumus, neq̄ in sacramentis dispensandis eisdem aut recipiēdis ab (illis excepta suscepti ōe baptismatis in necessitatis articulo, quod tum etiam liceret a pagano suscipere) neq̄ in doctrina fidei aut morum ab illis accipienda. Vtiq̄ tamen possumus comedere & bibere cū illis, sicuti patet ex doctrina Apostoli .pri. ad Corin. quinto. Et item septimo, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hęc consentit habitare cum illo non dimittat illam, & cæt.

Matthæi.18.

Apostolus aūt pri. ad Corin. 5. ponens discrimē inter infidelē, seu paganum, & fratrem criminosum, loquitur non specialiter de hęretico, sed generaliter de omni criminoso per cē suram ecclesiasticam, auferendo a societate ecclesiæ, quæ potest etiam huiuscemodi actus communes prohibere non prohibitos diuino iure, quemadmodum indicat doctrina Pauli ibidem loquentis de cibo sumendo cum infideli, sed non cū criminoso fratre, quem ibidem iuxta venerabilis Augustini interpretationem vult per censuram ecclesiasticam ab ecclesię sociarę ita separare, vt nec communem cibū cū illo sumamus. Ergo si ex iure diuino non prohibemur cū paganis & infidelibus cōmunem escam sumere, vtpote comedere ac bibere, videt sequi, nos ex constitutiōe iuris diuini nō prohiberi cū hæreticis edere & bibere, quod & manifestū videtur multis sanctorum exemplis, q̄ cōmunicauerunt Iuliano imperatori apostatæ in cibo & potu, ac etiā in militaribus actibus, vt patet ex doctrina Aug. in decreto. 11. q. 3. ca. Imperatores. Qd aūt dicit Pau. ad Tit. 3. Hæreticū post vnā aut alterā admonitionē deuita, quod & Ioan. inquit euangelista, Si qs venit ad vos, & hāc doctrinā nō adfert, nolite recipere eum in domū, nec aue ei dixeritis, intelligitur talem nō esse re

Apostolus discrimē ponit inter infidelem & fratrem criminosum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se recipiendum, necp pro pelato, cui obediamus in sacramentorum communione, necp pro magistro ad doctrinam illius audiendam, necp pro membro ecclesiæ ad communicandum illi spiritualia. Hi etenim sunt actus, in quibus etiam non possumus iugum ducere cum infidelibus & paganis, de quo .2. ad Corin. 6. Prelati autē male vitę, non propter hanc moxsunt priuati iurisdictione ecclesiastica. Ideocp & prælatos sic criminosos audire possumus, tenemurcp obedire illis, donec iudicialiter conuicti contumaces deponantur, iuxta illud, Quæ dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere. In causa ergo fidei si malus est episcopus aut prelatus, vtpote hęreticus manifestus, iam sua potestate iurisdictionis est priuatus, etiam ex dispositione diuini iuris, quamobrem & notorie hæretico amplius obedire non tenemur. Si vero fuerit hęreticus nō notorius, sed de hæresi suspectus aut diffamatus, non licet mihi ex dubia suspicione recedere ab illius obedientia ante sententię declarationem. Papa hęreticus, si nō ex iure diuino est excommunicatus & priuatus sua iurisdictione papali, sed maneat papa, videtur non posse excommunicari, seu separari ab ecclesia, quia hæc est inferior papa, nec a constitutionibus suorum prædecessorum excommunicantibus hęreticos omnes, quia illis constitutionibus non ligatur successor papæ, eo quod par in par non habet imperium. Secundum hanc ergo opinionem omnis hęreticus cuiuscumcp status & potestatis, etiam si papalis fuerit, est ex iure diuino excommunicatus, & priuatus iurisdictione. Verum quēadmodum mali etiam hęretici sunt plerumcp causa pacis ecclesię tolerandi, ita & papa hæreticus, propter multitudinē quam habet sibi sociam, interdum est tolerandus pro pace ecclesiæ, quæ alioqui absep omni fructu ecclesię turbaretur. Necp vlla lex humana prohibere potest, ne communicemus hæreticis in illis casibus, in quibus si seruaretur, redundaret in dispendium populi Christiani, dummodo in hæresim maloscp mores eorum non consentiamus.

Discrimen inter prælatos hæreticos & prælatos malæ vitæ.

Iam si roges, vbi nam scriptum sit hoc ius diuinum, omnem prelatum hęreticum esse iure diuino priuatum sua iurisdictione & dignitate. Respondetur. Secundum hanc

Obiectio.

Solutio.

hanc sententiam Paulus Apostolus hoc expressit ad Gala. 1. Si quis vobis euangelizauerit prętercp quod accepistis, anathema sit. Deinde ius diuinum expressam ponit differentiā inter prelatos hæreticos, & prelatos aliter criminosos. Christus vult, vt omnes obediamus prelatis, etiam his qui malæ vitæ sūt, vt & ea faciamus, quę docent. Hęreticis autē vult, vt in spiritualibus non obediamus, necp in domū recipiam⁹, necp audiamus doctrinam ipsorum, sicuti iam patuit. Vnde Paulus, Quæ conuentio Christi ad Belial, quæ pars fidelis cum infideli, quis cōsensus templi dei cū idolis? 2. ad Cor. 6. Huiusceмodi scripturæ, & id genus multæ alię sunt, ex quibus videt cōsequi, quod infidelis, siue sit paganus, siue hęretic⁹, ex iure diuino nō debeat pręesse Christianis in spiritualibus, quia in his quę sunt propria religiōi Christianę, nulla potest esse cōmunio, nullus cōsensus hæretici cū Christiano. Secus in tpalibus negotijs & causis. In illis nēpe nō est cōtra legē diuinā Christianos obedire hęreticis aut aliis infidelib⁹ præsidētib⁹, qa iuxta Pau. sententiā, oportet seruū obedire dño, etiā ethnico, sicuti Christiāi in reb⁹ militarib⁹ obediebāt impatoribus infidelib⁹, atcp apostatæ Iuliano. Verū hic nō est silentio prętereundū, qp papa ex plenitudie potestatis sup vniuersos Christianos principes, potest hæreticos reges ac principes ꝓpter crimē hęresis priuare suis regnis, atcp imperijs, & in tpalibus prorsus eximere plebē Christianā ab obedięntia & subiectiōe eorū. Sed hic instabit forsitā qspiā. Si hęresis nuda priuat prelatū sua iurisdictiōe ex diuino iure, tū si papa esset occult⁹ hęretic⁹, ordinatiōes, ꝓmotiōes, et cōsecratiōes illius, nullius essent roboris, atcp ita nullus prelat⁹ p ipm fact⁹, ver⁹ esset prelat⁹, cōfunderet cp tot⁹ eccl'asticus ordo. Respondet. Papa si esset hæreticus occultus, cuius ea quę sunt iurisdictiōis exercere nō posset, atcp ita irritæ essent bñficiorū et dignitatū collatiōes, cēsurę ac leges ab ipso post hęresi emanātes, vtcp tñ posset facere ea, quę sūt ordinis, seruās eccl'æ formā, necp in vllo casu, vllus ordo ad salutē ecclesiæ necessari⁹ cōfunderet, nēpe spūs sanct⁹ eccl'æ pręsidēs dirigeret illā in necessarijs, etiā etsi qspiā Iudæ⁹ aut pagan⁹ nō baptizat⁹, necp vnū corde vero Christian⁹ eligeret i papā.

Quod iure diuino omnis hæreticus ē excōmunicatus.

Papa potest Christianum principē temporalē propter crimen hæresis priuare temporali suo dominio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obiectio.

Hic iam si dixeris, Paulus Apostolus dicit hæreticũ post vnam aut alteram admonitionem deuita, Non videtur ergo omnis hæreticus ex iure diuino excomunicatus esse & vitandus, nisi bis monitus pertinax manserit.

Solutio.

Respondeo Apostolus, vt inquit diuus Thomas, loquitur de hęretico, qui ignoranter est hęreticus nondũ sciẽter separans sese ab ecclesia, qui si admonitus pertinax manserit iam subuersus est, inquit Apostolus, & peccat cum sit a semetipso dãnatus. i. in semetipso, vt ingt Hieron, sententiã fert suo arbitrio de ecclesia recedens. hęc Hieron. Apostolus vero si loquat̃ de hęretico ex malicia, iam monitiones illę præcedunt non ad ferendam excommunicationis sententiã, qua separetur ab ecclesia, sed ad declarãdam eius pertinaciã, qua fuit pręcisus ex semetipso separãs se a doctrina ecclesię. Vnde glossa. 24. quæst. prima, capite primo. Si scirem, ingt, prælatum meum esse hęreticum, quia nouam fingit hęresim, nec tamen prædicaret, si me excommunicaret, celebrarem in occulto sed non in aperto. Ex supradicta opiniõe consequit, quod papa si primũ fuerit occultus hæreticus pertinax ad vnum diem vel ad tempus modicum, deinde de hęresi resipiscens mox pœniteat, seipsum debeat depositum reputare, & renunciare papatui, quia debet intelligere se iure diuino fuisse priuatum, in quo casu & episcopus ipse renunciare deberet dignitati episcopali, de quibus vide in cap. Cum pridẽ de renunciatione. Hactenꝰ de opinione illa. Aliorum vero est opinio dicentium papam hæreticum non esse ex iure diuino excommunicatũ et priuatum papatu, sed priuãdum, ac deponendum esse, aut per vniuersalis ecclesiæ cõcilium, aut per clerum Romonum, seu collegium cardinalium. Vnde textũ Apostoli dicentis, Si quis vobis euangelizauerit preterꝙ quod accepistis, anathema sit, interpretatur Ambrosiꝰ, non tanꝙ hæreticus sit per ipsum crimen hęresis anathema, sed talem Apostolus præcepit, inquit, anathematizari. Secũdum hanc sententiam concilium est supra papam notorie hęreticum, vel de hæresi suspectum & diffamatum, qui & proinde potest de hæresi accusari, iudicari, & cõdemnari, ac deponi autoritate vniuersalis ecclesię. Rationabiliter aũt præ-

Papa an interdum debeat cedere papatui.

sumi-

sumitur suspectus de hæresi, quando ipse adeo notorie & incorrigibiliter scandalizat ecclesiam, vt vita eius sit ecclesiæ tanquam exemplum & doctrina hæresis seu fidei a Christo prorsus alienę. Status enim papalis non eximit papam a legibus diuini aut naturalis iuris, & ideo ipse non solum si efficiatur hęreticus, sed etiam notorie criminosus, praua vitæ suę conuersatione scandalizans vniuersam ecclesiam, inficiens paulatim & turbans per vniuersum orbem ecclesię mẽbra, admonendus est tanꝙ de hęresi suspectus.

Proinde concilium generale, cꝙuis necꝙ potest, necꝙ debet plenitudinem papalis potestatis a Christo commissam Petro & successoribus eius tollere aut diminuere, sed de illa gratias agere deo, qui potestatem talem dedit hominibus. Potest tamen pro ędificatione ecclesię vsum illius potestatis limitare certis legibus & statutis, quibus ipse papa debet acquiescere, nimirum subiectus ęquitati naturalis & diuini iuris. Item ecclesia cꝙ diu tenetur papã habere pro indubitato papa, debet ipsum vt vicarium Christi, custodem suum et pastorem nominare, & ipsum, iuxta Pauli Apostoli doctrinam, velut seniorem non increpare, sed obsecrare vt patrem, & honorare vt dominum, teneturꝙ non reuelare turpitudinem patris, necꝙ conuitijs, aut detractationibus dehonestare, nihilominus tamen huiuscemodi vicarius ecclesię sponsus, si fuerit frigidus, maleficiatus, & adulter, adeocꝙ sit ad generationem filiorum spiritualium inhabilis, vt nihil sibi sit curæ de sponsa sua ecclesia, potius generans filios spurios satanæ, iam existimari potest de hæresi suspectus, atqꝙ ita rationibiliter ecclesia potest incipere dubitare, an persona illa sit indubitatus papa, sicuti rationabiliter tum dubitare potest, an sit pertinax hęreticus. Vnde aliud est de crimine in papa transitorio, etiam cꝙtumuis graui, propter quod, excepta hæresi, ecclesia papam iam resipiscentem, aut paratum in posterum resipiscere, non potest iudicare, aut condemnare, aut deponere. Aliud vero est de crimine notorio permanente, quod papa verbo vel assiduę conuersationis exemplo defendit, tanꝙ nullũ esset crimen, aut tanꝙ nullum esset futurum dei iudicium, aut tanꝙ deus non esset criminum vltor. Nam tũ eccle-

Papa quando sit suspectus de hæresi.

Crimen notorium aliud transiens, aliud permanens.

sia ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſſa rationabiliter poteſt papam habere ſuſpectũ de hæreſi nõ propter peccatum, aut crimẽ quod in ſe commiſſum hęreſis non eſt, ſed propter obſtinationem, et doctrinam cõtra fidẽ, quã ſua cõuerſatiõe docere, nutrire, atq; defẽdere videt, quia par eſt a fide exorbitare, aut facere verbo ſeu notorie conuerſationis exemplo alios a fide deficere. Et ideo tempore ſacrilegi ſchiſmatis in Cõſtantienſi concilio cũ nõ erat vll⁹ cert⁹ et indubitatus papa, qui iurauerat, & vouerat renunciare papatui propter ſanctam eccleſiæ vnionem, quia monitus implere iuramenta non curauit, ſed ſpreuit, & diu in ſua ſtetit obſtinatione ab eodem concilio Conſtantienſi, & prius in Piſano concilio, pro hæretico eſt damnatus. Et ex his diligenter conſideratis perſpicuum eſſe poteſt quonam modo concilium vniuerſalis eccleſiæ eſt ſupra papam, & econtrario papa ſupra conciliũ. Sed hic emergit quæſtio, Qua videlicet rõe poteſtas papalis facta p electionẽ cardinaliũ in aliqua perſona ſit magis a deo ac diuini iuris, q̃ poteſtas imperialis facta p electores impij. Nã poteſtas papalis, q̃is fuerit in Petro ex donatiõe Chriſti, In ſucceſſoribus tñ Petri videt eſſe ab electione humana, Ex quo forſitan conſequens videretur poteſtatem papalẽ non magis eſſe diuini iuris, q̃ imperialem, aut aliam ſæcularem poteſtatem. Ad planius ergo intelligendum, q̃ diuerſimodæ ſint huiuſcemodi poteſtates a deo, & an in huiuſcemodi poteſtates valeat conſuetudo, aut pręſcriptio, Conſiderandum eſt decimo, quod nec; ſæcularis poteſtas, vt regalis, vel imperialis, nec; poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis eſt a deo humanum genus inſtituente, nempe ſub innocentiæ ſtatu non fuiſſet opus vllis legibus, aut a malo coercentibus, aut ad bonum inducentibus, ſed poteſtas ſæcularis primitus eſt a deo docente per lumen rõnis internæ poſt lapſũ oportere eſſe in cõmunitate poteſtatẽ ſuperiorẽ, vl' ad comprimendũ aut vindicandũ audaciam, aut ſuperbiam hominum pertinacium, vel ad conſulendũ miſeriæ ſeu imprudẽtiæ humanæ. Huius enim poteſtatis aſſecutio nunc illicite ſit, & per vſurpationẽ ſicuti in quatuor monarchijs, ſeu imperijs ſibi ſuccedẽtibus. Poteſtas regalis, ſeu imperialis fuit primit⁹ p violentiam vſurpata. Pri-

Diuerſo modo a deo poteſtas imperialis, & papalis.

Poteſtas impialis in quatuor monarchijs illicite uſurpata.

Primus Aſſyriorũ imperator Nemroth oppreſſor fuit hominum, vt Gen. 6. Robuſtus venator corã dño. Secundæ Monarchiæ imperium, Medorum videlicet & Perſarum primum ſibi per violentiam vſurpauerunt, Darius & Syrus interfecto Balthaſare rege Babyloniorũ, Danielis quinto.

Aſſyriorum imperator.

Medorum.

Græcorum.

Tertiæ Monarchiæ imperiũ, quod fuit Græcorum primum, per violentiã vſurpauit Alexander Macedo, pri. Machab. primo, vbi legitur Alexander Philippi rex Macedo, qui primus regnauit in Græcia, poſtq; percuſſit Darium regem Perſarum & Medorum, cõſtituit prelia multa, & obtinuit omniũ munitiões, et interfecit reges terrę et c̃.

Romanorum.

Quartę Monarchię imperium, quod eſt Romanorũ, partim per violentiam, partim per ſæcularem prudẽtiam vſurpare cęperunt Romani vſq; in Iulium Auguſtum primum Cęſarẽ, vt patet ex diuerſis hiſtorijs. Ex quibus liquidũ eſt quatuor Monarcharũ imperia primũ fuiſſe per violentiã occupata, & non fuiſſe acquiſita, nec; iure electionis legitimæ, nec; iure ſucceſſionis hęreditarię. Vnde & in Danielis viſione quatuor hæc regna oſtenduntur ſub ſimilitudine nõ hominum, ſed beſtiarum propterea quod quãtum ad primã ſui originẽ initium habuerint nõ deo per lumen rationis docente, ſed libidine impetuq; ſenſualitatis ſtimulante. Quod ſi in aliq̃ horũ regnorum quatuor fuerit rex legitim⁹, oportet quod hoc fuerit ex conſenſu populi expreſſe vel interpretatiue conſentientis in regem ipſum. Solum autem regnum Iſrahel regem habuit legitimum populo petente & deo primum illis regem Saul dante, primæ regum decimo. Cui propter inobedientiam reprobato dedit eis deus regem Dauid, cui ex diuina ordinatione ſucceſſerunt filij eius, primæ Regum decimoſexto. Iam autem Chriſtiani imperatores, & reges legitimi ſua regna, & imperia cõſequuntur tam iure ſucceſſiõis hęreditariæ, quam iure approbationis, & conſenſionis humanæ, deo etiam ſic docente per lumen rationis internæ, & ordinante, quemadmodum imperator in principio collationis primæ. Magna, inquit, a deo dona collocata ſunt ſacerdotium, & imperium, Sacerdotium, vt diuinis, imperium, vt humanis pręeſſet.

Imperia primũ fuerunt p violentiam uſurpata.

Decimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consideratio. 98.

Decimo considerandum, quod huiuscemodi potestates cum nullam habeant inter sese oppositionem & repugnantiam possunt eidem personę conuenire. Sicuti Moyses tam in spiritualibus, q̄m in temporalibus præsidens populo Israhel .40. annis simul officia spiritualis & sęcularis iurisdictiōis exercuit offerēs sacrificia dño, cōsecransq̄ Aarō, & filios eius in sacerdotes, iudicans populum Israhel in temporalibus nunc per se, nunc per .70. viros substitutos, de quib⁹ dicitur numeri vndecimo. Vnde & propheta Moysen sacerdotē appellans, Moyses & Aaron, inquit, in sacerdotibus eius. Item Deutero. 17. patet quod ad sacerdotem pertinebat iudicare non solum inter lepram & lepram, inter irregularitates & peccata, sed inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam, sic & Samuel simul in temporalibus, & spiritualibus prælatus extitit, vt patet ex primo libro regū.

Ducatus temporalis filiorum Israhel reduct⁹ ad tribum sacerdotalem.

Demum Machabæorum sęculis reductum est regnum, seu ducatus Israhel ad sacerdotium, nempe tum ijdem erant duces in temporalibus, & in spiritualibus sacerdotes, vt patet primo Machabęorum secundo de Mathatia, & filijs videlicet Iuda Machabęorum Ionatha, Simone, & Ioanne Simonis filio, Sic & ante annos 1200. a tempore Cōstantini, vt patet. 96. distin. ca. Constantinus in ecclesia Christiana. Apud episcopos multos fuit vtraq̄ potestas super totam suā diocesim. Et ideo dux sæcularis assumptus seu electus episcop⁹, non tenetur patrimonium sæcularis potestatis resignare q̄m uis iam factus episcopus non possit sese officijs temporalis suæ iurisdictionis implicare. Hic iā si roges, Si episcopus ex donatione vel electione, vel alio quouis modo potest in temporalibus esse dux aut comes, Cur non papa potest ex electione vel donatiōe fieri imperator, ita vt gladi⁹ vterq̄ sit apud papam, vel si dux aut comes potest eligi episcopus, ita vt nō teneatur resignare ducatum sæcularem, Cur non potest imperator eligi papa, vt non teneatur cedere imperiali potestati, Respondeo, quia non potest clericō esse commissa vniuersalis temporalium rerum administratio, hæc nempe distraheret prorsus ipsum ab administratione spiritualiū, & ideo papa non debet habere temporalium rerum, aut negotio

gotiorum & causarum prophanarum administrationem, nisi quatenus famulantur diuinis vt sustentetur Christianus cultus. Imperium autem sæculare papam prorsus impediret ab administratione spiritualium rerum ecclesiæ debita.

Vnde hic duo sunt consideranda. Primum enim ex superioribus sciendum est contra ius diuinum esse, episcopū aut pontificem in spiritualibus rebus ecclesię prælatum sese immergere negotijs secularibus, relicta pastorali cura secundum quam debet inuigilare pro salute animarum & pro lucro fidei, & charitatis ecclesię, quam Christus acquisiuit sāguine suo, quemadmodum, inquit Paulus, secūdę ad Timo. secundo. Labora sicut bonus miles Iesu Christi. Nemo militans deo implicat sese negotijs secularib⁹, vt placeat ei cui se probat. Signanter ait, Implicat sese, nam aliud est se implicare negotijs sæcularibus. Aliud ex necessitate pietatis in proximum ad tempus negotijs sęcularibus intendere, ecupari, aut implicari. Implicat sese, qui vel ratione dignitatis vltro assumptæ obligat sese ad habendam assiduam curā pro temporalibus causis & negotijs in repub. administrandis, vel sine intuitu conseruandi bonū spirituale ecclesiæ assumit negotia pro temporalibus rebus aut dominijs ampliandis, interim aut negligens, aut non sollicitus de salute spirituali animarum. Implicatur autem dum ex necessitate officij aut charitatis circa temporalia bona ecclesiæ necessaria vel vtilia ad tempus rapitur ita in his pro tempore occupatus, vt interim cor illius non detineatur huius sæculi affectibus aut desiderijs. Sic enim ecclesiarum prælati vtriusq̄ vitę tā actiuę q̄m contēplatiuę officia debent exercere, nūc cū Martha actiōe strēnui, satagētes circa frequens ministeriū nūc cū Magdalena oronib⁹ & alta speculatiōe suspēsi. Vnde Paulus inter cętera, inquit, Oportet episcopum esse hospitalem, domui suæ bene præpositum, doctorem, vt potens sit exhortari & eos qui contradicunt arguere, ad Titum primo.

Iuris diuini est ecclesiæ prælatum se se non implicare sæcularibus negotijs.

Secundo sciendum est quod Christus cum præfecit Petrum vniuersali ecclesię, dans ei iurisdictionem super omnia ecclesiæ membra, non simul ei dedit imperiū temporale sup vniuersam ecclesiam. Nec enim abstulit imperatoribus, aut

Christus non dedit Petro sæculare suæ ecclesiæ, imperium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regibus sua imperia, neq; item voluit, quod omnis potestas regalis perinde atq; ecclesiastica debeat deriuari, & originē sumere ex potestate Petri. Neq; enim Christiani principes, aut reges temporalia regna suaq; imperia tanq; feudū tenēt a papa, sed eatenus papę subijciuntur etiam circa temporalia, quatenus temporalia hęc ad spiritualia, tanq; ad finem sunt ordinanda, & ideo omnis sęcularis potestas eatenus in temporalibus subiecta est papę, quatenus abusio, aut negligentia Christianorum regum circa temporalia nata sunt impedire finem spiritualem, in quem papa habet vniuersalem ecclesiā dirigere. Et ad hunc intellectum in decretis .22. dist. capit .1. dicitur, quod Christus commisit beato Petro iura cœlestis imperij & terreni. Sic in Christo impleta est prophetia, Nō auferetur sceptrum de Iuda, neq; dux de fœmore eius, donec veniat, & cæt. Ex his ergo arbitror manifestum esse, q; potestas imperialis vnius hominis super vniuersum orbem Christianum, non est diuini iuris aut naturalis, neque originē habet immediatam ex ordinatione diuina, quia neq; ratio naturalis dictat, quod vnus debeat sic in temporalibus dominari omnibus, neq; lex diuina præcipit, vt eligatur vnus, qui dominetur omnibus regnis & prouincijs, neq; vspiam in scripturis legimus, quod deus dederit vlli homini imperium in temporalibus super vniuersam ecclesiam, quēadmodum legimus Christum prefecisse Petrum super vniuersam ecclesiam in spiritualibus. Meminit quidem vtriusq; potestatis cum dixit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt dei deo, sed non dixit vlli homini, vt dominaretur vniuerso orbi, quemadmodum dixit Petro generaliter, Pasce oues meas, & quodcumq; ligaueris super terram. Si tamen consensu populi ommium regnorum, & ecclesiarum eligatur vnus imperator, qui sic dominetur in temporalibus, potestas illa imperialis est a deo, non vt præcipiente talem potestatem fieri aut eligi, sed vt docente per lumen rationis interne, concedente & approbante talem potestatem fieri posse ex consensu hominum eligētium sibi pro bono cōmuni & tranquillitate reipublicæ vniuersalem moderatorem. Vnde ab initio poterat apud Romanos incepisse

Potestas imperialis unius hominis super uniuersum orbem non est diuini iuris.

verum & non vsurpatum imperium, veluti si populus ille Romanus pro pace & tranquillitate communi presentis seculi secundum iura & leges quasdam naturæ a conditore impressas voluerit ceteras gentes liberare a tyrannide suorum regum, regna terrena contra consensum populi sibi vsurpantium, atq; inde cœperit bellare tyrannosq; impedientes commune bonum coercere, & ita rempblicam tyrannide pressā habere sibi consentientem, tunc potestas ordinandi de imperio potuit esse ad Romanos deuoluta. Nam si iuris naturæ est hominem vnum, tyrannide latronis pressum liberare, quanto magis est iuris naturæ rempublicam aliquam pressam liberare a tyranno, qui nō reipublicę commune bonum, sed solum suum quærit commodum non habita ratione ad iura, & leges naturæ. Hoc aūt pacto dicentes nos recedimus a sentētia Pauli dicētis, non est potestas nisi a deo. Quę aūt a deo sunt, ordinata sūt, ad Rom .13. Et hinc iam sumēda est ratio cur potestas imperialis super vniuersum orbem Christianum in vno homine non sic sit ex iure diuino, quippe quę originem habet ex voluntate hominum, ex consensu etiā totiº populi reuocabilis, sicuti et iā forsitā iurisdictio imperatoris non sese extēdit super omnia Christianorū regna. Papalis autem potestas ex iure diuino est super omnes Christianos, & nō potest contrariū fieri, quod aliquis habeat potestatē papalē, q non sit hac ipsa potestate prefectº omnibus omniū Christianorū regnis, & imperijs, cuius quod iste vel ille sit papa, mutabile est, nempe ad hoc consensus operatur, tā eligentiū, q eius q eligit, q nō accipit cœlitus donum papalis potestatis, nisi ipse cōsenserit, potestq; papa postq; cōsensit, papatui cedere volūtarius, sed nō potest deponi inuitº, nisi ꝓpter hæresim secūdū sensū superius declaratū. Primus igit impator legitimº a principio habuit imperiū ex cōsensu populi. Petrus aūt primº papa non ex consēsu aut electiōe populi, sed immediate a Christo papalē accipit potestatē. Ex his itaq; primo pspicuū ē qđ etsi iurisdictio sęcularis seu ptās impialis nō sit a papa. Papalis tñ ptās ac iurisdictio super oīa ecclesiæ mēbra est iure diuino seculari potestati seu iurisdictioni imperiali prælata atq; prefecta.

Primus imperator legitimus ex cōsensu populi.

Primus papa ex Christo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atq; ita non est in terra potestas vlla, quæ possit autorita te ordinaria secundum tribunal exterioris fori iudicare ꝑso nam papę, vtiq; tamen debet papa seipsum intus accusare, iu dicare, & vt reum condemnare coram tribunali occulto diui nę iusticiæ. Insuper & secundum tribunal fori exterioris po test papa vices suas delegare seu committere alicui, qui po test iudicare ipsum, sese iudicandum subijcientem illi, qui ex delegata seu ex commissa sibi potestate, potest in ipsum papā iudicium facere, & sententiam condemnationis ferre, nō q̄- dem in omnibus, sed in his solum, quæ potest per seipsum iudicare. Proinde in causis quę vertuntur inter personam papæ, & alium quemq; seu alios, veluti si rapuit, occidit, aut commiserit aliud graue crimen, potest condemnari ad resti tuendum & satisfaciendum parti lesę super eo quod tenetur, quemadmodum & ipse papa in illis potest seipsum iudica re. Verum sicuti non potest seipsum ad mortem condemna re pro crimine, neq; excommunicare, aut ab ecclesia præscin dere atq; suspendere, Ita non potest alteri potestatem hæc fa ciendi committere & delegare. Atq; ita in criminalibus pa pa potest subijcere alteri seipsum iudicandum, non vt occida tur, aut criminaliter puniatur, sed vt restituat, reparet, & sa tisfaciat ei, qui est ab eo iniuriam passus. Sicuti nemo potest seipsum ad mortem condemnare, vel pro crimine excommu nicare. Ita nec alteri potest committere, vt ipsum occidat, aut in ipsum excommunicationis sententiam ferat, quia ex potestate accepta, non potest alteri dare plus, q̄ ipse ex illa po test facere. Contra hæc sunt argumenta.

An papa possit ab ulla potestate, siue ecclesiastica, siue sæculari iudicari.

Primum argumentum. Papa, episcopi, cęteriq; clerici, q̄tum est ex dispositione diuini iuris, non magis sunt im munes, exempti, seu liberi a iurisdictione Cęsaris, q̄ Christ⁹ & Paulus, cæteriq; Apostoli q nō recusarunt tribunal Cęsa ris, quin potius Paulus Apostolus, non ad Petrum tum Ro manum pontificem, sed ad Cæsarem appellauit. Si iuris diuini est, clericum nō posse iudicari aut condemnari a iuris dictione sęculari. Paulus qui non solum verbis, sed & factis docuit, debuisset ad institutionem ecclesię Christianę appel lare, non ad Cæsarem, sed ad Petrum pontificem, tum in vr- be Ro-

Argumenta quæ- uor.

mana residentem, qui etsi per tyrannidem ethnici imperato ris fuerat a iurisdictiōe sua exercenda impeditus. Paulus ta men vt daret formā viuendi posteris, nihil contra ius diuinū agere debuit. Argumentū secundū de reb⁹ ecclesiæ quo probari videtur quod actus spirituales iurisdictionis ecclesia sticę non sint ex iure diuino prohibiti potestati sęculari. Nā eligere papā in quo residet plenitudo ecclesiasticæ potestatis videtur esse actus supra omnia ecclesiasticus, sed eligere pa pam potest laicis competere, & olim interdum cōcessum fuit imperatori Carolo Magno, sicuti ex superioribus patet. Vi- detur igitur quod actus ecclesiastici non sint ex iure diuino phibiti sæculari potestati. Argumentum tertium.

Si pontifex Cæsari tributum soluit. Est ergo subiectus Cæsari, quia tributum est subiectionis iugum. Secūdo, si o mnis aīa debet esse subiecta regi, ergo & anima pontificis.

Quartum argumentum. Imperatores deposue runt papas. Ioannes duodecimus cum esset venator & lubri cus, publice retinens meretrices, depositus est ab Ottone Im peratore. Potestas ergo sæcularis potest iudicare & conde mnare pontificē. Item Pilatus prędens loco Cęsaris habuit potestatem in Christum, ipso Christo docente. Nō haberes in me potestatem vllam nisi tibi datum esset desuper. Prę te rea papa est membrum ecclesiæ & frater noster, potest igitur ipse corripi inter nos & ipsum. Si non audierit, habēdus est tanq; ethnicus, & publicanus. Potest ergo iudicari & conde mnari. Insuper Leo papa quartus subiecit se iudicio im peratoris in criminalibus, & in omnibus quæ discutienda venirent, vt habet canon, Nos si. 2. distinctione quęst. 7. Vi detur ergo quod immunitas papæ a potestate sæculari non sit diuini iuris, alioqui nō posset tolli p consensum humanæ volūtatis. Pro solutiōibus argumentorū, Sciendum quod is, qui ex concessione diuina potestatem habet, potesi ex illa de legare, dare ac cōmittere alijs potestatē iudicādi super eo qđ ipse per seipsum posset iudicare ordinaria potestate, & ideo quamuis persona pontificis nullius iudicio aut imperio sub iecta esse possit inuita, vtiq; tamē potest se alterius potestati propter bonum commune subijcere, quemadmodū & Chri-

stus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtus ad Iudęos loquens, Quis veſtrum, inquit, arguet me de peccato. Et talis fuit ſubmiſſio Chriſti apud Pilatū, & Pauli apud Cæſarem. Chriſtus autem ſoluit tributum Cæſari, non ratione ſubiectionis, ſed ex charitate, vt exigentes non ſcandalizarentur. Poſtremo cuius perſona pontificis, neque pro temporalibus, neq; pro ſpiritualibus iudicari poſſit, niſi pro hęreſi, bona tamen temporalia pontificis poſſunt eſſe Cęſari obligata. Præceptum de correptione fraterna ad corrigiendum fratrem peccantem, obligat quidem vnumquemq;, dummodo ſpes eſt proficiendi, & ideo pontifex, ſuggerente charitate i caſu illo benigne & in ſpiritu māſuetudinis eſſet admonēdus, qui ſi nos occulte corripiētes audire noluerit, etiā adhibitis teſtibus. Iā nō habemus amplius quid faciam⁹, qa nō eſt vlla poteſtas in eccleſia, quę valeat illū iudicare, cōdēnare, & ab eccleſia ſeparare, niſi in caſibus illis, in quibus eccleſia poſſit illū a papatu deponere, veluti eū efficit aut hæreticus, aut cōtumaciter ſuſpectus de hęreſi, tū enim eccleſia ex conceſſione diuini iuris ſuper illū poteſtatē habet iudicandi & deponendi, & ideo tū eccleſia, ſi videret papā docentem hęreſim, vel deuiantem a fide ſecundū veritatē euangelij, deberet illi in facie reſiſtere. Deinde & hic ſciendū, q hoc præceptū, Si peccauerit in te frater tuus, manifeſte loquitur de fratre, qui ſubiectus eſt tribunali eccleſię. Apud papā aūt cū ſit ſupremū eccleſię tribunal, nō poteſt ipſe ſubiect⁹ eſſe vlli tribunali. Deinde & præceptū hoc eſt affirmatiuū obligās ſecūdū eoīs boni rōes & cauſas, quibus ceſſantibus plęrumq; ad obuiandū grauioribus malis alioqui emerſuris, oporteret etiā fratrē contumacē, & nolentē audire eccleſiā ad tēpus tolerare, iuxta doctrinā eiuſdē Chriſti, Nolite eradicare zizania. Patebūt aūt ſolutiōes ſupradictorū argumentorū alibi lati⁹.

Secundo manifeſtū, quod nō ſolū modo Petrus habuit poteſtatem papalē immediate a Chriſto, ſed & cæteri pontifices ſucceſſores illius poteſtatē papalē immediate a Chriſto accipiunt. Collegiū aūt cardinaliū determinat qdē pſonā eligendo illā, ſed nō dat pſonę electę papalē poteſtatē, & ideo papa mortuo papalis iuriſdictio & poteſtas nō tranſit in collegiū cardinaliū. Tertio manifeſtū eſt, q etſi Chriſtiani principes & reges p papā poſſint priuari dominijs tpalibus ꝓpter crimē

crimē hæreſis, obligentęq; pręſtare papę iuramentū fidelitatis, nō tn inde ſequit impia & tpalia dominia eſſe a papa.

Quarto patet, q papa nō poteſt eligi impator, neq; ecōtrario imperator poteſt eligi papa. Nā papa debet eſſe vicarius Chriſti, Chriſt⁹ aūt venit nō vt regnaret tpaliter ſed ſpiritualiter. Regnū meū, ingt, nō ē de hoc mūdo. Chriſtus dū turbas volebat eū regē facere, fugit. Vñ Mat. 20. ad filios Zebedæi, Scitis, ingt, quia principes gētiū dñantur eorū, et q maiores ſunt poteſtatē exercēt i eos, nō aūt ita erit in vobis, ſed qcūq; voluerit prim⁹ eſſe, ſit oīm ſeruus. Oīa ergo terrena regna cōtēpſit Criſtus, & contēnenda docuit. Cū igit papa ſit Chriſti vicari⁹ debet ipſe quēadmodū Chriſt⁹ regnū terrenū cōtēnere, & officia paſtoris agere, ſicut docuerūt Apoſ. vtpote paſcere, obſecrare, nūc cū oī impio arguere eos, q cōtradicūt, increpare in oī patiētia, oīoni, & miniſterio ✠bi dei inſtare, pręeſſe in ſollicitudīe, vt epiſcopi & paſtores pręficiant idonei, vt & reges, ac principes Chriſtiāi in pace et trāquillitate ſint ad miniſtrātes remp. ad lucrū, ad augmentū & cuſtodiā cultus Chriſtiani p vniuerſū orbē. Quinto patet, quēadmodū diſtinctio iuriſdictiōis ſęcularis a iuriſdictiōe ſpirituali nō ē ex humana adinuentione, ſed ex diuino iure & a Chriſto inſtituta. Ita & diſtinctio fori ſeu tribunalis ſęcularis a foro ſpiritualis tribunalis, nō ē adinuēta, neq; p ſolas hoīm cōſtitutiōes, neq; p impatores, neq; p cōſuetudinē introducta, ſed ē a Chriſto inſtituta & inſinuata, Mat. 16. et. 18. Qd cūq; ligaueris. c. Itē ſi eccleſiā nō audierit ſit tibi, &c. Vñ & iuxta plāna ſcripturarū doctrinā, Chriſti regnū, quod in ſcripturis ꝓphetic⁹ prēnunciat futurū in vniuerſo mūdo, nō carnaliter, nō tpaliter, aut ſęculariter eſt intelligendū, tanq; ipſe eſſet iudex vniuerſalis futurus ſup reb⁹ huiuſ⁹ ſęculi, ſed ſpiritualiter eſt accipiendū, nō in gladijs aut haſtis ſeu lāceis, neq; i armata milītia ſed in cenſura eccleſiaſticę diſciplinę, & cēſuræ ingladijs oris, qd ē ✠bū dei i humilitate et in patiētia & manſuetudine vincere aduerſariū. Quobrem Chriſtus cū in hoc mūdo cōuerſaret ſęcularīū rerū iudicia exercere noluit, q fugit & abſcōdit ſeſe cū ipm voluiſſēt Iudęi regē facere, q et rogat⁹ vt iudiciū diuiſiōis bonorū ſęcularīū iter fratrē faceret, fratri ad ipm dicēti, dic frī meo, vt diuidat mecū poſſeſſionē,

Reſpon

Nō poteſt eadem perſona eſſe papa & imperator.

Diſtinctio tribunalis, ſeu fori ſæcularis, a foro eccleſiaſtico ē diuini iuris

Respondit, O homo quis me constituit diuisorem inter vos. Regnū istud Apostolis filijs Zebedęi adhuc carnaliter intelligẽtibus, & cupientibus vt vnus ad dextrā, alter ad sinistrā sederet ipsius. Respondit, Nescitis quod principes huius sęculi dominantur eorum, vos autem no sic, & cæt.

Quod si dixeris scripturas & sanctorum patrum decreta interpretanda esse, vt intelligantur significare iurisdictionem sæcularem, non esse actu & exercitio in pontifice, sed habitu & virtute. Nam pontifex & si per seipsum sęcularis gladij vsu occupari non debeat, habet tamen illum, sed quē cōmittere debet regibus huius sæculi, qui huiuscemodi vtant, sub potestate pontificis, cui tanq; monarchæ omnis Christiana potestas debet esse subiecta. Respondeo.

Neq; actu, neq; habitu est huiuscemodi potestas in pontifice, sed de hoc in alijs cum declarabitur, quod non solū executio temporalis gladij, sed & huius executionis potestas debeat esse aliena a pontificali potestate, cuius autem gladius imperialis debeat esse subiect⁹ gladio spirituali, vtriq; tamē gladio suus est vsus. Sexto sequit̄ tpale dominiū a Cōstātino Cæsare donatū esse papę, non vt papa in administratione huius temporalis dominij sese immisceat, vt nomen et officium imperatoris sibi vsurpet, sed pro sustentandis oneribus in spiritualibus ministerijs. Super temporalibus bonis cathedrę Petri famulātibus, papa habet curam gerere, ne impediatur diuinarum & spiritualium rerum administratio.

Septimo sequitur officium papę & episcoporum, non esse soli contemplationi & orationi insistere, atque ita sese vitæ contemplatiuæ immergere, vt prorsus negligat actiuę vitę exercitia. Siquidem aliud est monachum agere, aliud vero agere episcopum, sed officium eorum est in sollicitudine præesse gregi commisso, & id quidē intentiōe principali, p spiritualibus & diuinis ministerijs, vt debito fiant ordine, ita tamen, vt & temporalia non negligantur, quatenus spiritualibus famulentur. Et hoc diligenter considerandum est, ad obstruenda ora omnium loquentium iniqua contra sanctam sedem Apostolicam, arbitrantium personas ecclesiasticas sese temporalibus implicare, cum pro temporalibus famu

lantibus

lantibus diuinis obsequijs inuigilant. Vnde et ipse Christus cum iam in cœlum ascendisset misso desuper spiritu fidei in Apostolos, mox prouidit ecclesię suę in temporalibus bonis, dum quotquot erant possessores prędiorum & agrorum credentes in ipsū ponerent pretia eorū ante pedes Apostolorū, vt distribueretur vnicuiq; prout opus erat, & tum etiā Petro super rebus illis ecclesiæ datis tanta fuit cura vt primum exerceret vltionem & vindictam in Ananiam & vxorem eius, qui super huiuscemodi ecclesiæ bona fraudem fecerāt.

Octauo ex superioribus patet, canones, quibus disponitur quod laici sęcularesq; potestates, de personis ecclesiasticis, aut de rebus earum nullam habeant potestatem disponēdi, vel condendi leges, vel statuta, esse secundum dispositionē naturalis æquitatis interpretandos. Nemo enim dubitat, quin sæcularis potestas possit subditis sibi laicis imperare, vt personas ecclesiasticas in suis iurisdictionibus defendāt, & a dispensatione rerum ecclesiasticarum non impediant, q̄e contrarium facientes, potest & eadem potestas sęcularis pœnis debitis coercere, cuius personas ab eius iurisdictione exceptas, nequeat iudicare, & castigare. Sic & sæculares principes, et reges statuere possunt leges p fide salubri⁹ defendēda, & punire laicos sibi subditos, qui fidem nequiter impugnant. Sicuti Nabuchodonosor legem statuit, ne quis in regno suo blasphemaret dominum deum Danielis.

Ad hæc omnia sęcularis potestas, non solummodo potestatem habet, sed & tenetur hæc facere, sicuti & maritus corrigere tenetur vxorem contra fidem & bonos mores errantem, quemadmodum & pater suam prolem sic errantem castigare debet. Sic & sæcularis potestas super sibi subiectos, statuere potest absq; requisitiōe ecclesię. Quicūq; sacerdotē occiderit, tali pœna puniatur. Patet itaq; quonā modo crimina in causa fidei aut perpetrata in personas ecclesiasticas, aut in res ipsarū aliquo modo pertineāt ad potestatem sæcularem. Bifariam enim potest intelligi rem aliquam ad alterius potestatem pertinere, videlicet vt vel res illa intelligatur pertinere ad illam, tanq; illa potestas secūdum æquitatem quandam visam rationabilem possit dispo

Potestas sæcularis quō potest leges cōdere de rebus fidei & de rebus, personisq; ecclesiasticis.

V nere

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere de illa re, aut dispensanda, aut obliganda, aut conferenda, aut iudicanda, aut condemnanda, & sic res ecclesię spectant ad potestatem ecclesiasticam, & nullo pacto ad secularem potestatem. Aut secundo modo res aliqua pertinere intelligitur ad alterius potestatem quatenus potestas illa tenetur defendere illam, ac subiectos sibi coercere ne impediant aut molestent. At dices forsitã, Quorsum hęc de iuris dictionibus, & facultatibus eligendi papam aut imperatorẽ tam longa digressio? Respondeo vt magis intelligantur vires legum & consuetudinum & erga superiores obediendi limites, & superiorum erga inferiores iuste imperandi rationes. Necꝫ enim papa, necꝫ imperator debet homines subiectos sibi habere tanꝯ seruos & mancipia, sed tanꝯ liberos & ingenuos, quos ipsi non in sua priuata commoda, necꝫ ex libidine prędendi, sed in bonum commune ipsorum debuerunt suscipere gubernandos, atꝫ ita eos non posse pro libito tollere res temporales, necꝫ enĩ oĩa quę populꝰ acquirit sunt regis, sicuti omnia quæ seruus acquirit suo domino acquirit, & ideo ipsi non possunt pro libito subditis prędipere aut constituere omnia quæ iure naturali aut diuino non sũt prohibita, sicuti stulte quidam opinantur, sed eorum imperia, mandata, cõsuetudines, ac leges eatenus sunt iusta quatenus comuni bono reipub. congruũt. Et hinc iam consideranda est ratio. Propter quam consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis nullius est roboris vel momenti, quia canonicę institutiones sunt a potestate ecclesiastica, quæ non ab homine, sed a deo vigorem habet ligandi, & soluendi, imperandi, & prohibendi, quę sane potestas, necꝫ cõsuetudine vlla, necꝫ præscriptione tolli potest, necꝫ esse in persona vlla seculari. Insuper & sacrosancti canones instituti sunt propter bonum commune spirituale, & ad impediendum peccata, vt sunt de rebus & iuribus ecclesiasticis, quę præscribi nõ possunt vlla consuetudine. Consuetudo ergo talibus institutiõibus inimica & obuia ẽ, quæ est cõtra cõmune bonum spirituale & fouẽs peccata, reddẽs videlicet homines ad peccandũ ꝑpliuiores. Vel est de rebus, quę prędscribi nõ possũt, veluti est cõsuetudo cõtra neruũ ecclesiasticæ disciplinæ, vel contra

Populus non est seruus regis, aut imperatoris.

Cõsuetudo quæ canonicis obuiat institutis cur nulliꝰ est roboris.

cõtrà obediẽtiã superiorũ, vl etiã reprobata a lege canonica. Verum hic sciendum est, Aliud est legem canonicam disponentem ad actus virtutis supererogationis tolli seu desinere esse per nõ vsum, veluti est lex ieiunij, & celebrandi festum, quę tollitur interdum per non vsum, papa tacente & cõsentiente virtualiter. Aliud est legem canonicam tolli per consuetudinem disponentem ad actus canonicis institutiõibus contrarios. Lex canonica est, quod chrisma seu sacramentũ confirmationis, conferri non debeat nisi a solo episcopo. Nã & hoc ex traditione Apostolorum accepit ecclesia, & ideo cõsuetudo illi contraria disponens, vt etiam conferatur a simplici sacerdote, nullius est roboris. Sic non valet consuetudo, qua mulier committens adulterium, nihilominus medietatem omnium bonorum, quę fuerit vir adeptus apprehendat, cum talis consuetudo iuri contraria foueat peccatum, & per eam mulieres sint ad adulterium proniores. Quis autem interdum ex legis vel consuetudinis dispositione foueantur quidã homines in peccato, reddãturqꝫ ad peccãdũ ꝑniores, si tamen lex illa vel consuetudo expediat ad obuiandum pluribus & grauioribus malis, non cẽsetur consuetudo fouens peccatum, vel lex iniusta. Atqꝫ ita patet ratio, propter quam consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis, nullius est roboris cum tamen, consuetudo quæ imperialibus legibus obuiat, magni est roboris. Nam lex canonica, necꝫ est a potestate quæ pendet ex cosensu hominum, necꝫ tum solũ incipit ligare, dum iudicio populi pro lege suscipitur, necꝫ etiam est de nudis temporalibus rebus, in quibus populus liberum habet consensum vel dissensum.

De consuetudinibus ecclesiæ ad inquisitiones Ianuarij.

¶ *Sequitur aliud huius partis membrum de consuetudinibus ecclesiasticis.*

AVgustinus ad inquisitiones Ianuarij aliquot saluberrimas regulas tradit de consuetudinibus ecclesiasticis. Prima est, illa, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel a plenarijs concilijs, quorum est in ecclesia saluberrima authoritas, com

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendata atq; statuta retineri, sicuti quod domini passio, & resurrectio, & ascensio in cœlum, & aduentus spiritus sancti de cœlo anniuersaria solemnitate celebrantur per vniuersum orbem, sic et per vniuersam ecclesiam mos iste seruatur, quod corpus Christi a ieiunis sumatur. Neq; enī quia post cibos dedit dominus, propterea pransi, aut cœnati fratres ad illud accipiendum conuenire debent. Nam & Paulus arguebat eos, qui mensis suis ista miscebant. Pari quoq; forma ecclesię ritꝰ cōsuetudine approbata in celebrandis anniuersarijs passionis dominicæ, & resurrectionis, & ascensionis, & missionis spiritus sancti per vniuersum orbem obseruat lunæ ac solis cursus, & id quidem non superstitiose, aut vane sed sancte ac mystice. Sic & ecclesiæ pręceptum de celebrando paschate, dieq; passionis domini nostri Iesu Christi non præfigit eūdem certum anni diem. Pręceptum autem de celebranda die natali eius præfigit reditū ad eundē anni diē. Hactenꝰ Augustinus dogmata, de cōsuetudinibꝰ iā inde ab Apostolorū tpibus custoditis ad hęc vsq; tēpora, quas irridēt huius temporis hæretici. Quid inquiunt mihi de solis & lunę cursibus, quid opus est tam varie paschalia festa peragere, ob seruo pascha assiduum, non in fermento veteri malitię & nequitię, sed in azymis syncerităt is & veritatis. Verū nequaq; putanda sunt hæc pręcepta absq; ratione, sic ab ecclesia p vniuersum orbem esse ante mille & quingentos annos obseruata, quādoquidem & horum rationes operibus redēptionis humani generis congruentissimas assignauerunt sancti patres, & pręsertim Augustinus in libro supradicto, ad inquisitiones Ianuarij. Dies, inquit, natalis domini, non in sacramento celebratur, sed tantum in memoriam reuocatur, quod natus sit Christus, ac per hoc nihil opus erat, nisi reuolutum anni diem, quo ipsa res acta est festa deuotione significari. Dies autem passionis dominicæ aut resurrectiōis, etiā in sacramento celebratur, cum rei gestę ita fiat commemoratio, vt aliquid etiam significari intelligatur, quod sancte cōmemorandum est, veluti q; Christus verus est agnus, qui nos ab infernalis Pharaonis captiuitate liberauit, figuratus & prophetice designatus in paschali Iudæorum agno singulis

Corpus Christi a ieiunis sum p uniuersam ecclesiā iā inde ab Apostolorum tēporibus fuit consuetudo.

gulis annis decimaquarta luna primi mensis offerendo.

Sic & lex atq; consuetudo, præcipiens diem passionis dominicæ ante sabbatum, diem vero resurrectionis post sabbatum esse celebrandum, habet causam & rationem, quia videlicet illud pascha Iudæorum, quo passus est Christus, ita occurrebat, vt inter mortem eius & resurrectionem medius esset sabbati dies, quamobrem & patres nostri censuerunt dies illos esse obseruandos, vt pascha nostrum a paschate distingueretur Iudęorum, qui decimamquartam diem lunæ primi mensis tantummodo obseruant vsq; vigesimam primam, iuxta prescriptam eis legem, non curantes qualiscūq; dies ille primi mensis fuerit siue sabbati, siue solis, siue lunę, aut Veneris. Sic & inter omnia decalogi pręcepta, lex ecclesiæ Christianę pręceptum de die sabbati sanctificando, mutauit in diem dominicum in honorem resurrectionis dominicę, quem primitiua Apostolorū ecclesia, loco diei sabbati celebrare cœpit, cuius & meminit Ioannes in Apoca. Dies sabbati, dies est septimus, in quo deus requieuit ab operibus formationis seu creationis huius mūdi, in quo & Christus requieuit ab operibus redemptionis generis humani, mortuꝰ iacens in sepulchro. Vnde neq; in euangelijs, neq; in Apostolicis epistolis reperitur lex vlla, vel pręceptum celebrandi, aut pascha, aut diem passionis dominicæ, vel ascensionis, vel natiuitatis, vel dominicam, vel aliam solennitatem vllam. In scripturis quidem veteribus est de pascha celebrando præceptum, sed non illic est designatum tempus, nisi ex mense nouorum a luna quartadecima, vsq; ad vigesimam primam. Ex euangelio tamen, quia iam, vt inquit Augustinus, manifestum ē, quo etiam die dominus crucifixus sit, & quo die in sepulchro fuerit. Adiuncta est etiam ipsorum dierum obseruatio per patrum concilia, & orbi vniuerso persuasum est eo modo pascha celebrari oportere. Hactenus Augustinus.

In sacris literis noui testamēti nō reperitur ullum præceptum de ullo die festo.

En plane habes patrum concilia condidisse decreta, quibus oporteat nos obedire, etiam in his, quæ tamen in scripturis sacris non inueniuntur expresse præcepta. Sic & ascensionis dominicę, & missionis sancti spiritus dies solēnes agun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes aguntur, secundum certum dierum numerum a die resurrectionis supputatū. Nam & ipse Christus .40. dies post resurrectionē suam in hac vita cum discipulis suis conuersatus est, & posteaq; ascendit in cœlum, decem diebus interpositis, misit spiritum sanctum, atque ita dum complerentur dies quinquaginta, missus est spiritus sanctus. Atq; hoc pacto, ea quę olim præcepta erant de paschate & pentecoste Iudęorum, veluti prophetica quædam signa demonstrantur completa in paschate & pentecoste Christianorum. Nā & apud Iudęos, postquam occiso agno celebratum erat pascha, dies quinquaginta numerantur, vsq; in diem quo lex data est in monte Synai digito dei scripta. Atq; ita in harum festiuitatum celebrationibus, duo testamenta fideliter concordantia, sacratam concinunt deo veritatem. In liberatione ex Aegypto, occiditur ouis, celebratur pascha, & interpositis quinquaginta diebus, lex datur ad timorem, scripta digito dei. In liberatione humani generis ex inferno, occiditur Christus, qui tanquam ouis ad occisionem ductus est, celebratur pascha, & interpositis quinquaginta diebus, datur ad charitatem spiritus sanctus, qui est digitus dei, quem significare spiritum sanctum declarauit scriptura. Quod enim Lucas dixit, In digito dei eijcio dæmonia, Lucę vndecimo. Hoc idem dixit Matthæus, In spiritu dei eijcio dæmonia, Matthęi decimotertio.

Festiuitatis celebrationibus duo testamēta cōcordāt.

Digitus dei in scripturis quis sit.

Harum autem similium rerum veritati, hæreticorum animositas semper inquieta resistit, quos Magorū Pharaonis habere conatū, declarat Apostolus, dicens, Sicut enim Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, sic & isti resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient. Huiuscemodi ergo dies sunt, quę in ecclesia per vniuersum orbem in sacramento celebrantur, in quibus & ieiunia laxantur, & Alleluya cantatur. Hactenus Augustini de consuetudinibus ecclesiæ dogmata & præcepta, & adijciens. Magnę igitur, inquit, insaniæ & temeritatis est, huiuscemodi consuetudines p vniuersam ecclesiam mystice obseruatas, contemnere aut nihili facere. Sic &

& lex ieiunij quadragesimalis præter rationem moralē secundum virturem abstinentię, quę est ad domandam corporis lasciuiam, ne caro dominetur spiritui, & ad corrigendū seu reprimendum peccata, ad placandum dei iram nostris sceleribus prouocatam, habet rationem & causam cur sit instituta de quadraginta diebus, potius q̄ de viginti, aut de .30. aut quinquaginta. Et quod dies illi quadragīta ante pascha, potius q̄ alio tempore celebrentur. Hactenus Augustin⁹ de consuetudinibus custoditis iam olim ante quadringentos & mille annos per vniuersam ecclesiam.

Cæterum iam de legibus, institutionibus, seu consuetudinibus ecclesiasticis, quæ non per vniuersam ecclesiam, sed varie per diuersa loca obseruantur, sicuti ieiunare fabbato, vel non ieiunare, Certis diebus, aut quotidie Eucharistiam sumere, quinta feria maioris hebdomadæ corpus domini post cœnam offerre, & pedes lauare. De his & id genus alijs, Augustinus eodem secundo libro ad inquisitiōes Ianuarij, duas tradit regulas.

Regulæ duæ Aug. de consuetudinib⁹ ecclesiasticis, sed uarie obseruatis.

Vna est de his, quę sic varie per diuersa loca obseruātur, talis saluberrima regula retinenda est. Vt quæ non sunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habēt aliquid ad exhortationem melioris vitę, vbicumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed & laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impediat, ut amplius detrimentum sit, quam lucrum ex obseruatione speratum. Si vero quorundam hominum infirmitas ita impediat, vt tamen maiora sint lucra speranda, quam calumniatorum detrimenta sint metuenda sine dubitatione, id quod sic institutum esse videmus, est faciendum maxime, si etiam de scripturis defendi potest, sicuti de hymnis & psalmis canendis, alijsq; ceremonijs institutis ad mouendum & excitandum pie animos, & accedendum diuinæ lectionis affectus & ad introducendum Christianos in reuerentiam mysteriorum seu sacramentorum cœlestium, quæ in locis varijs custodiuntur valentes ad excitationem, ad lucrum aut custodiam fidei, ad

diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuini cultus promotionem & augmentum, ad commeratio
nem passionis dominicę, & ad recolenda beneficia redem
ptionis per Christum dominum nobis impensa. Et ideo q̃
uis plerumq; hisce in rebus non obseruatis secundum se ni
hil sit flagitij, tñ vel irridere, seu nihili pendere huiuscemo
di obseruantias, tanq; friuolas, aut inutiles, aut repugnantes
libertati religionis Christianæ, vel contemnere, negligere, et
violare ecclesiæ consuetudinẽ, aut superioris legẽ sup huius
cemodi rebus latam, aut super illis turbare ecclesiasticũ ordi
nem & ritum, multum habet flagitij, & tanto delinquentis
est maior malicia, q̃to vel nullo, vel paruo incommodo, aut
labore seruari potest quod est in cõsuetudinem tractum, aut
pro augmento deuotionis populi superioris lege sancitum.
Vnde cõsuetudo in aliqua ciuitate, vel patria ligans ad actũ
aliquem virtutis solũ ligat hominem, quoad manserit in ter
ra illa. Quod si extra territorium consuetudinis illius iam
quis moretur, aut peregrinetur non amplius illius, sed istius
territorij consuetudinibus ligatur, & ideo in his, quæ sic per
loca variantur nõ melior disciplina, inquit Augustin⁹, inue
niri potest, q̃ vt eo modo quisq; agat, eumq; morem seruet,
quo agere videt ecclesiam, ad quam forte deuenerit, quemad
modum venerabilis Ambrosius respondit matri meę. Cum
Romæ sum ieiuno in sabbato, cum aũt fuero Mediolani nõ
ieiuno. Sic et tũ in quemcũq; locum veneris, eius morem ser
ua, si non vis cuiq; esse scandalo, nec quemq; tibi. Ex
his arbitror manifestum in ieiunijs quibusdam in festiuitati
b⁹ celebrandis non præscriptis vllo eccesiæ pręcepto consue
tudinem habere vim legis obligantis. Secunda regula
Augustini de eisdem scilicet, quæ neq; sanctarum scriptu-
rarum authoritatibus continentur, nec in conciliis episco-
porum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersę ec-
clesię sunt roborata, sed diuersorum locorum diuersis mori-
bus innumerabiliter variantur. Illa, inquit, quæ ita varia
sunt, vt vix aut omnino nunq; inueniri possint causæ quas
in eis instituendis sequuti sunt homines, quę neq; videntur
aliquid valere ad exhortatiõem melioris vitę sine vlla dubi
tatione vbi facultas tribuitur resecanda existimo, q̃uis enim
neq;

neq; in eis hoc inueniri potest quod cõtra fidem sint, ipsam
tamen religionem quam paucissimis, & manifestissimis ce
lebrationum sacramentis misericordia dei liberam esse vo-
luit, seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit condi-
tio Iudęorũ, qui etiam si tempus libertatis nõ agnouerint,
legalibus tantum sarcinis, non humanis præscriptionibus
subijciuntur. Sed ecclesia dei nonuulla huiuscemodi pro-
pter scandala vitanda tolerat, ea tamen quę sunt contra fi-
dem aut bonam vitam nequaq̃ approbat, nec tacet nec facit,
veluti si quæ constitutio ita iuberet abstinere a carnibus
edendis, vt immundos arbitrentur eos qui commederent,
aptissime contra fidem bonosq; mores est. Si vero qui
de euangelicis paginis sortes legunt, & si optandum est, vt
hoc potius faciant, q̃ vt ad dęmonia consulenda concurrant,
tamen etiam ista, inquit Augustinus, mihi displicet consue
tudo ad negotia sæcularia & ad huius vitæ vanitatem o-
racula diuina velle conuertere. Obijcies forsitan ex verbis
Augustini & Ambrosij morem seu consuetudinem per se-
se non obligare quemq; in foro conscięntiæ, sed solum per ac
cidens ratione scandali eo, quod faciens contra loci consue-
tudinem est proximo scandalum. Sic enim, inquit Ambro-
sius, Ad quẽcumq; locum veneris, eius morem serua, si nõ
vis cuipiam esse scandalo, neq; quemq; tibi. Respondeo
ex illa sententia Ambrosij ab Augustino approbata vtiq; se
quitur, Populum habere morẽ sui loci pro lege. Neq; enim
violans consuetudinem esset populo scandalum si non mos
ille suscipiendus esset pro lege obligante. Nemo scãdalizat
ex alterius opere, qui non ex opere illo occasionẽ agẽdi cõ
tra legem capit. Consuetudo ergo de celebrandis certis die-
bus festorum aut ieiuniorum primitus inchoata, & paula-
tim introducta in communitate aliqua ex sola populi deuo-
tione habet vim legis, si postmodum consuetudo illa sit su-
scepta cõsensione populi pro iure aut lege obligante. Si vero
consuetudo illa non sit vnq̃ a populo susceptа pro lege, neq;
a superiore, qui plene reipublicæ præsidet tanq; lex imposi-
ta, non ligat in foro conscientię, nisi ratione aut scandali pu
silloruм aut erroneę conscięntię. Dixi signanter, neq; a

De sortibus

Obiectio.

De consuetudine ex deuotione popu li introducta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re tanq̄ lex imposita. Nam si papa constitutione sua canonica velit omnem consuetudinem rationabilem ad augmentū diuini cultus, ex sola deuotiōe populi introductā habere vim legis, præcipiatq̄ illā tanq̄ legem obseruari, quemadmodum & fecisse videtur, iam consuetudo illa propter constitutionē papæ, seruanda est etiam, & si populus non habuerit intentionē sese obligandi. Cæterum idem August. in epistola ad Casulanum, Mos populi dei & instituta maiorum p lege sunt tenenda. Et ibidem disserens, cur ecclesia statuerit diebus dominicis ieiunandum non esse, cū non sit malū singulis diebus ieiunare. Respondet, Ieiunare (inquit) dominico die, non est offendere deum. Sed nunc postq̄ hæretici impijssimi, maxime Manichæi, abstinentes a carnibus ieiunia diei dominici dogmatizare cœperūt, q̄ diē dominicū cōstituerūt ad ieiunandū tāq̄ legitimū diē, Factū ē, inqt, vt ieiuniū illi⁹ diei horribilius haberet. Hæc Ille. Et ibidē, Cur aūt quarta feria &. 6. maxime ieiunet eccl'a, illa ratio reddi videt, q̄ considerato euāgelio ipsa quarta sabbati, quā vulgo quartā feriā vocāt, reperiunt Iudæi fecisse cōsiliū ad occidendū dñm Iesum, intermisso aūt vno die, cuius vespere dñs pascha cū discipulis manducauit, qui finis fuit eius diei, quam vulgo quintā sabbati vocamus. Deinde traditus est ea nocte, quę iā ad sextam feriā pertinebat, qui & dies est passiōis ei⁹, hic prim⁹ dies fuit azymorū a vespera incipiēs. Matthę⁹ euāgelista quintā sabbati dicit fuisse primū diē azymorū, qa ei⁹ vespera sequēte futura erat cœna paschalis, qua cœna īcipiebat azymi & ouis immolatio manducari. Ex q̄ colligitur quartā sabbati fuisse, quando ait dominus, Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sunt principes & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicitur Cayphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Intermisso autem vno die, de quo dicit euangelista, Prima autem die azymorū accesserunt discipuli ad Iesum, dicētes, Vbi vis paremus tibi comedere pascha. Hæc Augu. ad Casulanū.

Itē li. 22 ca. 47. contra Faustū criminantē patriarchas, q̄ plures habuerint vxores, Augu. sic loquit. Habere plures vxores

xores qñ mos erat, crimen nō erat, & nūc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata cōtra naturā, alia contra mores, alia contra præcepta. Quę cū ita sint, quid tandē criminis est, quod de pluribus simul habitis vxorib⁹, obijcitur sancto viro Iacob? Si naturā consulas, nō lasciuiēdi, sed gignēdi causa illis mulieribus vtebatur, Si morē, illo tēpore & illis terris hoc factitabatur, Si præceptū, nulla lege prohibebat. Nūc vero cur crimē est, si qs hoc faciat? nisi qa & moribus, & legibus hoc nō licet. Quę duo quisquis contemserit, etiā si tantūmodo cā generandi vti possit fœmīs pluribus, peccat tñ, & ipam violat humanā societatē, cui necessaria est ppagatio filiorū. Sed qa hoēs, aliter iā se habentibus moribus ac legibus, nō possunt delectari vxorū multitudine, nisi libidinis magnitudine, ideo errāt & putāt haberi oīno nō potuisse vxores multas, nisi flagrātia carnalis cōcupiscentię ac sordidę voluptatis, Cōparantes enī nō alios, q̄rū animi virtutē prsus nosse non possunt, sed, sicut ait Apost, semetipsos si bimetipīs nō intelligūt. Verū nos eis q̄ virtutē tēperantię nō habēt, iudiciū de sanctorū virorū moribus cōmittere non debemus, sicuti de ciborū suauitate ac salubritate iudicare febrientes non sinimus. Hactenus Aug. sentētię.

Ex quibus patet habere plures vxores, antiquis patrib⁹ nō fuisse crimē, qñ in populo dei sancto mos erat, qa tūc neq̄ cōtra naturā erat, neq̄ cōtra præceptū. Sed quia cōis magistrū sentētia est, cōtra ius naturę esse, plures simul habere vxores, quemadmodū ait scriptura, tpe legis naturæ ante lapsū, Adhęrebit vxori suæ, nō vxoribus, et erūt duo in carne vna, nō ait, erūt tres, aut. 4. Vñ dicūt hoc nūq̄ fuisse licitū, nisi ex speciali inspiratiōe dei, sup legē illā dispēsantis, iuxta sententiā capituli, Gaudemus de diuortijs. Idcirco in hac Aug. sētentia bene est pōderandū, q̄ in ea nō dicit, qa mos erat, crimē nō erat, sed quando (inquit) mos erat, crimen non erat. Neq̄ enim illic causa, sed tps in q̄ peccatum non erat designat, cā vero ppter quā nō erat peccatū, erat dispēsatio diuina, q̄ faciebat plura licitatē vxorū illis nō esse vlla lege phibitā. Verū & hic ponderanda est sententia Augu. sumentis causalem propositionem ex opposito antecedentis ad oppositum consequentis. Continuo nempe adiecit, nunc quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

mos non est, popterea crimen est, intelligens, nunc scilicet in lege euangelij, quia non sic est mos diuina dispensatione concessus. propterea habere nunc plures vxores crimen est. Vnde nunc in lege Christus reduxit matrimonium ad pristinum statum, quando dixit. Qui dimiserit vxorem, & aliã duxerit mœchat̃, & q dimissam duxerit, mœchatur. Relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. Ad duritiam cordis vestri Moyses permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem nõ erat sic, Matthæi. 19. Si dimissa vxore non licet aliam ducere, multo minus erit licitum aliam ducere, vxore retenta, quia habere vnam post aliam, minus videtur illicitum, q̃ habere simul duas. Atq̃ ita neq̃ vlla populi consuetudine, neq̃ vlla papæ dispensatione introduci potest, vt nunc liceat vni viro simul plures habere vxores. Nam iuxta diui Pauli sententiam, primæ ad Corinthios. 7. Sicut mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir, Ita & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Quemadmodum ergo mulier non potest nubere alteri viro, quia potestatem sui corporis non habet, Ita neq̃ vir iam iunctus matrimonio potest ducere aliam vxorem.

Habere plures vxores simul nullo modo licitum est.

Obiectio.

Si obieceris ex his scripturis. Q̃uis consequens sit virum non posse accipere secundam vxorem, prima iniuta & nolente, non tamen sequitur virum non posse accipere secundam vel tertiam vxorem. prima ex rationabilibus causis consentiente & cedente iuri suo, quemadmodum sancti patriarchæ, non vt libidini vacarent, sed vt proles generarent, acceperunt plures vxores, prima consentiente, aut permanente sterili. Sicuti dixit Sara ad Abraham, Ecce conclusit me dominus ne parerem, ingredere ad ancillam meam, si faltem ex illa suscipiam filios. Atq̃ ita Abraham ex consensu vxoris accepit secundam. Genes. 16. Sic & Iacob Liam accepit vxorem, Rachaele cõsentiente. Ingressus est insuper Iacob ad ancillam, Lia iam cessanti parere, Genesis. 30. Videtur igitur, quod non sit contra ius naturæ secundam vel tertiam vxorẽ ducere, si adsit consensus vxoris sterilis, & desyderium procreandę prolis, paucitas fœminarum, & multiplicatio diuini cul

ni cultus, & ita non erit peccatum plures simul habere vxores, quando mos est, & quando non obuiat lex vlla positiua id prohibens. Respondeo. Consensus vxoris sterilis, & cessio iuris illius, quod vxor in maritum habet, cum desyderio procreandæ prolis, non sufficiebant ad hoc, vt cuiq̃ liceret plures habere vxores. Nam & illa non faciebant cessare obligationem iuris naturæ dictantis in matrimonio vtrumq̃ coniugem non habere potestatem tradendi corpus suum alteri tertio ad opus carnalis commercij. Potest quidem vxor cedere iuri suo de petendo debitum a marito, sed non potest tollere ius naturę matrimonij annexum, quo vir obligatur nõ dare corpus suum alteri fœminę q̃ diu viuit vxor ei⁹. Et ideo apud patriarchas olim requirebat̃ specialis dispẽsatio dei dispensantis supra ius rationis internę, quę bene ordinata dictat in matrimonio vxorem ad actum coniugalem, non habere potestatem tradendi corpus suum alteri viro, sed habere toram & plenariam potestatem corporis viri, sicut & vir ipse totam & plenariam potestatem habet in corpus mulieris. Verum quidem est, quod multiplicare & procreare proles ad cultum dei, sit de dictamine naturalis iuris, sed nõ ẽ de iuris naturalis ratione velle qualitercumq̃ multiplicare. Vnde & ex sententia Augustini superius recitata patet, habere plures vxores fuisse crimen, quando mos non erat, ex quo sequitur, quod ante legem & morẽ fuerit contra præceptum, sed ante legem & morem non fuit lex alia, q̃ naturalis, ergo ante Abraham, priusq̃ mos erat, habere plures vxores, fuit contra ius naturale. Proinde & Lamech añ diluuiũ primus cõtra morẽ & naturã adulteriũ cõmisit duas accipiẽs vxores, vt inquit glos. interli. Gen. 4.

Pluralitas uxorum quõ sit contra ius naturæ.

Lamech accipiens duas uxores peccauit in legem naturæ.

Verũ donemus secundũ aliorũ quorundã sententiã habere plures vxores, nõ sic fuerit cõtra ius naturę, quin & fortioribus iuris naturę vinculis, superueniẽtibus causis, videlicet supradictis, potuerat fieri licitum absq̃ speciali dispensatione diuina. Nunc tamen pro lege euãgelij, cũ matrimoniũ nõ solũ est contractus, sed & sacramentũ nouę legis, nõ licet vlla consuetudine aut dispensatiõe humana simul plures habere vxores, sicuti & supra diximus, de q̃ & in alijs latius.

Solutio.

Sequitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Sequitur tertius huius partis articulus, in quo differitur de trãſgreſſione legis humanæ aut cõſtitutionis, ſeu cõſuetudinis eccleſiaſticæ, an uidelicet trãſgredi legẽ pure humanã, ſit criminalis, an potius uenialis culpa.*

OPerę pretium eſt iam conſiderare, quando tranſgreſſio legis eſt mortale, & quando veniale, aut nullum peccatum. Ad quod intelligendum congruit præmittere ſuper hac re ſententiam Ioannis Gerſon Cancellarij Pariſienſis, lectione quarta de vita ſpirituali animæ dicentis. Solum deum poſſe dare pręcepta affirmatiua vel negatiua ſub pœna mortis ęternę, quia illã inquit ſolus ipſe deus poteſt infligere, atq; ita nullus reatum æternæ damnationis incurrit, niſi quatenus extiterit tranſgreſſor diuinæ legis. Ad hoc inquit eſt autoritas Auguſtini deſcribentis actuale peccatũ cõmiſſionis, eſſe dictum, factũ, vel concupitũ cõtra legem dei ęternam. Item ſicut nemo habet infundere gratiã niſi ſolus deus, ita neq; quiſpiam alius poteſt ab anima gratiã erípere. nẽpe ſolus ipſe habet claues vitę & mortis. Ipſe claudit, nemo aperit. Ex his infert corrollaria multa. Primum. Nulla tranſgreſſio naturalis aut humanæ legis, vt eſt naturalis, vel humana, eſt ex ipſo facto, aut mortale peccatũ, aut adducens reatum ęternæ mortis. Probat, quia leges naturales & humanæ, vt tales ſunt, non poſſunt attingere ad cognitionẽ ęternitatis in pœna vel in premio. Deinde & fruſtra, inquit, darẽt leges cum appoſitione pœnarum, quas legiſlatores inferre nõ poſſũt. Cũ ergo neq; natura, neq; humanę poteſtates valeant tranſgreſſores ſuarum legum plectere ęterna morte, neq; poſſint de illa examinare per teſtes, aut per aliam viam, conſequens videtur per tranſgreſſionẽ legis humanæ neminẽ criminaliter delinquere. Hac ratione fulciunt ſeſe, inquiunt, doctores nominati Durandus et ęteri quidam ponentes ſuper actibus intrinſecis & occultis non poſſe per prelatos hominibus imponi vlla pręcepta. Secundum corrollarium ipſius. Nullus legiſlator eccleſiaſticus vel ciuilis habet directe authoritatem pręceptiuã ſuper actu dilectionis interne aut fidei aut ſpei, & ideo ꝯtumcũq; inquit, legiſlatores intenderint per ſuas leges ſubditos fieri meliores interius ac ſanctiores, tales tamen fines intenti ab illis non cadunt ſub pręceptis ipſorum, atq; ita non erit tranſgreſſio humanæ legis, vt humana eſt etiam, etſi fiant

fiãt actus externi humanarum legum cum peruerſiſſimis, & prauis intenſionibus, veluti ſi dicãtur horę canonicę, vel ſi fiat ieiunium aut miſſa audiatur cum quauis mentis euagatione, aut propter vanam gloriam, aut propter fraudem, vel hypocriſim. Sic operans agit quidem male, inquit, apud deum peccans non in humanam, ſed in diuinam legem.

Tertium corrollariũ infert, Omiſſio horarum canonicarum & tranſgreſſio ieiuniorum eccleſiaſticorum, & generaliter omnium poſitiuarum inſtitutionum, nunq; eſt mortale peccatum niſi quatenus diuinę legi inuenitur diſſonare.

Quartum corrollarium infert, Ex eo quod quiſpiã mortaliter peccat tranſgrediens humanam conſtitutionem, non ſequitur coſtitutionem illam humanam in foro conſcientiæ obligare ad mortale peccatum, quemadmodum ſi medicus peritus dicat. Petre do tibi legem pro vita corporis tui ſeruãda, quam ſi fueris tranſgreſſus, periclitabitur vita tua. Nõ bibas vinum purum hoc triduo, hic manifeſtum, inquit, eſt medicum non habere facultatem aut præcipiendi aut condẽdi legem ſub reatu æterni ſupplicij, & tamen ęgrotus hoc caſu contra medici præceptum operans reus efficitur damnationis ęternæ, non propter trangreſſionem pręcepti ipſius medici, ſed propter tranſgreſſionem legis dei iubentis, vt non inebriemur vino, aut non occidamus noſipſos cibo, & potu. Hactenus ſententię præfati doctoris volentis legem pure humanam non obligare hominem in conſcientia ſub reatu peccati, niſi & ſimul aliqd adſit quod in ſe, omni humana lege ſeeluſa eſt diuina lege aut iuſſum aut vetitum, propter quod ipſius humanæ legis tranſgreſſor fiat reus in conſcientia apud deum. Hæc doctrina, quãuis multas falſas contineat ſententias, nouas, & conflictas contra omnium patrum ſanctorum decreta ſimul & contra moralem philoſophiam, impręſentiarum tamen ſufficit demonſtrare eam eſſe falſam in principali fundamento. Sit igitur contra eam hæc ſententia. Opera in ſe licita aut indifferentia non pręcepta lege vlla diuina, fiunt debita ex ſola lege vel iuſſione humana, vt rus colere & ad forum ire, domum cuſtodire, & id genus alia, ad quæ nulla diuina lege filius obligatur, incipiunt venire in obligationẽ accedẽte pręcepto ſolo paterno.

Sic &c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic & in alijs multis, opus quod iure diuino, & naturali ẽ indifferens plęrumq; sola consuetudine fit debitum. Et op⁹ item quod iure naturali & diuino est licitum plęrumq; accedente sola humana prohibitione fit illicitum. Pręceptum ieiunij ecclesię plęrũq; trãsgreditur quispiã, etiã alioqui custodiens ius nautrę secundum virtutem temperantię. Vnde Aug. ad Casulanũ in epistola. Aliud ẽ tẽperãtia custodita comedere & bibere. Aliud autem ieiunare, Aliud insuper corda grauare crapula & ebrietate, quod semper malum est. Aliud vero modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium, quod certe cum sit die dominico reprehensorem nõ habet Christianum. Ex quibus verbis Augustini liquidum est ptæceptum ecclesię de ieiunio ligare ad aliquid, quod nõ cadit sub naturali pręcepto virtutis temperantiæ. Idoneus ad pastoralem curam vel episcopatum potest licite intendere studio cognoscendæ veritatis, & viuere in laudabili otio contemplatiuę vitæ, sed vbi pastoralis cura fuerit iniuncta superioris mandato, non potest licite recusare, vt patet octaua quæst. prima. Qui episcopatum, & capite, In scripturis. His pręmissis subijciendæ sunt propositiones aliquot, quibus intelligitur an transgressio legis purę humanæ sit criminalis, an venialis culpa an prorsus sit interdum sine peccato. Prima propositio. Lex iniqua neminem ligat in foro conscientiæ, quemadmodum neq; sententia iudicis iniqua, neq; præceptum iniquum. Qua autem ratione lex dicitur iniusta & iniqua, iam in superioribus diximus in secunda parte hui⁹ capituli sententia quinta, ex qua satis est manifesta veritas propositionis istius. Nã si lex ẽ iniqua, quia cõtra deum, aut legẽ eius, aut cõtra charitatẽ proximi, iam deo oportet magis obedire, q̃ hominibus, Actuũ. 5. Si vero lex est iniusta, id est, vtilis reipublicæ lata propter solũ priuatum legislatoris commodum iam non meretur nomẽ legis aut pręcepti, sed est iniuria, vis, violentia, & oppressio. Contra talium legum conditores loquitur Esaias capite. 10. Ve qui condunt leges iniquas et c. vt opprimerẽt pauperes in iudicio & vim facerent causę humilium populi mei. Ex hac propositione sequitur legem esse iniquam statutumq; iniquũ

Aliud ieiunare, aliud tẽperate comedere.

Propositio prima de lege iniqua.

iniquũ, quo disponitur, quod vsuræ debeant solui, aut quod solutę nõ repetãtur, aut quod repetitę nõ restituãtur. Condi tores huiuscemodi legũ, & scriptores iudices secundum eas iudicantes sunt excommunicati ipso facto per Clemen. vni cam de vsuris, Neq; est simile de constitutione, qua beatus Gregorius decreuit Iudæos esse permittendos in ritib⁹, & ceremonijs legis Moysi, præcipiens etiam Christianis ne illos in his ritibus suis impediant aut molestent. Gregori⁹ nempe illic præcepit Christianis ne Iudæos impediant, aut molestent. In vsuris autem lex illa vel statuta vel statuenda de vsuris soluendis non solum decernit vsurarios esse permittendos, & nõ impediendos, sed & præcepit vt vsurę solu antur, aut quod solutę non repetantur. Soluere autem vsuras, q̃uis non sit peccatum, legibus tamen cogere vt soluant ẽ ẽ fouere vsurariorũ peccatũ, quẽadmodũ legib⁹ cogere Christianos, vt vendant Iudęis ligna et lapides, q̃b⁹ ipsi suas cõstruant synagogas, est fouere illicitos Iudęorum ritus, q̃uis vendere eis hæc non sit simpliciter illicitum, quippe quorũ vsus communis est ad bonum & ad malum, de hoc infra latius. Similiter iniqua sũt statuta monopoliorũ inter mercatores in vnum conuenientes, vt res certo pretio vendantur pluris q̃ valeant, aut statuentes penes vnum aliquem esse vendendi potestatem, quod fit cum vnus solus aliquod mercaturę genus vniuersum emit, vt solus vendat pretium suo arbitrio statuens. Vnde & domini temporales sic statuentes vsuras esse soluendas, & nõ repetendas, concedentes item monopolia, accipientes lucra ab vsurarijs & mercatoribus, vt illi impunes valeant talia exercere non modo grauiter peccant, sed & rapinam cõmittũt, tenenturq; ad restitutionem commodi sic accepti, contra quos loquitur Esaias sermonem dirigens ad Iudæorum populum. Principes tui infideles socij furum. Proinde Zeno & Iustinianus imperatores considerantes huiuscemodi monopolia non ad commodum reip. sed ad labem detrimentaq; pertinere monopolos decreuerunt esse bonis spoliandos exilijq; perpetuitate dãnãdos, Codice de monopolijs, lege vnica.

Statutum de vsuris soluendis, aut nõ repetẽdis iniquũ.

Lex imperialis de monopolijs.

Universidad de Deusto Biblioteca

Propositio secũda.

Secunda propositio. Lex iusta pure humana seu positiua ligat in foro conscientię ad faciendum, uel ad vitandum opus, quod in se neq; præceptum, neq; prohibitum est ulla lege diuina. Hęc propositio est ex superioribus manifesta. Ad hunc sensum loquitur Apostolus ad Romanos .13. concludens. Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram seu vltionem, sed etiam propter conscientiam. Vnde lex humana secundum se indifferentia fieri præcipit aut prohibet sub pœna excommunicationis sententię latæ, sicuti & prælatus plerumq; sub simili pœna subdito suo prę ceptum imponit ad opus, quod neq; naturali, neq; diuino iure prohibetur. Cæterum lex imperialis statutumq; humanum plerumq; sub pœna capitis mortisq; temporalis, aut mutilationis mẽbri præcipit quædam, quæ in se ex iure naturali aut diuino nihil flagitij aut sceleris habent, quæ tamen legislator, cuius est necessitati reipub. prouidere generaliter imponit communitati, considerans plerunq; legem illam ad obuiandum pluribus & grauioribus malis, seu periculis esse communitati illi sic dispositæ imponendam, q̃uis videat inde emersura singularia quorundam hominum damna. Sic lex & consuetudo de imaginibus statuendis in tẽplis & oratorijs non est abolenda, tametsi ex eisdem imaginibus, quidã sumpserint & impręsentiarum sumant, etiam nunc aliqui sibi causam idololatriæ & superstitionis. Nam & hac de causa beatus Gregorius papa coarguit Massilien sem episcopum, quod sanctorum imagines, in quibus nõnulli ex populo idololatriam committebãt, confregerit, Quod eas adorari inquit prohibueris laudamus, quod uero confregeris reprehendimus, dic a quo vnq; sacerdote hoc auditũ est factum esse quod fecisti. Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturę historiam quid sit adorandũ addiscere. Nã quod legentibus scriptura, hoc idiotis pictura præstat cernẽtibus, De consecratione dist. 4. perlatum. Obiecerit forsassis quispiam, Ezechias laudatur statuas & serpẽtem æneum, quem dominus per Moysen fieri iusserat, destruens cũ vidit serpentem illum fuisse populo occassionem idololatrię & superstitionis, vt dicitur quarti regũ. 18. Cur ergo vituperatur

Opus in se nõ prohibitũ naturali aut diuina lege fit per solũ accessum legis humanæ illicitum.

Cõsuetudo de imaginibus in templo statuendis

ratur episcopus Massilienſis, confringens imagines ne populus illas adoraret. Respondeo. Serpens ille fuit temporalis ad sanandum vulnera corporis, fuit & prophetia Christi tum futuri, vnde cessante causa, cessare debuit effectus. Neq; serpens ille sic expressit formam Christi, sicuti imago crucifixi, cuius causa perpetua est, vt in illa habeatur memoria Christi, vsque in consummationem sæculi.

Cęterum hic sciendum est, quod in statuto pœnali plerumq; duo sunt in pręcepto, veluti si dicatur. Statuimus ne quis tale quid faciat, quod si fecerit talis imponatur illi pœna, aut ad arbitrium superioris sic vel sic puniatur. Transgressor constitutionis huius generis non obligatur pœnã soluere, nisi ad soluendam illam condemnetur, q̃uis peccet etiam, etsi paratus sit pœnam soluere, nisi intentio statuẽtis fuerit tale statutum non obligare transgressorem ad vllã culpam, sed solum ad soluendum pœnam, vbi a superiore fuerit taxata & imposita, quemadmodum statuta prædicatorũ, in quorũ regula dicitur. Nolumus quod statuta nostra obligent ad culpam, sed solum ad pœnam. Quod si uigor statuti pœnam taxet & impositam explicet secundum rationabilem statuentis intentionem, iubens trangressorẽ debere pœnam vltro & ex semetipso debere soluere sub reatu culpæ, iam peccat transgressor non soluens pœnam, etiam ad illã non cõdemnatus per superiorem, veluti si dicatur horis & locis debitis silentium teneatur, si quis in oratorio terfrege rit silentium, legat septem psalmos pœnitentiales.

De statutis pœnalibus.

Interdum uero constitutio pœnalis continet vnum solũ pręceptum, veluti cum dicitur, Statuimus si quis tale quid fecerit, talem luat pœnam. Et transgressor statuti huius gnis non peccat, modo absq; contemptu transgrediatur, paratus pœnam soluere aut luere, vbi fuerit deprehensus. Et quia nemo obligatur ante condemnationẽ soluere pœnam, quæ aut lege taxata non ẽ, aut si lege sit taxata, decernit̃ imponẽda a superiore, ideo nõ peccat sine cõtemptu trãsgrediens occulte pœnale illud statutũ. Huiuscemodi sunt statuta & pręcepta rectorũ in vniuersitatibꝫ, & magistratuũ in ciuitatibꝫ, quibus pręcipit̃ vnũquẽq; generalibus cõcilijs, cõgregatiõibꝫ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& missarū solennijs debere adesse, sub pœna trium grossorum, aut neminem post pulsum campanæ posse foras ire sine lumine, sub pœna vnius ducati, & alterius mulctę pecuniarię, aut neminem posse portare arma sub pœna amissiōis armorum & vestium. Si vero adijciatur talis pœna, quę nō nisi pro crimine venit infligenda, qualis est latæ sententiæ a iure excommunicatio, videtur transgressor talis legis vel statuti peccare mortaliter, sicuti & is qui transgreditur mandatum aut statutum principis aut communitatis, adijcientis transgressori pœnam capitis aut mutilationis membri.

De mandatis rectorum in uniuersitatibus sub iuramento.

Verum in huiuscemodi mandatis & statutis pœnalibus, considerandi sunt singulorum sermonum sensus. Nam mandata & statuta obligantia sub reatu peccati mortalis debent esse in sermonibus non ambigua, neq; captiosa, sed manifestos habere sensus. Solent mandata seu statuta pœnalia dari sub pœna corporalis laboris alicuius, aut peregrinatiōis, aut exilij, aut exoluendi certam pecunię quantitatem, aut cōfiscationis bonorum, aut sub pœna mortis, aut perditionis manus aut oculi, aut mutilationis alterius membri, aut sub pœna excommunicationis, aut suspensionis a diuinis, quæ sane locutiones, vt manifestū est, intelliguntur intransitiue, id est, sub pœna quæ est excommunicatio aut corporalis labor, aut peregrinatio, aut exilium, aut perditio vitę uel membri corporalis. Cum vero mandatum datur sub pœna iuramenti præstiti, non talem habet locutio sensum, nempe iuramentum præstitum non est pœna eius qui iurauit. Sensus itaq; loquutionis illius est accipiendus sub pœna iuramenti, id est, sub pœna, quę debetur ei, qui uiolat aut frangit suum iuramentum. Quemadmodum prælatus cum dicit, Præcipio tibi vt hoc facias sub pœna inobedientię, non intelligitur locutio intrāsitiue, id ē, sub pœna quę est inobedientia, nempe inobediētia non est pœna, sed meritoria pœnę. Vult ergo præcipere alteri vt hoc faciat sub pœna quæ debetur inobedientię. Verum omnia huiuscemodi mandata sic generaliter expressa sub pœna iuramenti ad interessendum congregationi, aut missæ, non dure & inciuiliter sunt accipienda, tanq; ipse mandans per iuramentum voluerit sic vocatos & iuratos obligare ad mortale periurium, si omiserint,

rint, sed præsumendum est de pia intentione mandantis, q; videlicet superior ipse in huiuscemodi communibus mandatis pro causis communibus, & non magni ponderis, solum uelit ipsis iuramentum præstitum ad memoriā reuocare, ne mandatum ipsius habeatur vt contemnēdum, intendens ad pœnalitates quasdam temporales ab ipso imponendas, obligare etiam eos, qui citra contemptum huiuscemodi mandata transgrediuntur, non quod huiuscemodi pœnalitates ipsi teneantur ex sese vltro soluere, sed q; eas possit mandans rationabiliter exigere ab his, qui nullam habuerint piam aut rationabilem causam abessendi. Rogabis forsitan, Quid si rector quispiam intendat ita præcipere, vt non comparentes sint rei periurij, & digni qui puniantur, tanquam violatores iuramenti præstiti, an obligantur sub pœna illa comparere mandato sic generaliter expresso, & videtur quod sic, quia præceptum positiuum obligat secundum intentionem præcipientis. Respondeo. Temerarie mandantium intentiones pro quibuslibet rebus parui ponderis, nō obligant subditos, vt teneantur obedire sub pœna criminis illius, quod ipsi volunt transgressores subditos incurrere, sed rationabilis intentio, qualem sic mandantes rationabiliter habere consueuerunt in rebus de se indifferentibus ad talem uel talem finem conducentibus est, quæ obligationem constituit. Atque ita mandans per iuramentum, vel sub iuramento, vt omnes adsint congregationi, intelligitur mandatum ciuiliter, vt videlicet sub pœna violatori iuramenti debita, intimata, & comminata, quæ & digna est inferri contemnentibus omnes compareant.

Quæstio cum argumento.

Quemadmodum mandata quędam & statuta sub excommunicationis pœna, non ipso facto illata, sed comminata & intimata, vt inferenda non semper obligant transgressores illorum statutorum sub reatu criminis seu peccati mortalis. Ius decreuit clericum, qui comam nutrit, esse excommunicādum, capitulo Si quis, De vita & honestate Clericorum, & .23. distin. Si quis. Sed non ob hoc mox iudicandus est clericus peccare mortaliter, si comam habeat laxiorem, qui si monitus, contumax manserit, tam propter contumaciam & cō

Universidad de Deusto
Biblioteca

temptum excommunicetur. Sic & in materia propoſita, rector ipſe mandans conuocationi ſuę generali, plærumque adiicit huiuſcemodi clauſulas generales, per iuramentum, vt ipſi ſint memores iuramenti præſtiti, & non contemnāt, neq; ipſum præcipientem, neq; pręceptum illius, interim occupati aliquo exercitio laudabili, ut ſciant ſe abſq; graui culpa nō poſſe huiuſcemodi mādata contemnere, neq; poſſe abeſſe pro qualibet cauſa quantūuis leui. Huiuſcemodi enī congregationes generales, cum ſint inſtitutæ ad orandum pro proſpero ſucceſſu vniuerſitatum, aut ad orādum pro fautoribus, & fundatoribus earundem, & ad terminādum cauſas concernentes honorem & priuilegia vniuerſitatis, ad corrigendum exceſſus & defectus ſuppoſitorum, ac miniſtrorum. Inſuper ad adferendum honorem rectori, & decorem vniuerſitati. Ad huiuſcemodi autem fines ſeu vtilitates maxime promouentur vniuerſitates, dum omnes ſaltem in vniuerſitate perſonę notabiles ad generale rectoris mandatum ſeſe præſentes exhibere ſtudent, ideo males ſine cauſa ſubtrahentes ſuas præſentias, regulariter non ſunt ab omni culpa immunes, pręcipue venīali. Secus autem dum rector ſigillatim ſingulos vocari facit pro cauſis & negotijs arduis, quæ merito exigunt præſentias, conſenſus, conſilia, & deliberationes ſingulorum non habentium legitimam abeſſendi cauſam, quia tum poſſet contingere mortalis culpa, etiam in eo qui ſine cōtemptu mandatum pręterit, ſicuti patebit in articulo ſequenti. Tertia Propoſitio.

De congregationibus a Rectore indictis.

Tertia propoſitio.

Humana mandata, & ſtatuta, ſeu decreta, etiam vniuerſaliter prolata, nunq; ita generaliter & abſolute intelligūtur, quin interpretationes, conditiones, & ciuiles intelligentias ſuſcipiant, prout ſapiens recte iudicabit, ſicuti & iuramentum appoſitum in aliqua obligatione, uel in contractu recipit omnes ſubauditiones, conditiones, vel limitationes, quas habet ille contractus. Vnde papa in capitulo pri. de iuramento, lib. 6. Iuramenta ſub quacumq; generalitate pręſtita, vel præſtanda ſuper ſtatutis, vel conſuetudinibus ſeruandis, ab his, quę ad aliquam communitatem, uel ad collegiū recipiuntur, declaramus ad licita poſſibilia, & libertati eccleſia-

ſiaſticæ non obuiantia tantum extendi, & ad ea duntaxat iurantium debet referri intentio. Verum hic ſciendum, quod ſi inter ſtatuta ſcripta fuerint aliqua licita, quę per nō vſum in diſſuetudinem abierunt, hęc non intelliguntur comprehenſa ſub generali noīe ſtatuti, quin cōſtitutio p cōſuetudinē abolita, nō amplius habet vim ſtatuti, & ideo nō ligat. Intētioq; ſic generaliter iurantis referenda eſt dūtaxat ad licita, non ad abolita. Quod ſi ſpecialiter & noīatim ſingula ſtatuta legantur, & inter expreſſa ponantur aliqua illicita, aut libertati eccleſiaſticę obuiantia, aut etiam abolita ſuper quę ſeruanda, feratur ipſius iurantis intentio, iam grauiter peccauit ſic expreſſe iurans ſcienter illicita, & in licitis q̄q; abolitis ſeruare deberet iuramentum, cuius non in illicitis. Vnde canonicus recipiendus, iurans expreſſe ſeſe non ſeruaturum in domo concubinam, aut ſuſpectam mulierem, renūciansq; ex nunc, prout ex tunc fructibus præbendæ ceſſuris, iuranſq; ſe non recepturum eoſdem infra tempus, quo monitus, non eiecerit mulierem illam de domo habitationis ſuæ, tenetur uigore iuramenti pręſtiti non ſolam concubinā aut mulierem ſuſpectam eiicere, ſed & fructus non recipere, incurritq; graue periurii crimen, aliter faciens, q̄ ſtatutum ſic iuratum habet, quantumuis tale ſtatutum non fuerit in uſu & in obſeruantia. Neq; poſſunt canonici hac in parte ſibi inuicem hoc iuramentum relaxare, cuius enim iuramentum concernens ſolummodo priuatarum perſonarum commoda poſſit ex illorum conſenſu relaxari, iuramentum tamen concernens diuinum cultum & honorem, nequaquā poteſt relaxari ab his quibus eſt pręſtitum, veluti ſi duo clerici ſibi iurauerunt, quod religionē intrabunt, vel certa pſalteria & orationes dicāt pro defunctis, vel ſi duo mercatores ſibi iurauerūt, quod dabūt tertiam partem lucri pauperib⁹. Hic iam ſi obiecēris ſtatuta per collegia aut vniuerſitates cōdita poſſunt rurſus per eadem collegia, aut eaſdem vniuerſitates tolli. Iuramentum autem de ſeruandis ſtatutis non obligat, niſi remanentibus ſtatutis. Videtur ergo quod ſublatis ſtatutis tollatur & obligatio iuramenti, quo iurauerūt ſeruare ſtatuta, atq; ita videbitur ſequi, quod is, qui iurauit ſeruare

De iuramento ſuper ſtatutis ſeruandis.

Canonicus iurans ſeruare ſtatutū de non tenenda mulire ſuſpecta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruare statutum de non tenendo in domo mulerem suspectã & de non recipiendis fructibus, liber sit a vinculo iuramenti per non vsum statuti aut per consensum capituli tolentis statutum illud. Soluio. Respondeo quod totum articulum cõcludit vsq; ad vltimam consequentiam exclusiue, cuius enim obligatio iuramenti præstiti de seruandis statutis in genere non obliget nisi remanentibus statutis, obligatio tamen orta vigore iuramenti specialiter facti super materiam specialem hanc videlicet eijcere e domo, aut non tenere concubinã remanet etiam ablato statuto, neq; auferri potest p canones, quibus prestitum est iuramentum. Sic & in iuramentis cæteris, quibus homines sibi mutuo iurant id ad quod tenentur diuino iure, veluti si mercatores sibi mutuo iurent, quod non falsificabũt merces, nec contractus monopolos, aut vsurarios exercebunt sub obligatione dandi pauperibus pretia rerum sic illicite venditarum. Sic & in proposito canonici sibi mutuo iurantes, quod non sint seruaturi in domo concubinas sub obligatione in vsum pium dispensandi omnes fructus tempore concubinatus cessuros, non possent sibi mutuo huiuscemodi iuramentum relaxare. Quarta ꝓpoſitio. Quarta propositio ex superioribus manifesta, quemadmodum regum & sæcularium iudicum est dare præcepta, seu imponere leges aut statuta, de his quæ conducunt ad communem vtilitatem rei publicę in temporalibus. Ita pontificum & spiritualium iudicum est condere, seu imponere leges, de his quæ pertinent ad communem vtilitatem fidelis populi in spiritualibus.

Vnde in rebus domesticis pater est superior. In rebus autẽ mundanis ad rempub. huius sæculi pertinentibus & in rebus bellicis dux est præfectus. In rebus autem spiritualibus & in causis pertinentibus ad custodiam fidei & Christiani cultꝰ superior ẽ episcopus. Proinde in publicis locis, muneribus, & actiõibus patrũ iura cũ potestatibꝰ filiorum, qui sunt in magistratu, collata intergescere paululũ & conniuere oportet, debetq; tũ pater cedere filio, ac illi locũ dare magis honorabilẽ, sed cũ extra remp. in re domestica, aut in conuiuio familiari sedetur, discumbitur, aut ambulatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatum publi-

publicas honores cessare oportet, & congruit tum filio etiam principi aut duci ac regi dare locum honorabilem patri. De officio liberorum erga parentes tractans Aulus Gellius libro tertio noctium Atticarum secundum philosophiam moralem tradit philosophos docere in quibusdam parendum esse patri, in quibusdam vero non esse parendum. Omnia quę in rebus humanis fiunt aut honesta sunt, aut turpia, aut media seu indifferẽtia. Honesta sunt, quæ sua vi recta sunt, vt fidem colere, patriam defendere, amicos diligere. Hęc inquiunt, fieri oportet, siue imperet pater siue non imperet, sed quę his contraria sunt, quæq; turpia, & omnino iniqua sunt ea, inquiunt, oportet non fieri etiam si iubeat, vel prohibeat pater. Quę vero media sunt seu indifferentia sunt ea quę p semetipsa, neq; honesta sunt, neque turpia vt in militiam ire, rus colere, causas defendere, vxorem ducere, & in his atq; similibus censent patri esse parendum, nisi accesserit turpitudinis conditio, veluti, si pater iusserit filio ducere vxorem infamem & criminosam, vel causas proꝓhostibꝰ publicis rei pub. & tyrannis inimicis dicere. De officio liberorum erga parẽtes Aulus Gellius.

Et quia scripturę sacrę de huiuscemodi obedientia vniuersaliter loquuntur tradentes in omnibus parentibus, & sublimiori potestati esse obediendum congruit hoc in loco aperire harum scripturarum intellectum. Sciendum ergo est quod locutiones scripturæ sacrę vniuersales, quibus significatur huic vel illi in omnibus esse obediendum, intelligendæ sunt non vt comprehendant oĩa absolute simpliciter, sed omnia secundũ materiam subiectam. Verbi gra, cum Paulus dicit, Mulieres viris suis subiectę sint in omnibus, ad Ephesios quinto. Filij obedite parentibus vestris per omnia, ad Colloſſen. 4. Serui obedite dominis carnalibus cum omni timore. Item ad Titum, Admone seruos dominis suis subditos in omnibus esse. Serui subiecti estote ĩ omni tpe. His et id genꝰ aliis scripturę sacrę documentis nõ significatur, quod mulier & filius & serui in oĩbus etiã licitis debẽt obedire, siqdẽ multa sũt licita in qbus vir & mulier ad paria iudicãtur, etiã filius nõ tenetur obedire patri pręcipiẽti, vt monasteriũ intret, aut matrimonium contrahat, aut ieiunet illis vel illis diebus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolus ergo cū dicit, Filij obedite parentibus per omnia, intelligit per oīa, ad quæ ius paternum sese extendit, vtpote in his, quę pertinent ad dispensationem domus, & ad erudi tionem ac disciplinam morum pręcipue pertinentium ad ca uendum transgressiones legum superiorum, de hoc infra la tius cum de obedientia tractabitur. Ita quod Christus dicit ad Petrum. Quodcumq; ligaueris & c. non est intelligen dum omne ligamen, vinculum, seu pręceptum, aut legem pa pæ obligare, sed quodcumq; ad ędificationem ecclesiæ perti net. Sic & locutiones vniuersales etiam in alijs sunt accipiē dę, veluti charitas omnia credit, omnia suffert, omnia sperat, charitas credit omnia quæ secundum regulas Christianę fi dei credenda sunt. Suffert omnia, quæ secundum virtutem patientię tolerari debēt. Quinta propositio. In obser uatione humani præcepti duplex virtus inuenitur. V na est obedientia, veluti cum homo vult pręceptis superiorum obe dire, et huic virtuti contrarium est nolle obedire quod est p prie contemnere, & semper mortale peccatum.

Quinta ꝓpositio.

Ex duplici uirtute cōtingit custodire humanum præce pum.

Alia aūt virtus in obseruatione humani præcepti est vel abstinentia, vt in pręcepto ieiunij, uel actus religionis, vt in præcepto sanctificandi diem festum, vel actus iustitię, vt in præcepto soluendi tributa & vectigalia, vel actus fortitudi nis, vt in pręcepto bellandi pro necessitate reipu. V nde legi slatoris prius est constituere, atq; considerare actus quate nus boni sunt, aut praui, ēq; pręcipere aut prohibere illos. Siquidē lex positiua præcipiens, aut prohibens actus ex his quæ sunt in se indifferentia facit actus illos esse aut in præ cepto, aut in prohibitione constituens eosdem, vt sint actus huius vel illius virtutis, quemadmodum patet ex doctrina Augustini in epistola ad Casulanum, & in epistola ad inqui sitiones Ianuarij. Opus quod naturali aut diuino iure est indifferēs accedente sola prohibitione aut consuetudine hu mana fit pręceptum. Quemadmodum lex ieiunij facit ab stinentiam esse actum pręcepti temperantię. Lex sanctifi candi diem festum, præcipiens audire missam & abstinere a seruili ope facit actus illos esse virtutis latrię. Lex pręcipiēs solutionē vectigalis ponit actum illum sub virtute iustitiæ, vnde

vnde vnum & idem opus extremum potest esse actus diuer sarum virtutū, quemadmodum dare decimam potest esse a ctus religionis, potest esse actus iustitiæ, potest & esse actus virtutis obedientię. Atq; ita sit vt in humani pręcepti viola tiōe plęrumq; duo vitia reperiantur, vnum inobedientia for malis, id est, nolle obedire, vel contemnere pręceptum aut pręceptorem. Alterum vero executio operis humana le ge vetiti, aut omissio operis humana lege pręcepti. & tale peccatum alicui virtuti speciali est oppositum, & est aut gulositas aut sacrilegiū, aut iniustitia aut timiditas, faciēs in prelio fugere cum oporteat in certamine fortiter stare & pro iustitia agonizare vsq; ad mortem. Vnde sequitur duplicē esse modum transgrediendi humanum pręceptum, scilicet vel ex inobediētia seu contemptu aut legis, aut legislatoris, vel ex affectione faciendi actum, qui videtur lege illa pro hibitus, aut ex negligentia qua omittit actum, quem opor tuit facere, omittit inq; qa actus ille lege pręceptus, aut difficilis est, aut molestus, aut ex alio quouis respectu. Transgres sionem humani præcepti secundum priorem transgredien di modum videlicet ex contemptu esse mortale peccatum pa ret ex doctrina Pauli dicentis. Qui potestati resistunt, ipsi si bi damnationem acquirūt, ad Romanos. 13. Item primi re gum capite. 15. quasi scelus Idololatrię est nolle acquiesce re. Et in hoc consentiūt doctores vniuersi, quod uidelicet ex contemptu violare humanum præceptum semper est crimi nale peccatum. Nam ipse huiusmodi contemptus secundū suam speciem est criminale peccatum etiam pro tempo re, quo quis ad executiōem humanę legis non obligatur tā etsi possit esse cōtemptus quidā surreptitius veluti primus, seu leuis quidā inobedientiæ motus, qui solū sit venialis cul pa. Transgressionem vero humani pręcepti secundum posteriorem transgrediendi modum non sem per esse mortale peccatum, sed interdum veniale solum, interdū etiam nullum, iam est declaran dum.

Bifariam cōtingit transgredi humanum præceptum.

Ex cōtemptu transgredi mandatū humanum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Sequitur quartum huius partis membrũ siue articulus quartus, in quo ex supra dictis propositionibus inferuntur aliquot conclusiones corollariæ, de æquitate & iniquitate humanorũ statutorum & mãdatorum.*

QVIA ex singularibus multis expetimento cognitis, facilius intelligimus vniuersalia, operę prętium est in hoc articulo ex supradictis propositionibus inferre conclusiones quasdam corrolarias de mãdatis humanis particularibus, veluti sunt mandata ac statuta sęcularium principum aut iudicum in personas ecclesiasticas & res ipsarum, mandataq; eorũdem iubentium soluere vectigalia, tributa, & pedagia, aut iubentium ire ad bella, aut iubentiũ ministris suis occidere quemq;, mandata insuper pontificũ pręcipientium pastoribus seu iudicibus sub se positis, quatenus aut a communione separent, vel excommunicent personam literis suis designatam, aut crimen sibi cognitum de se, vel de alijs reuelent, mandata insuper ecclesię, ratione excommunicationis latę sententię, qua præcipitur nobis vitare & fugere communionem eius, qui excommunicatus est, mandata in sententijs iudicum, siue sæcularium, siue ecclesiasticorum expressa. In his enim particularibus, si cognouerimus, quomodo sit obediendum, & quomodo interdum etiam non obediendum, & quonam pacto sint iusta & interdum etiam iniqua & iniusta, facilius poterimus deprehendere transgressionem humani status seu mandati, interdũ esse mortale peccatum interdum autẽ veniale, interdum etiam nullum. Primum igitur ex supradictis sequitur, iniqua esse mãdata ac statuta eorum, qui statuunt, prohibẽt, aut mandant quippiam contra ecclesiasticã libertatem. Huiusce modi sunt statuta seu mandata principum seu sæcularium potestatum, vel magistratuũ prohibentium ne quippiam possit donari aut legari ecclesiæ seu ecclesiasticis personis

De statutis contra libertatem ecclesiasticam.

nis in augmentum diuini cultus seu religionis Christianæ, aut prohibẽtium laicis ne decimas clericis soluant, vel ne ad oblationes veniãt, neue obediant aut pareant citationibus, seu sententijs iudicum ecclesiasticorum in rebus & ecclesiasticis causis. Insuper iniqua & contra libertatẽ ecclesiasticam sunt mandata eorum, qui aut prohibent sacerdotib⁹ ne excommunicent, seu excommunicatos denuncient laicos cõtumaces, quiue cogunt episcopos & ecclesiasticos iudices, vt excõmunicatos ab excõmunicatiõe absoluãt, vel sentẽtiã excomunicationis cassẽt, reuocent & retractẽt, vel qui in locis interdicto suppositis quempiam celebrare cogunt, vel qui prohibent excommunicatis ne exeant de ecclesijs dum diuina celebrantur. Super omnia vero abusus est maximus & intolerabilis per eos, qui ecclesiastica bona in augmentũ diuini cultus & in pium vsum pro miserabilibus personis designata authoritate laica magis grauant, & onerant, cũ si eadem bona essent prophana & nõ fuissent ad piũ illũ vsum destinata. De statutis cõtra libertatẽ ecclesiasticã editis iquit Honorius papa tertius ī capit. Nouerit de sentẽtia excõmunicationis. Excommunicamus omnes hæreticos vtriusq; sexus quocumq; nomine censeantur & fautor ac receptores ac defensores eorum, nec non, & eos qui de cætero seruari fecerunt statuta edita & consuetudines, vel potius abusiones introductas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capitularibus suis, id est, de libris suis infra duos menses post huiusmodi publicationẽ fecerit aboleri. Excommunicamus quoq; statutores et scriptores statutorũ, nec nõ potestates, & consules, rectores, & consiliarios locorum, vbi de cætero huiusce modi statuta vel consuetudines fuerint edita vel obseruata, nec non & illos, qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publica forma scribere iudicata, hactenus ille.

Aliud libertas Christiana, aliud libertas ecclesiastica.

Verũ hic sciendum aliud esse libertatem ecclesiasticam, aliud vero libertatem Christianam seu libertatem ecclesiæ communis clero & laico. Nam libertas ecclesiastica est immunitas illa, secundum quam personę ecclesiasticę, et res ecclesię sunt ex iure diuino aut humano aut ex priuilegio immunes, et exemptę a sęcularium iudicũ potestatibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, iurisdictionibus, tribunalibus, vectigalibus, & tributis impositis, aut imponendis a tẽporalibus principibus seu iudicijs, quemadmodum tractant doctores in capitulo, Aduersus, de immunitate ecclesiastica, atq; ita libertas ecclesiastica facit personas ecclesiasticas immunes, seu liberas & exemptas a legibus & exactionibus sæcularium principum, aut magistratuum. Libertas vero Christiana non facit Christianos ab huiusmodi legibus liberos & immunes.

De statutis et mãdatis iniquis reprobatis per bullam in in cœna domini.

Multa autem statuta & mandata contra ecclesiasticam libertatẽ, specialiter explicat bulla in cœna domini, in qua decernuntur iniqua esse mandata & statuta eorum qui statuunt, prohibent, aut mandant, ne literis Apostolicæ sedis, & legatorum, ac nunciorum & iudicum delegatorum eiusdem, gratiam vel iusticiam concernentibus, decretisq; super illis ac cæteris iudicatis, processibus & executorialibus, nõ habito primum eorũ beneplacito, & assensu pareatur. quiue sub grauissimis pœnis statuere & mandare prẽsumunt, ne tabelliones & notarii super huiusmodi literarum ac processuum executione instrumenta vel acta conficiant, aut confecta parti, cuius interest, tradant, quiue res ecclesiæ, quatenus ecclesiæ sunt iurisdictiones, prouentus, & redditus vsurpant, arripiunt, aut sequestrant, vel qui per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem prẽstare non verentur, cuiuscũq; prẽeminentiẽ & dignitatis fuerint.

Iniqua sæcularium principũ mãdata, iubẽtium ne literis Apostolicis pareatur, neue literæ executioni mandẽtur.

Rursus iniqua sunt mandata eorum, qui statuunt, inhibent, aut mandant, ne quis executioni mandet ullas literas Apostolicas, etiam in forma breuis gratiam aut iusticiam cõcernentes, vel citationes, & executoriales Apostolicas sine ipsorum mandantium, aut principum beneplacito & examine, vel qui incarcerant, detinent, aut incarcerari & detineri faciunt, literarum & citationum Apostolicarum executores, vel qui seipsos constituunt iudices ecclesiasticarum personarum, vocantes illas directe vel indirecte ad suum tribunal, aut ad instantiam cancellariæ, vel parlamenti prẽter cõmunem iuris dispositionem, vel qui fuerint vicecancellarii, aut consiliarii ordinarii, vel extraordinarii, vel etiam qui fuerint Archiepiscopi vel episcopi autoritate laicali impediẽtes cau-

tes causas Apostolicas, bñficiales, aut spirituales, & sese de illarum congnitione, tanquam iudices intromittentes vel cõpellẽtes ad reuocandũ. Isti sũt casus bullę in cœna domini, secundum quos ęculares potestates mãdantes, aut statuẽtes, non solummodo grauiter peccant, offendentes libertatem ecclesiasticam, verum & papalem excommunicationẽ incidũt ipso facto. Quatenus autẽ sciamus an huiuscemodi mandata sint contra ius diuinum, dignaq; sint tam graui excommunicationis cẽsura, reseruata soli sedi Apostolicæ.

Hic sciẽdum est, quod aliud est potestatem sæcularem absolute mandare, aut constituere, ne quisquam pareat vllis literis Apostolicis iusticiam aut gratiam concernẽtibus, aut ne executioni mandet easdem. Aliud vero est potestatẽ sæcularem mandare, aut constituere, vt sine suo beneplacito & examine nemo pareat huiusmodi literis, neq; executioni mandet easdẽ. Nam primum cum sit directe contra potestatem seu libertatem ecclesiasticam, est eam prorsus tollere & extinguere, neq; potest fieri absq; contẽptu ecclesiasticæ potestatis, neq; potest ex ipsius pontificis priuilegio conuenire regi, aut sæculari potestati. Secundum autem videtur posse fieri absq; contemptu potestatis ecclesiasticæ, & absq; iniuria, aut odio, aut grauamine seu prẽiudicio ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ sedis Apostolicæ, vel literarum eiusdem. Potest enim contingere, quod princeps quispiam, aut ex priuilegio seu commissione papæ hoc faciat, sicuti Carolus Imperator habuit ex priuilegio synodi, ne sine suo consensu inuestiretur vel consecraretur episcopus, aut ex causa rationabili secundum congruentiam loci & temporis ad sic statuendum atq; mandandum moueatur propter abusus tollendos, ne præficiantur extranei, aut inidonei, qui vel per nimiam importunitatem, falsasq; suggestiones literas Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti volũt ad oppressiones pauperum, qui alioqui sub prẽtextu literarum Apostolicarum longis litibus, grauibusq; sumptibus vexari possent, non quod potestas sęcularis velit sibi aut iudiciũ ecclesiasticarum rerum vsurpare, aut viros idoneos autoritate Apostolica institutos impedire, aut sup-

De mãdatis sæcularium principũ, iubentium, ne literæ Apostolicæ absq; ipsorũ cõsensu executioi mandentur.

illorũ

illorum idoneitate iudcium sumere, sed quod velit ad edificationem reipub. statum ecclesiasticum promouere. Vnde quotidie cernimꝰ prelatos et alios disputare de mãdatis, de rescriptis, ac literis papæ, quæ tangũt ecclesiastica negotia, collationes bñficiorũ, prębendarũ, & dignitatũ. De omnibus literis & mandatis papę præsumendum quidem est quod eis oporteat obedire, modo constet an cõstare debeat tales reuera esse literas a sede Apostolica emanatas, subsistentibus etiam rationibus & causis, quibus ipse papa verisimiliter motus inductus est ad precipiendum. Et ideo non debet ista præsumptio tam violenta esse, vt non liceat huiuscemodi mandata etiam verissime emanata a sancta sede Apostolica examinare & inuestigare sollicite, an eis oporteat obedire, tametsi hoc maxime pertineat ad iudices ecclesiasticos, quibus huiuscemodi literæ mandatorum Apostolicorũ diriguntur, vt patet ex capitulo siquando, de rescriptis vbi papa Alexander tertius patienter, inquit sustinebimꝰ si non feceris quod praua nobis suggestione fuerat insinuatum. Vnde & sententia papę circa fidem tanta consilij moderatione concipi debet tantaq; maturitate patientiæ decoqui & tanta deliberationis grauitate proferri, vt omnino recta sit credenda, verũ quia papa quatenus homo talem modum deliberationis circa ea quę sunt fidei potest omittere & inniti proprio sensui proprięq; prudentiæ, idcireo etiam plęrumq; liceret examinare literas mandatorum papę definientis aliquid credẽdum esse aut fide tenẽdum. Verum quia his nostris sæculis insurrexerũt hostes ecclesię aduersãtes cathedrę Petri, qui indignis contumelijs ecclesiasticam potestatẽ reddiderunt cõtẽptibilem apud vniuersũ ferme plebẽ docẽtes huiuscemodi ecclesiasticæ potestatis amplitudinem ex iure diuino sese extendere solum ad docendum viam salutis æternę & ad arguendum & corripiendum peccatores & ad remittendum, ac retinendũ peccata secundũ modũ quem ipsi confingunt, & ad dispensandum Christi sacramenta. Ampliorẽ potestatem, quæ est in vsu libertatis seu immunitatis ecclesiasticarum personarum ac rerum ecclesię & in coercendis hominibus contumacibus & in dispensandis ac conferendis ac instituen

stituendis ecclesiasticis beneficijs, episcopatibus, dignitatibus, & officijs, papam acquisijsse potestatem non ex vlla concessione Christi, sed vel ex consuetudine per violentiam quãdam, aut per vsurpationem, aut per spontaneum consensum populi introducta, vel ex sola dispositione positiui iuris ab eodem papa editi in fauorem cleri, vel ex priuilegijs, aut donationibus sæcularium principũ. Ideo ad amplius intelligendum quonam pacto quisq; secundum huiuscemodi res in foro conscięntiæ teneatur ex iure diuino papę obedire & parere mandatis expressis in literis Apostolicis ex superioribus ad memoriam est reuocandum. Quemadmodum distinctio potestatis, seu iurisdictionis ecclesiasticę a potestate, seu iurisdictione sęculari ex diuino iure est & a Christo instituta, ita distinctio fori seu tribunalis sęcularis a foro spiritalis tribunalis non est inuenta, neq; per solas hominum constitutiones, neq; per imperatores, neq; per consuetudinem introducta, sed est a Christo instituta et insinuata, Matthęi. 16. Tibi dabo claues & c̃. Quodcumq; ligaueris, & c̃. & Matthæi. 18. Quęcumq; alligaueritis & c̃. Si ecclesiam non audierit, sit tibi & c̃. Ioãnis vltimo. Pasce oues meas. Ad Cęsarem nusq; dicit, Tibi dabo claues regni cœlorũ & c̃. Quodcumq; ligaueris & cæt. Quorum remiseritis peccata et cęt.

Distinctio fori tribunalis ecclesiastici a foro tribunalis sæcularis.

Vnde sequitur papalem potestatem ac iurisdictionem super omnia ecclesiæ membra ex iure diuino esse sæculari potestati seu imperiali iurisdictioni prælata, atq; prefecta, tametsi imperialis potestas non sit a papa ex concessione diuina. Nam & priusq; veniret Christus, iam erat Romanum imperium, quod & ipse Christus in euangelio approbans, Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris Cesari, & quæ sunt dei deo, & Apostolus Paulus. Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita, & infra. Non enim sine causa gladium portant, ministri enim dei sunt. Nam propter hoc ipsum tributa prestatis. Christus autem cum prefecit Petrum vniuersali ecclesiæ pastorem, dans ei potestatem super omnia ecclesiæ membra, super omnes oues suas, non super has aut illas, sed indistincte & generaliter loquens eidem, Pasce oues meas, non simul dedit illi imperium temporale super vniuer-

Imperialis iurisdictio nõ est a papa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sam ecclesiam, neq; enim abstulit imperatoribus, aut regib⁹ sua regna, vel imperia, neq; itē voluit, quod omnis potestas regalis perinde atq; ecclesiastica debeat deriuari, & descendere ex potestate Petri, tanq; reges & principes sęculi ex cō cessione Christi & diuini iuris teneantur a papa acquirere ac possidere sua regna, vt feudū ipsius ecclesię.

Quod autem omnis potestas sæcularis etiam imperialis sit in spiritualibus subiecta papali potestati patet. Nam si Petrus & omnis successor illius ex hoc ipso quod efficitur papa, sit iure diuino vniuersalis ecclesię pastor, quemadmodū ex scripturis est demonstratum, consequens est quod omnis homo lauachro baptismi regeneratus, cuiuscumq; ttatus, aut conditionis fuerit, ex diuino iure est ouis papæ. Si ouis, ergo subijcitur constitutionibus, ac legibus illius, atq; ita non est in terra potestas vlla quę posset autoritate ordinaria, secundum tribunal exterioris fori iudicare papam q̄diu certū est ipsum esse papam. Si vero probabilis quęstio vertatur an ipse sit papa, iam definitio ad ecclesiam deuoluitur, verumtamen & ipse manens papa potest seipsum alteri subijcere iudicandum, non vt occidatur aut criminaliter puniatur, aut excommunicetur, Nempe tales pœnas non potest sibimet ipsi inferre, sed vt restituat et reparet quod damnificauit.

Longe errāt putantes ecclesiasticam libertatem esse ex solo priuilegio principis aut imperatoris.

Proinde longe a veritate euangelica aberrant, qui putāt ecclesiasticū ordinē acgsijsse immunitatē hāc seu libertatem ecclesiasticam habere, a sola potestate sæcularis iudicis, aut ex priuilegio Cęsaris aut regis, aut esse ad nutum Cęsaris reuocabilem. Nam sicuti probatum est, non ex sola ordinatione humana, sed & diuina constitutione duæ sunt in ecclesia potestates ac iurisdictiones, sæcularis videlicet et spiritualis, quę designantur duobus gladijs, de quibus dicēti Petro, Ecce duo gladij hic, dominus respondit, sufficit. Spiritualis potestas super omnia ecclesiæ membra, vt iam patuit plane insinuatur Matthęi. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumq; ligaueris & c. quod sane ligare est gladium iurisdictionis eijciendi foras homines contumaces, vt patet Matthæi. 18. vbi eadem verba ad illum sensū a Christo pluraliter ad omnes dicuntur Apostolos, Item Ioannis

annis. 21. Pasce oues meas, id est, sis pastor ouium mearum. Officium autem pastoris non solum est docere, et panē verbi dei dispensare, sed est & oues custodire a lupis, & educere in pascua, & morbidas, ac cōtagiosas ab ouili separare, & aduersarios coercere, errantes reducere & in virga disciplinæ corrigere, ouibusq; illis, quibus se pręsentem exhibere non potest, pastores dignos pręficere, & ea quæ sunt ad lucrum fidei & charitatis, et ad augmētum diuini cultus ordinare in ecclesiasticis spiritualibusq; officijs, ac ministerijs. Super hæc omnia intelligitur Petro potestas data a Christo dum pręficitur vniuersalis ecclesiæ pastor. Interrogātibus ergo, vbi nam in scripturis data est papę vniuersalis potestas super episcopatus ordinandos & instituendos, sup officia & beneficia ecclesiastica conferenda, aut instituēda. Respondendum est in eo præsertim loco data intelligitur huiuscemodi potestas, vbi Christus pręfecit Petrum vniuersarum ouium suarum pastorem. Illic enim datę sunt Petro tanq; Christi vicario, & in illo omnibus successoribus eius, potestates exercendi omnia pastoris officia super vniuersas & singulas Christi oues. Et istę sunt claues regni cœlorū Petro datę, quæ nequaq; ab homine, aut a sęculari potestate, sed a Christo datę sunt ac instituę, atq; ita mediator noster Christus actibus propris, vt inquit Cyprianus, vtriusq; potestatis officia discreuit, vt vna diuinis & spiritualibus reb⁹, atq; psonis, altera, pphanis ac mūdanis p̄sideret. Habes de hoc decreta patrū. 96. di. vñ, di. 11. ca. Qm̄ sic habet text⁹, Mediator dei & hominū Iesus Christus sic actib⁹ ppijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusq; ppria discreuit, volēs medicinali humilitate hominū corda sursū efferri nō humana superbia rursus in inferiora demergi vt etiā Christiani imperatores p̄ eterna vita pontificib⁹ indigerēt, & pōtifices p̄ cursu tantūmodo tpaliū rerū imperialib⁹ legibus vterēt, quatenus spūalis actio a carnalibus distaret incursibus. Et deo militās minime sęcularibus negotijs sese implicaret, ac vicissi ne illi diuinis rebus pręsideret, qui esset sæcularibus negotijs implicatus. Hactenus Cypriani decretū. En plane vides Christum decreuisse vtriusq; potestatis officia. Distinctio igitur ecclesiasticæ po-

Officia pastoris, quæ sint.

Pascere oues quid sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

testatis papalis a potestate sæculari ac imperiali est iure diuino facta. Ex his igitur liquidum est papã in quantum vicarius est Christi & sucessor beati Petri præter potestatem cognoscendi pœnitentium peccata in foro conscietię, pœnitentiãq; illis debitam iniungendi habere etiam a Christo potestatem seu iurisdictionem in foro exteriori excommunicandi seu a consortio ecclesiæ segregandi homines contumaces. Atq; ita præceptis quibusdam ligãdi, quibus vitare excommunicatos teneamur, & supra hæc etiam potestatem ordinandi ac instituẽdi ecclesiæ ministros, clericos, presbyteros, pastores, episcopos per singulas prouincias aut ciuitates, & ideo ex iure diuino sęcularem potestatem oportere literis seu mandatis Apostolicis disponentibus in rebus huiusmodi, obedire. Imperialem insuper potestatem nullam habere de huiusmodi rebus disponendi facultatem, nisi vel in fauorẽ seu defensionem ecclesiasticæ potestatis, vel secundum consensum eiusdem in his officijs, quę possunt sęculari potestati conuenire, in quibus & potestas sæcularis tenetur suũ ministerium cum opus fuerit ecclesiæ impartiri.

Christus discreuit officia potestatis ecclesiasticæ ab offici jjs potestatis sæcularis.

Longe itaq; aberrant, qui existimant claues regni cœlorum Petro datas, solum esse in potestate docendi viam regni cœlorum, seu interpretandi scripturas, & in potestate baptizandi, aliaue sacramenta ministrandi & discernendi inter lepram & non lepram. Nam & præter hæc sunt claues, etiã ad alia iurisdictionis spiritualis exercitia, & ad alia etiam spiritualia officia disponendi de rebus & personis ecclesiasticis constituendi per loca & ciuitates episcopos & pastores. Vnde duæ solent destingui ecclesiæ claues. Vna est clauis scientiæ, quę est autoritas iudicialiter cognoscendi inter lepram & non lepram, & id quidem tam in interiori, q̃ exteriori foro. Alia est clauis potestatis, per quam secũdum conditionem tribunalis tam interioris, q̃ exterioris, ex actis iudicialiter cognitis soluit vel ligat, absoluit vel condemnat pœnitentes vel impœnitentes, secundum peccatorum varietates, quas audiuit. Sub hac claue potestatis continentur omnia pastoralis curæ officia in disponendis & ordinãdis ecclesię ministris, ad officia ecclesiastica, ad curas, ad episcopa

Error quorundam de clauibus regni cœlorũ Petro datis

scopatus, cæteraq; alia disponendi ad dei cultũ, & fidei Christianę lucrum, custodiam, vel augmentum.

Quis igitur ecclesiasticæ personę habeant temporalia prædia, iuraq;, oblationes, & decimas ex donatione principum sęcularium q; personarum, & ex constitutionibus ecclesiæ positiuis, statuentibus decimarum quotam, potestas tamen ecclesiastica ex concessione Christi, facultatẽ habet exigendi a laicis bona temporalia in stipendium vitę, pro ecclesiæ ministris. Facultatem insuper habet disponendi de bonis illis temporalibus ecclesię collatis, & ad diuinum cultum deputatis. Potestas igitur ecclesiastica, si ratione spiritualis curæ ex iure diuino facultatem habeat disponendi, ordinandi, & dispensandi de possessionibus ecclesiæ deputatis pro spiritualibus officijs, si ius quoq; habeat exigendi & petendi temporalia bona ex concessione Christi, qui, vt inqt Paulus, ordinauit his, qui altario seruiunt de altario viuere, & qui euangelium nunciat, viuere de euangelio, consequẽs est contra ecclesiasticam libertatem iure diuino datam, facere non cum solummodo, qui impedit aut prohibet euangeliũ salutis prędicari, aut homines baptizari, aut sacramenta eis ministrari, vel ne quis obediat mandatis papę, aut exequutioni mandet literas eiusdem, dum ligat aut soluit secundũ ecclesię claues a peccatis, a censuris ecclesiasticis, sed eũ etiã qui prohibet laicis ne prębent ministris ecclesię ea, quæ spectant ad sustentationem vitæ, neue mandatis papę pareant, vel executioni mandent literas eius disponentis de beneficijs & officijs ecclesiasticis instituendis aut conferendis.

Ad quæ ecclesiastica potestas ex iure diuino sese extendit.

Verũtamẽ personis ecclesiasticis male dispẽsantibus bona tpalia ex testamento principis ecclesiæ relicta, potest princeps mittere manus in bona illorũ, ad cogendũ illos, vt bene dispensent illa secundũ cõditiones & causas expressas in testamento. Potuerunt enĩ principes dotando ecclesiam, partẽ dominij retinere in huiusmodi bonis & eatenus debẽt ecclesiastici principibus rõem reddere, quatenus in illis donatis potestatẽ sibi retinuerũt, quẽadmodũ liquidũ est in bonis, quæ vt feudũ, tenet ecclesia a principe sæculari, pro quibus si nõ faciat ecclesia principi quod tenẽ, potest princeps in bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa manus mittere, non aũt in bona alia, neq; in causas alias ecclesiasticas potest princeps vllo pacto sese intromittere, nisi malã ecclesiasticorum dispẽsationẽ deferẽdo vel denunciãdo ecclesiastico iudici seu prelato, quẽadmodũ tradit Henricus Gandauen. quotlib. 6. Videãt igitur suggestores sęculariũ principũ, secretarij, cõsiliarij, ac cooperatores, suęq; saluti pru dẽter cõsulãt, q nihili facientes Decretales epistolas põtificũ, sanctionesq; canonicas, aut literas Apostolicas, mãdataq; Apostolica in eisdem literis designata autoritate laica impediãt, et ne vel executioi mandent, neue pareãt eisdẽ, moliunt nõ ex zelo ipediẽdi abusus, ne videlicet ministerijs ecclesiasticis, curisq; pastoralibus pręficiantur indigni ac inidonei, sed ex affectiõe humana, qua cupiũt vel suis, puisum iri rõe sanguinis, aut obsequij, aut fauoris humani, vel sua lucra & commoda assequi ex literis cõsensus prestiti. Nondũ vidimus eos, q p principes sæculares, patronosq; laicos ad ecclesiasticas dignitates, curasq; aiarum instituuntur esse doctrina & vita præstantiores his, q pleno iure instituũtur ab ecclesię pontificibus. Quod si principes sęculares q; iudices zelũ dei habẽtes, videãt indignos, aut malę vitę clericos, aut absentes, nõ residẽtes autoritate Apostolica præfici episcopatibus, pastoralibusq; curis & abbatijs, cõsiderentq; subiectos sibi laicos præ penuria verbi dei & propter negligentiã pastorũ in fide & moribꝰ putrescere, nõ tñ ꝓpter hoc possunt ipsi principes sua autoritate laica episcopos, aut pastores, aut sacerdotes sic institutos, facto eijcere, aut sedibus suis pellere, aut iudicium cõtra psonas illas ecclesiasticas sibi vsurpare, causasue cognoscere, & per sentẽtiam condẽnare, suspẽdere, aut spoliare suis episcopatibus aut beneficijs, ille nẽpe zelus esset nõ secundũ scientiã, zelus, q prorsus turbaret ecclesiasticus ordo a Christo institutus. Neq; enim in vlla rep. apud sęculares homines licitum est in exilium mittere, aut deiicere a gradu suæ dignitatis, aut occidere publice criminosum priusq; condemnetur a suo iudice. Sed habent sæculares principes cõtra abusus personarũ ecclesiasticarũ saluberrima remedia. Primũ euangelica, deinde canonica iura, secundũ quæ inutiles pastores corripiantur, admoneantur, qui si non audierint, di

Principes sæculares nõ possunt autoritate laica deijcere, aut corrigere prauos pastores.

catur

catur prẽsidi ecclesię, qui secundum sanctiones canonicas ec clesiasticã in tales exercet disciplinã, zelũ bonum sęcularium principum ac iudicũ cũ discretiõe, & absq; iudicio vsurpato, cupientium abusus impedire, respiciet deus, & pro tollẽdis abusibꝰ cõmunicato põtifice et sęcularium principũ cõsilio in pace & charitate prouidebit dñs ecclesię suę, sed peccata nra plærũq; merent, vt tales nobis pastores dentur, quia non de salute animarum, non de expiscandis hominibus e retibus dæmoniorum, sed de temporalibus commodis, iurisdictionibus in tpalibꝰ rebus parui momẽti, & de accipiẽdis lucris ducatorũ sumus solliciti die tota. Vnde Papa & Imperator sunt in ecclesia non tanq; duo rectores summi inter se se diuisi, quorum neuter alterum cognoscit, aut veneratur tanquam superiorem, quia regnum sic contra se diuisum desolabitur. Neq; item sunt tanquam duo iudices subordinati, sic vt alter suam iurisdictiõem accipiat ab altero, sed sunt tanquam rectores duo, qui sunt vnius dei ministri, diuersis officijs deputati, ita vt imperator præsit sæcularibus causis & personis ad pacificum conuictum huius sęculi. Papa vero præsit spiritualibus ad lucrum Christianæ fidei, & charitatis. Et sicuti in vno corpore diuersa mẽbra diuersis fungũtur officijs, & summa pace & concordia sibi mutuo seruiunt, Ita in corpore Christi, quod est ecclesia, Papa & Imperator, sint cor vnũ & anima vna in domino diuersis suis fũgentes officijs, tanquam aia & corpus in homine vno, Ita tamen, vt papalis potestas supra imperialẽ emineat, sicuti pars intellectiua, quæ ęternis & incorruptibilibus inuigilat supra sensitiuam, quę visibilibus & transitorijs intẽdit. Atq; ita non sequitur ecclesiam esse mõstrum propter capita duo, quemadmodũ neq; monstrũ erat ecclesia, cũ Christus regnaret spiritualiter in Iudæa, cui prędes Romanus in tpalibus præsidebat. Cęterũ papa cuius facultatẽ eligẽdi aut coronãdi, aut instituendi imperatorem non habeat ex iure diuino, neq; facultas hæc pendeat ex potestate papali a Christo instituta, & ecclesiæ data, vtiq; tamen ex iure diuino ratione curæ pastoralis, potestatem habet in imperatorem Christianum, perinde atque pater spiritualis in filium, &

Papa & Imperator quõ nõ sunt in ecclesia tanq; capita duo.

Quã potestatẽ habeat papa ex iure diuino super imperatorem.

tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanq; pastor in ouem suam, & ideo super his quæ concernũt directionem imperij eius in fide & moribus Christianis, & in causis atq; officijs spiritualibus disponẽdis et in episcopatibus per loca vel ciuitates instituendis imperator ipse subiectus est papæ, quem tenetur in huiusmodi rebus tueri ac defendere. Atq; ita imperator q̃uis gladium suum temporaliũ uel rerum iurisdictionem & dominium non habeat a papa, secundum consilium tamen & leges ac constitutiones ipsius debet uti illis sic vt non impediat, sed promoueat potius finem spiritualis potestatis. Et ideo imperator si laberetur in hæresim, aut denegaret publicam iustitiam pauperibus & oppressis, aut leges conderet in prę iudicium Christianæ fidei, iam esset a papa iudicandus & corrigendus. Sic beatus Ambrosius, q̃uis non fuerit vniuersalis ecclesiæ episcopus, Theodosium imperatorem excomunicauit. Beat⁹ quoq; Innocẽti⁹ Archadiũ Imperatorẽ, qui cõsenserat, vt Ioannes Chrysostomus extra episcopatum suum eijceretur, ab ingressu ecclesiæ prohibuit. 2. quæst. 7. nos si. Cæterum papa q̃uis non posset sæculari principi committere aut dare potestatẽ excommunicandi aut degradandi, aut ordinandi, vel consecrandi, vel deponendi ab ordine, vtiq; tamen potest laico, aut sæculari potestati dare potestatem conferendi præbendas & cognoscendi, seu examinãdi causas, deponendi a beneficijs, & causis cogitis priuandi sacerdotes præbendis, eligendi pontificem, inuestiẽdi pastores, episcopos, et archiepiscopos per prouincias aut ciuitates, quemadmodum Adrianus papa cum vniuersa synodo. 153. episcoporum concessit Carolo Magno imperatori ius & potestatem eligendi pontificem, & vt sine ipsius consensu nemo inuestiretur episcopus, neq; consecraretur, vt dicitur. 63. dist. capit. Adrianus. Ex supradictis dubitauerit quispiam forsitan, an iniqua & iniusta, & contra ecclesiasticã libertatem sint mandata sæcularium principum ac potestatum statuentium ne prædia aut fundi, aut agri, cæteraue immobilia bona legẽtur, vendantur, aut donentur ecclesijs aut monasterijs seu religiosis domibus, aut hospitalib⁹, prohibẽtium etiam iudicibus laicis, baliuis, & scabinis ne ipsi ecclesias

Theodosius impetor ab Ambrosio excommunicatus.

Quæstio.

sias, personasue ecclesiasticas inhæredẽt, aut inhæredari faciant. Et videbuntur forsitan hęc statuta esse prorsus contra ecclesiasticam libertatem, & iniusta atq; iniqua. Nam sunt contra omnia iura tam ciuilia & naturalia, q̃ canonica & diuina. Cõtra ciuilia quidẽ & naturalia. Constantinus nempe impator Codice de sacrosanctis ecclesijs. L. prima. Habeat, inquit, vnusquisq; licentiam sanctissimo catholico, venerabilicq; concilio, id est, collegio siue monachorum, siue clericorum, decedens bonorum quòd optauerit relinquere, & non sint cassa iudicia eius, nihil enim est quod magis hominib⁹ debeatur, q̃ vt supremæ voluntatis, postq; iam aliud velle non possunt, liber sit stylus. En vides Christianũ imperatorem voluisse vnumquemq; habere facultatem libere relinquendi de bonis suis collegio catholico, qui & pro causa æquitatem naturalis iuris adijciens, nihil, inquit, magis debitum esse homini, q̃ vt supremæ voluntatis suæ liber sit stylus, & infra. L. Cassa eodem titulo. Fredericus imperator cassa, & irrita vult esse statuta contra libertatem ecclesiasticam ædita. Insuper mandata huiusce modi esse contra iura canonica manifestum est ex superioribus. Demum & talia statuta seu mandata esse contra ius diuinum videtur. Nam impium est impedire hoẽs liberos, aut prohibere eis, ne res suas possint in pios vsus, ĩ eleemosynas, aut propterdeum donare, seu dispensare in alimoniam pauperum studiosorum, qui & sacris literis impẽdentes operam, tandem valeant ecclesiæ prodesse. Videtur ergo contra ius diuinum esse mandatum principis prohibentis, ne quis fundum suum aut prędium donet, aut testamento leget in talem vsũ piũ. Sicuti impium esset mandatum quo prohiberetur ne vllus homo ingrediatur religionem. Vnde videtur hoc mandatũ pricipis esse directe cõtra cõsiliũ Christi. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quę habes & da pauperibus.

Naturalis æquitatis debitũ est seruare ultimam uolũtatem defuncti.

Pręterea impium videtur esse & directe in odium Christiani cultus permittere vnumquemq; habere libertatem vẽdendi laico, aut donandi prędium suum liberali donatione amico suo, aut homini sæculari, & prohibere vnicuiq; ne vẽdat illud ecclesiæ, neue propter Christum largiatur prædiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud in augmentum diuini cultus, vel in alimoniam pauperum peregrinorum, aut infirmorum. Pro contraria sententia videtur. Imperatores, principesq; seculares habent iurisdictionem temporalem, & dispositionem super huiusce modi temporalibus prædijs, & super alienationibus, emptionibus, & venditionibus eorundem, prout visum fuerit cõgruere conditioni patrię, temporis, & reipub. & pro pacifico conuictu societatis humanæ. Videtur ergo secularis potestas ad hęc sese extendere. Respondeo huiusce modi statuta seu mandata prima facie seu contextione considerata in se videntur esse iniqua, neq; posse ego huiusce modi statutorũ conditorem, & seruatorem excusare, nisi ex tolerantia papæ scientis atque tacentis, & ex causis rationibusq; appositis huiusce modi statutis videretur mihi esse præsumendum huiusce modi statuta prodijsse ex pia quadam intentione Christiani principis, suiq; concilij prohibentis talem quendam donandi modũ, quo transeãt prædia pro ppetuo in manum mortuam sic statuentis non in odium ecclesiasticæ libertatis, neq; in diminutionem cultus diuini, neq; ad impediendum eleemosynam pauperum, aut hospitalium, aut ecclesiarum indigentium subsidijs temporalium rerũ, sed ad tollendum abusus, ad moderandum donationes superfluas, ne respublica in aliqua patria sufficienter ecclesiasticis prędijs dotata nimium oneretur, & ne religiosa loca superfluis prędijs atq; diuitijs incrassata illarum curis teneantur, neue fundationes antiquę per nouas superuenientes impediantur, sed aptius, & commodius custodiantur, & dei honorem ac cultum, ita cũ vt pij principis animꝰ sit paratꝰ libẽter suũ assensum in huiusmodi donatione prędiorum impartiri, vbi visum fuerit hoc absq; suo, & reipublicæ pręiudicio pro augmento diuini cultus expedire. Princeps sic statuens in aliqua sui dominij patria, nequaq; prohibet laico ne suũ prędiũ propter deũ det homini indigẽti, aut pauperi, sed ne det vlli collegio, vel hospitali sic vt dominium ppetuo maneat apud tale collegium, vel hospitale. Atq; ita huiusce modi statutum non est directe contra consilium Christi dicentis. Si vis pę

Solutio quæstionis.

tus perfectus esse, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & sequere me. Neq; enim vetat prędia, vel agros vendi & prætia illorum pauperibus dari, vel hospitalibus vel religiosis domibus, vel etiam ecclesijs indigentibus in augmentum diuini cultus, neq; item absolute vetat ne talia prędia ecclesijs vendãtur aut donentur, sed prohibet ne huiusce modi prædia sine suo consensu transeãt in perpetuum ad manum mortuam extra suam iurisdictionem.

Ipsius principis est prouidere suæ reipub. ne cum damno totius populi tanta rerum abundantia deputetur ecclesię, vt detrahatur hęredibus, alijsue pauperibus in dominio suo temporali indigentibus, quorum necessitatibus, aut indigentijs impręsentiarum occurrentibus minister quisq; ecclesiasticus tenetur subuenire ex fructibus etiam suo vsui, suæq; fidei commissis supra decẽtem victum & vestitum sibi superfluis. Neq; enim ministrorum ecclesię sicuti supradiximus est sic thesaurizare, quemadmodum sęculariũ principum, quorum est non solum temporalia bona laicorũ, sed & ecclesiæ contrainuasores tueri atq; defendere, quamuis & ipsa ecclesia non extantibus huiusce modi pauperum indigentijs, alijsue ministrorum ecclesiasticorum, aut fabricę construendæ, aut reparandæ necessitatibus, possit etiam thesaurizãdo pro futuris sibi prospicere. Verũ ne sęculares principes arbitrentẽ sese habere ius dominij, aut ius vsurpãdi sibi in tẽporalibus bonis, quę superfluunt ministris ecclesię, sciant huiusce modi superflua esse pauperum. Proinde donemus ecclesias aliquas aut religiosas domos habere superflua, in temporalibus, pro vsu sustentationis ministrorum ecclesię, aut monachorum, non tamen habent superflua, quatenus illarum ecclesiarum, & monasteriorum præsides seu abbates sunt patres, & quisores pauperũ. Et ideo sęculares principes non minus erũt sacrilegi, aut raptores si hæc ab ecclesijs auferunt, siquidem omnia ecclesiastica bona vt loco vel ecclesię superflua sunt pauperibus alijsq; pijs locis indigentibus debita, tum pro augmento diuini cultus, tum pro studiosorum pauperum subsidio, quo alantur in sacra theologię studio, aut pro alijs pijs causis ecclesiasticis.

Sæculares principes nõ possunt mittere manus in bona ministris ecclesiæ superflua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnus abusus ecclesiasticorum, ex fructibus ecclesiasticis emere prædia.

Magnus profecto abusus prælatorum, qui ex pr etijs fructuum ecclesiasticorū (quos opportebat dispēsari pro occurrē tibus pauperum, aut aliorum piorum locorum necessitatib⁹) annuis ecclesiarum prouentibus augendis vacant, copulantes agrum agro, adeo vt iuxta Esaiæ vaticinum, desyderiorum ipsorum non sit finis, arescentibus passim præ penuria tot pauperibus, tot puellis absq; dote remanentibus, tot pupillis, tot viduis, tot orphanis, tot egrotis & calamitosis, constrictis angustia famis atq; vestitus, tot captiuis deductis ab hostibus Christianæ fidei in exiliū. Horum consideratiōe, inquit Amb. in lib. officiorum. Aurum habet ecclesia, nō vt seruet, sed vt eroget & subueniat necessitatibus, addēs, in tribus generibus necessitatum, videlicet in alimonia pauperū, in redemptione captiuorum, in templo dei ædificando aut instaurando, licitum esse etiam ecclesiæ vasa sacra confringere & vendere. 12. q. 2. Aurum. Temporalia sunt ecclesiæ data, nō vt ministri ecclesię, episcopi, abbates, & presbyteri sint temporalibus custodiendis, aut defendendis, aut ampliādis occupati, neq; vt propter temporalia assequenda, quibus sustententur, aut sacramēta ministrent, aut deum colant, sed vt per huiuscemodi temporalia cultus sustentetur diuinus, & vt ipsi ministri non solliciti de cibo, magis libere deo vacare possint. Proinde fini propter quem data sunt ecclesię temporalia, maxime obuiant sacerdotes dei, qui neglectis verbi dei studijs, postpositisq; spiritualibus ministerijs ad lucrū Christianæ fidei ordinandis, sese totos implicant negotijs sæcularibus. Sæcularium ac temporalium rerum administratio seu dispensatio, impeditiua est spiritualis regiminis. Neq; ecclesiæ, neq; reip. expedit, quod temporalia prædia ex pretijs fructuum ecclesiasticorum pauperibus erogandorum, sic emantur, vt transeant in dominia, vel in administrationem eorum, apud quos est sufficiens temporalium rerum copia. Neq; expedit item reipub. quod passim liceat exhęreditatis filijs, ecclesiam hæredem facere. Vnde & leges sæculi statuerunt, ne quis possit filium exhęredare, nisi ex causa. Pater quoq; ex iure naturali, tenetur filium alere, filiamq; dotare. Quicumq; exhęredato filio, inquit Augustin⁹, ecclesiam vult facere hęredem, quęrat alium, qui suscipiat, non Augustinum, imo deo propitio neminem inueniet. Laudabile factum sancti Aurelij Carthaginensis episcopi. Quidam enim dum filios non haberet, nec speraret, res suas omnes, retento sibi vsufructu, donauit ecclesię, nati sunt ei filij, nec opinanti, reddidit episcopus ea quæ donauerat. In potestate habuit episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli. Hactenus Augustinus. 17. q. 4. capite vltimo.

Quō liceat ex pretijs fructuū ecclesiasticorū prædia emere p ecclesia.

Facere ecclesiā hæredē exhereditato filio.

Item si quis irascitur filio suo, & moriens exhęredat eum, si viueret, nōne ei filium reconciliare deberemus? quomodo ergo cum filio suo volo habere pacem, cuius appero hęreditatem, sed plane sic faciat, quod sæpe hortatus sum. Qui enim habet filium, putet Christum alterum, si duos habet, putet Christum tertium, decimum habet, faciat vndecimum Christum, & suscipio. Hactenus Augustinus. 13. quæst. 2. Si quis irascitur. Hæc de temporalibus bonis patrimonij, in quibus succedunt hæredes, sunt accipienda secus de fructibus bonorum ecclesiasticorum, aut de prædijs & agris emptis ex pretijs huiuscemodi fructuum collectorum & venditorum. Omnia nempe quæ personis ecclesiasticis de fructibus suorum beneficiorum super moderatum victum & vestitum excrescunt, sunt aut pauperibus, aut locis pijs eroganda, & ideo fundi, agri ex pretijs huiusmodi fructuum venditorum acquisiti, sunt vel ecclesijs, vel religiosis locis indigentibus, aut studiosis discipulis dispensanda, pro dilatanda sacra fidei doctrina. Sacræ Theologię studium, maxime est Christi ecclesiæ necessarium, non solum propter hęreses confutandas, sed ad euangelizandum verbum dei, & ad assidue instruendum dei populum in fide & moribus Christianis. Vnde Hieronymus contra Vigilantium, Hęc vndicq; vsque hodie perseuerat consuetudo, non solum apud nos, sed etiam apud Hebræos, vt qui in lege domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra nisi solum Deum, totius orbis foueantur ministerijs.

Supflua ministris ecclesiæ qbus sint dispensanda.

Postremum & hic sciendum, quod prædia assignata ecclesiæ alicui, aut seu ministris eius in alimoniam vitæ ad spiritualia officia reipublicę impendenda, non obligantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsari ad commune tributum, perinde atq; alia prædia, nẽ-pe ecclesiæ bona sunt ordinata diuino officio, & ministris ecclesiæ officiantibus designata, pro sustentatione vitę, quod vero supereſt, deputatum est pauperibus, aut alicui pio vsui. Atq; ita ratione iusta secundum æquitatem naturalem congruit prędia illa ecclesiastica esse immunia a tributis communibus, quibus obligantur sęcularia prędia prorsus libera, non sic onerata. Verum quia taxa bonorum alicui pro sustentatione vitæ assignata, non consistit in indiuisibili, sed latitudinem habet, ideo bona rationabiliter deputata pro sustentatione vitę, onerari possunt, si tanta superuenerit reipublicæ necessitas, vt pro sui defensione expediat prorsus officium illud ecclesiasticum pro tempore potius suspẽdere, aut in totum extinguere, q̃ sinere rempublicam periclitari. Vnde ex huius consideratione manifestum est, quamlibet possessionem reipublicę naturali iure esse pro defensione rei publicę oneratam debito soluendi tributum, secundum proportionem valoris illius cum alijs, deducto semper onere inde debito, atq; ita temporalia bona dum ecclesijs dantur, transeunt ad ecclesiam cum oneribus suis, tam impositis, q̃ iusta lege pro necessitate aliqua imponibilibus. Neq; princeps potest prędia facere prorsus sic immunia ab oneribus, pro defensione reipublicę debitis, quin & eadem prædia lege iusta possint rursus ex superuenientibus necessitatibus onerari tributis ac vectigalibus. Hęc tã late, plixeq; disserui mus, vt demonstrantes quid his in rebus sit naturalis aut diuini iuris, obstruamus ora hominum, iudicantium prędia esse iure diuino sic prorsus immunia, vt contingat mox criminale peccatum, si ex prędijs ecclesiasticis exigantur tributa, vel alia onera pro defensione reipublicæ. Distinguit Panormitanus inter onus certum, et inuariabile annexũ ecclesiastico prædio, & ad illud obligari ecclesiam, &, inter onus non sic certum & inuariabile, & ad illud ecclesiam non obligari, sed distinctio huic rei non satisfacit.

Prædia ecclesiæ assignata pro diuino cultu, nõ sunt tributis onerandæ.

Particula

¶ Particula incidentalis de personis ecclesiasticis, consumentibus prodige fructus beneficij, & non persolventibus officium, propter quod datum est beneficium.

SED hic forsitan ex transcursu studiosus lector quispiã cupiet scire, Vtrũ episcopi & clerici, aut religiosi, in otio viuentes, & ex temporalibus bonis ecclesiæ, vel monasterio liberaliter donatis seu relictis, teneantur ad restitutionẽ, si desistant a ministerijs, ab orationibus, horis canonicis, aut a religiosis actibus. Pro huius solutione scire debet studiosus lector, neminem vnq; dubitasse, aut in dubium vertisse, quin ecclesiasticus perdite viuens, prodigeq; cõsumens fructus ecclesiasticos, officiũ suo beneficio annexũ, aut omittẽs aut exoluens in statu mortalis peccati impœnitens, grauissime peccet, tãq; sacrileg⁹, & raptor a deo punitẽdus. Neq; tñ propter hoc debet turbari fides nostra, q̃ in ecclesia cernim⁹ multa huiusce modi monstra hominũ, qui nõ modo nihil prę stant, quod ad lucrum Christianæ fidei aut charitatis ædificationem pertineat, sed et prauæ conuersationis exemplo, sũt omnibus scandalo, fructus patrimonij Christi diuino cultui, vsuiq; pauperũ dedicatos, prodige ac immoderate magis cõsumũt, q̃ si essent bona sua patrimonij, p oẽs dies vitã agẽtes Sardanapali. Sed alia quæstio est, an ecclesiasticæ personę huiusce mõi suorũ bñficiorũ fructus sic prodige exponentes, aut pro illicito atq; inhonesto vsu meretricio donantes, aut officium debitum, seu horas canonicas negligentes, teneant fructus consumptos, aut inutiliter expensos restituere. Et pro illius dubij solutione, distinguẽdum est triplex ecclesiasticorum bonorum temporaliũ genus. Quædã sunt bona p-pter deũ collata vel assignata, aut donata clericis, aut religiosis domibus, vel monachis ex liberalitate, vel ex munificẽtia principũ aut laicorũ, ad sustentationẽ eorundẽ clericorũ vel religiosorũ, nõ sub aliq̃ speciali onere, vel pacto & cõditiõe, sicuti bona deputata vsui episcopi p alimonia, ad ppriã supęq; familię sustẽtationẽ, sicuti in prębẽdis ex decimis ecclesię debitis, cuilibet canonico relicta ẽ sua portio, p sustẽtatiõe sua.

De sacerdotibus prædite viuẽtibus, an teneantur restituere fructus, quos aut expendũt, aut consumunt.

Triplex ecclesiasticorũ tẽporaliũ bonorum genus.

Episcopę

Universidad de Deusto
Biblioteca

Episcopi vel sacerdotes, aut clerici, vel religiosi viuentes ex huiusce modi bonis, non explentes horas canonicas, aliaue officia determinata iure positiuo ecclesiæ imposita sacerdotibus, grauissime peccant ingratitudinis vitio, sunt quoq; auctoritate superioris priuandi vsu huiusce modi fructuum, sed secundum piam quorundam sententiam non tenentur fructus sic donatos restituere, etiam si non orent pro benefactoribus aut donatoribus, cuius iure naturali ex debito forsitan gratitudinis pro illis orare teneantur, quemadmodum pauperes suscipientes ad sui sustentationem eleemosynam iure naturali tenentur orare, attamen si nō orauerint, non tenentur perceptam eleemosynam restituere, quemadmodum enim dans alteri aliquid liberaliter, vt prouocet animum eius ad proficiscendum secum in vrbem Romam, vere transfert dominium, neq; tenetur accipiens restituere, etiam si nolit cū eo proficisci. Ita dans alteri aliquid, vt prouocet animum illius ad orandum. Pro hac sentētia faciunt ea, quę docet beatus Thomas secunda secundę quæst. 185. articulo. 7. et quęst. 187. articulo. 4. & in quotlibeto. 6. quæst. 13. Secundum est genus temporalium bonorum relictorum episcopo aut pastori, tanq; patri paperum aut ministrorum ecclesiæ pro sustentatione diuini cultus, aut pro reparatione fabricæ, & talium bonorum episcopus dispensator est non dñs, & ideo episcopus si vsurpet aut cōsumat, tenetur restituere. Tertiū est genꝰ bonorū donatorū ecclesijs sub certo onere certoq; pacto et conditione, vt tale vel tale quid faciāt, veluti si relinquatur aut donetur prędium aliquod ecclesię seu ministro illius sub onere, vt singulis diebus festis verbum dei prędicet aut missam celebret, aut horas septem canonicas cantari faciat. Clerici q de huiusce modi bonis quieq; prodige cōsumunt, aut immoderate, aut indecenter exponunt cognatis non pauperibus, non tenentur ad restitutionem, modo adimpleant onera seu officia, ꝓpter quæ data sunt beneficia. Pastor in peccato mortali occulto plærumq; diligenter exercet officia ac ministeria curæ pastoralis docendo, corripiendo, admonendo, sacramenta ministrando, cętæraq; officia, quæ etiam pastor bonæ vitę foris posset facere, Talis igit̄ quis sibimet ipsi ma-

Dans pauperi eleemosynam ut prouocet animum eius ad orandum uere transfert dominiū etiam ei, qui nō intendit orare.

lus grauissime peccet dum perseuerās in scelere, indignus tractat dei sacramenta, viuere tñ potest de lacte gregis, quē pascendū suscepit, q̄uis suis orationib⁹ nō proficiat alijs ex vitę suę merito. Gerson Cancellarius Parisiensis, Ecclesiastici impœnitētes si officiū, inquit, propter quod datū est beneficiū adimpleāt, faciūt fructꝰ suos, nec tenentur restituere, obligantur tamen in foro conscientiæ aliter recōpensare benefactoribus ac fundatoribus, prę sertim faciēdo sibi amicos de māmona iniqtatis, vt per alios suppleant redemptionem & satisfactionē, quā ipsi sine gratia permanētes insufficiēter agunt. Deinde & opera prauorū ministrorū ecclesię, q̄uis non valeāt alijs ex merito vitæ sic extra gratiā operantiū, vtiq; tamē valorē quendā habēt ex intētione ecclesię mittentis illos, cuius autoritate fiūt publica ecclesię officia, sacramētorūq; ministeria. Olim Aug. suo sæculo vrgentissimis scripturis, ac rationibus confutauit Donatistas hęreticos, docentes verba diuina & sacramēta per prauos ecclesiæ ministros dispensata esse prorsus inania, friuola, & inutilia, soluensq; eorum rationes & argumenta, dicit sacramēta, verba q; dei sancta nō prodesse, sed obesse potius indigne tractantibus, seu ministrantibus, vtiq; tñ prodesse alijs digne sumētibus, & audientibus. Vnde libro secundo aduersus Permenianū capite. 8. Verba bona quę ꝓ populo dicuntur in precibus, etiā si a malis dicātur episcopis, exaudiuntur tamen nō pro peruersitate præpositorū, sed pro deuotione populorū, quod et in scripturis inuenitur Nume. 23. de Balaam alienigena. Spiritus sanctus q̄uis fugiat ministrū prauū ad inhabitandum, & sanctificandum eundem, sic tamē adest illi, seu ministro ecclesię, vt per eum salutem fidelium operetur. Membrū ecclesię mortuū, q̄uis non habeat vllum officium spiritualis vitę ipsum viuificātis ac sanctificātis, vtiq; tñ potest habere officiū spiritualis vitę per ipsū operātis vitā, & sanctificationem in alijs. Hanc sententiam Augustini manifestum est esse verissimā in ecclesiasticis sacramētis, veluti in baptismo & ordinatione sacerdotum, vel consecratione eucharistiæ, quæ eque prosunt accipientibus, siue per malum ministrum, siue per bonum dispensentur.

Vtrū ecclesiastici mali impœnitētes faciāt fructus suos si officiū impleant in statu mortalis peccati.

Quō uerba dei sancta in precibus prauorū sacerdotū aut episcoporū dicta prosunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio.

Sed dubitãdum forsitã videbitur, an veritatem habeat in precibus aliis, quæ cum non sunt sacramenta, non videntur vim habere sanctificandi ex opere operato, veluti cũ prauus sacerdos impœnitens horas canonicas absoluit, aut cum canit psalmos, aut vigilias legit pro defunctis, tum enim sacerdos ille malus videtur huiusmodi suis orationibus nõ p. desse aliis. De his autem, & de intellectu scripturarum, quæ huic sententiæ obuiare videntur, latius dicetur in solutionibus argumentorum de legibus humanis, in responsiõe ad argumentum vndecimum. Hactenus de ministris prauis ecclesiæ, implentibus onera beneficijs imposita. Verũ si huiusmodi onera prædijs imposita non impleant, nõ faciunt fructus suos, & idcirco obligantur restituere fructus perceptos, quemadmodum miles militare stipendium non facit suum, si non militet. Sic episcopus, si non pascat gregẽ, tenetur restituere fructus perceptos ex decimis, prædijs, & agris episcopo relictis sub onere pascendi. Manifestũ est autem episcopum aut pastorem non pascere oues bifariam. Primo, quando sine legitima causa nõ residet in cura sua, ex fructibus pastoralis curæ sibi viuens absq; sollicitudine erga gregem sibi commissum. Secundo quando corpore præsens, nihil eorum quæ ad officium pastorale pertinent, est sibi curæ, ad id solummodo sollicitus, vt recipiat temporalia ex grege commoda, veluti dum vult de lacte gregis mã ducare, sed non vult gregem pascere. Veruntamen & hic sciendum est; quod absens plerumq; gregem pascit, dum per alium pascens ex causa legitima in aliena moratis ecclesia, cui persona illius est magis vtilis & necessaria, vbi magis proficit vniuersali ecclesiæ ad augmentum Christianæ fidei. Atq; ita etiam absens particularem suam pascit ecclesiam, dum ipse pro magna aliarum ecclesiarũ necessitate, vel vtilitate absens etiam pro sua ecclesia (cui necq; tãta necessitas imminet, necq; personalis residentia est necessaria) ita est sollicitus, vt ipsa semper habeat idoneum pastorem, quemadmodum episcopus, pastor ecclesiarum totius diocesis suæ, etiam recipiens decimas ex ecclesijs eisdẽ, tenetur gerere sollicitudinem, vt pastores idonei præficiantur singulis ecclesijs

Quomõ modo pastor quispiã pascit absens a loco curæ pastoralis.

ecclesijs suæ diocesis. Vnde plerumq; conditio personę pastoris ita sese habet, vt melius, aut saltem æque bene pascatur ecclesia sua particularis ab illa persona absente, q̃ pasceretur ab alia præsente, & tum pro cõditione loci, temporis, & reipub. magis expedit, vt pastor ille alijs ecclesijs in reb⁹ spiritualibus necessarius, magisue vtilis, etiam suam propriam pascendam teneat ecclesiam absens, q̃ vt resignet. Super se igitur iudicium dei timeant pastores non residentes, q̃modo perceptos fructus restituant, dũ vel absentes pro solis suis solatijs, vel implicantes sese negotijs sęcularibus, nõ solũ nõ pascunt, sed perdite viuentes in otio & delitijs patrimoniũ Christi consumunt. Necq; illos a crimine immunes potest facere, quod per alios viros idoneos volunt pascere. Contra tales iam olim clamat propheta, Ve pastoribus Israhel, qui pascunt semetipsos. Eze. 34. Cæterum hic sciendum, quẽadmodum in corporali ędificio imperare, aliosq; ordinare ac dirigere, quonam pacto debeant operari, est altioris atq; excellẽtioris artis, actioq; in se magis digna atq; honorabilis, q̃ imperata exequi, manibusq; operari secando, aut dolando ligna vel lapides, aliasue materias præparando. Ita & in spirituali ædificio ecclesiæ Christi ædificandæ, docere scripturam sacram, euangelizare, atq; erudire ad salutem, & ad sciẽtiam alios, qui digni & idonei efficiantur, vt sint columnæ ecclesię, & pastores, atq; rectores populi Christiani ad proficiendum non sibi solummodo, sed & vniuersali ecclesiæ, excellentioris est virtutis, opusq; magis dignũ & honorabile, q̃ sacramenta ministrare, dirigere, aut gubernare simplicem populũ, qui docendus suscipitur, vt in se solũ proficiat. Vnde & hac consideratione Pau. ingt, Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Sic episcopi, quos iuxta eiusdem Pauli doctrinã, oportet esse doctores, et sacrę item theologiæ interpretes, verbo vel scripto docentes alios, q̃ pastores efficiantur ecclesiarũ, vel per studium ad alios docendum sese disponentes, melius faciunt, q̃ si particularem aliquem populum sibi subiectum docerent, eiq; sacramẽta ministrarẽt, causisq; particulariũ personarũ sese occuparẽt mõ illa per alios, aut q̃q; bene, aut commodius fieri disponãt. Verum &

De pastore ex causa rõnabili nõ residente.

Quæ sint excellẽtiora pastoris officia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic cauendum, ne mentiatur iniquitas sibi, & ne negligat personalis curæ residentia, ad quam iure diuino obligatur, nisi ex causa rationabili pro maiori vtilitate ecclesiæ, absit melius pascens suam ecclesiam absens per vicarium curæ il li sufficientem, cui magis expedit dirigi ac gubernari per superiorem pastorem absentem, qui potestatem amouendi teneat super ipsum, & instituí in pastorem perpetuum resignata pastorali cura. Plærumq; inueniuntur viri digni & idonei, qui eidem ecclesiæ magis proficerent residendo, q̄ ipse pastor absens, sed dum illi non sunt parati, aut volentes in eadem cura residere, non tenetur pastor curam alicui ex illis resignare. Vnde in huiusmodi rebus dispensatio est relicta vniuersalis ecclesiæ pastori, non vt dispenset contra ius diuinum, sed vt relaxet obligationem positiui iuris, declaretq; obligationem diuinæ legis, ad istum casum non se extendere, & ideo autoritate papæ dispensatus, vt non resideat in cura pastorali, si absens nullam præstat ecclesiæ æqualē, aut maiorem vtilitatem, sed viuat in otio ex fructibus ecclesiæ, non est apud deum in conscientia tutus. Si obiecerís,

An pastor ex causa rationabili, non residēs in loco curæ, teneatur curā illam resignare.

Obiectio.

Finis personalis residentiæ in cura pastorali seu episcopali est, vt grex sibi commissus pascatur, Ergo vbi prouisum est gregi de idoneo vicario qui pascat gregem, aliaq; omnia faciat, aut episcopi, aut pastoris officia, videt episcopus a personali residentia excusatus. Respondeo. Pastor ex iure diuino tenetur residere in ecclesia sua, quia ex iure diuino tenetur pascere gregem sibi commissum. Tenetur enim docere gregem sibi commissum, & visitare, & sacramenta ministrare, Oportet enim episcopum esse doctorem. Insuper et iuxta Ezechielis doctrinam, oportet episcopum consolidare infirmum, sanare egrotum, alligare cōfractum, reducere abiectum, requirere perditum. Eze. 34. Ex noīe sui ratione episcopus dicitur superintendēs, & speculator, sicut in Actibus loquit̄ ad illos, Attendite vobis & vniuerso gregi. Præterea qui in ecclesia aliqua præbendam vel beneficium accipit oneratum certis officijs, aut ministerijs ecclesiasticis, duobus obligatur, deo videlicet & ecclesiæ, de qua sumptū accipit, deo quidē obligatur, vt ei debitas laudes exoluat ac oret, & hoc

Solutio.

Oportet episcopū esse doctorem.

Præbēdatus duobus obligatur.

& hoc per seipsum debet exoluere, q̄uis nō referat apud deū quibus hymnis aut psalmis deum laudet, Ecclesiæ vero obligatur ad impendendum ministeriū depuratū, secundū statutū & ordinationē præsidis ecclesiæ id statuentis ad suffragiū viuorū aut defunctorū, secundū piā intentionē fundatorū, et ideo hoc debitū tenetur exoluere, vel per seipsum, si sit præbē da, quę requirat residentiā personalem, vel per vicarium, si hoc sufficiat secundum ecclesiæ statutū et consuetudinem. Quod si quis licite sit præbendatus in duabus ecclesijs, sufficit vt officiū vnū dicat, secundū cōsuetudinē dignioris ecclesiæ, Vide he hoc Tho. in quolibeto prim. q. 23. Quod si duo sint prędia, quorū vtrumq; legatū sit ecclesiæ sub onere celebrandi quotidianā missam p fundatoribus et parentib⁹ ipsorū, manifestū est, q vnus clericus possidēs vtrūq; prędiū, debet duplicare vel p se, vel per aliū missarum celebrandarū officia, Ita quodlibet beneficiū simplex, si esset fundatū ac relictū ecclesiæ sub onere cantandi septem horas canonicas in diuersis ecclesijs, manifestū est, quod possidēs plurima huiusmodi beneficia, in diuersis ecclesijs deberet per se, vel per alium duplicare horarum canonicarum officia, vt satisfaciat mortuis, quorum bona recipit. Proinde iusta ratione mouet diuus Thomas quodlibeto .6. q. 8. docet clericū beneficiatum in scholis causa studij residentem, oportere dicere officium mortuorum ordinarie pertinens ad officium ecclesiæ in qua est beneficiatus, vt satisfaciat etiam defunctis ac fundatoribus. Vnde ex hoc ipso quod clericus est in sacris ordinibus constitutus, obligatur ad horas septē canonicas, & id quidem ex sola dispositione positiui iuris, super quo papa dispensare potest, sed exeo quod possidet prædium tēporale relictū seu donatum ecclesiæ sub onere certi cultus diuini, vtpote vnius missę hebdomadalis, vel sub onere cantādi septē horas canonicas, obligatur ad onus illud determinatū, & ideo recipiens fructus illius prædij, omittēs officiū, nō facit fructus suos, teneturq; receptos secundum ratā temporis prętermissi officij restituere. In huius generis beneficijs temporalibus Papa non sic habet facultatem dispensandi, q̄uis & ipse posset temporale pro necessitate pauperum,

De præbēdatis in ecclesijs duabus.

De septem horis canonicis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut captiuorum, aut pro defensione fidei prædium illud alie nare in manus laicas, & extinguere officium ecclesiasticum illi annexum. Quamquam autem in huiusce modi fundationibus piis, vbi temporalia bona relinquuntur ecclesiæ sub onere spirituali, aut pro ministerio viuis aut defunctis impē dēdo, nō est proprie cōmutatio secundū iusticiā cōmutatiuā, quæ equitatem exigit dati & accepti, nempe spiritualia suffragia ac ministeria gratis sunt dispensanda. Sacerdos enim debet agere officium mortuorum, aut horarum canonicarum non propter temporales fructus percipiendos, sed propter salutem animarum, nec temporalia quę corruptibilia sunt possunt esse sufficiens pretium spiritualis officij, aut beneficij spiritualis, quod longe & in immensum excedit omne temporale commodum, quemadmodum testatur Apostolus. Si vobis spiritualia seminamus non magnum est si carnalia vestra metamus. Vnde peruersissimę essent fūdatorum intentiones, si ipsi reliquentes temporalia sub onere prædicandi verbum dei, aut celebrandi missas intenderent obligare ministros, vt hi propter temporalia commoda missas celebrarent, verbum dei prædicarent. Verūtamen possunt donatores, ac fundatores temporalium rerum adijcere rebus suis conditiones, & pacta honesta de spiritualibus officijs impendendis, ita vt velint donationem esse ratam pro illis, qui huiusce modi conditiones velint obseruare, & alias non, quāch satius plærumch esset magisch meritorium fundatori voluntatem suam committere discretioni præsidis ecclesiæ, & non sic statuere legem obligantem omnes qui huiusce modi sua legata sint accepturi.

In beneficio ecclesiastico propter officium non est proprie commutatio.

In testamentis quomodo uoluntas papæ excepta.

Vnde & in omni donatiōe, quę fit ecclesię sub onere certi officij ecclesiastici intelligitur excepta voluntas pontificis, cuius est intendere, an officium tale expediat conditioni loci, temporis, & communitatis, an potius illud vel simile congruat, aut illic, vel in alio loco ordinari. Omnium ecclesiarum particularium est vna respublica, quæ est veluti corpus vnum, & ideo præsidi huius corporis relicta est facultas dispensandi vnicuich ecclesiæ, & vnicuich membro, prout opus habet, atch ita pontifex substrahere potest, quod ecclesijs

sijs orientalibus superfluum est, & dispensare illa ecclesijs occidentalibus, aut maxime his ecclesijs, quæ recenter conuersæ ad fidem penuriam patiuntur in temporalibus.

Bona præbendarū olim cōmunia quadrifariam dispensanda.

Cæterum & hic annotandum, quod quemadmodum regularium canonicorum sub regula diui Augustini degentium bona temporalia nunc sunt indistincta, ac indiuisa per patrem conuentus dispensanda singulis, prout cuich opus est in victu, & in vestitu, Ita et olim in cathedralibus, et collegiatis ecclesijs decimæ, prædia, aliach temporalia bona ecclesiastica erant indiuisa per episcopum dispensanda secundum vnuscuiusch ministri ecclesię necessitatem & indigentiam canonicis communiter infra ecclesiæ claustra commorantibus, sicuti quibusdam in locis in hodiernum vsch diem commonstrant ędificiorum, quæ vetustate perierunt, vestigia. Quod aūt supexcreuerat de fructib⁹ illis ecclesiasticis, assignabaī partim pro necessitatibus pauperū subleuandis, partim pro vasis sacris, pro fabricis, & ornamentis ecclesiæ resarciendis, vnde & in hodiernum vsch diem præbendati appellantur canonici a canone, id est a regula. Discrimen solum est in monasticis votis, quibus non arctabantur canonici præbendati. Atch ita massa tota ecclesiasticorum bonorum per episcopum dispensandorum in cathedralibus ecclesijs erat quadrifariam dispensāda, videlicet pro alimonia Episcopi, pro alimonia ministrorum ecclesiæ, p indigē tia pauperū, & quarto p reparatione fabricę, vasorū sacrorū, ac vestimentorum. Postmodum vero crescente ecclesiastica rum personarum cupidine, pro pace, & tranquillitate ne boni inter malos conuersantes paterentur in temporalibus rebus penuriam, aut dispendium, diuisio bonorum facta est, et assignata vnicuich prębendato canonico sua portio, pro vsu sustentationis proprię. Ad sciendum igitur, quidnam huisce in rebus sit naturalis & diuini iuris, & quonam pacto viri religiosi, aut ecclesiastici prodige consumentes ecclesiæ fructus, aut officium debitum prætermittentes teneantur restituere, considerandā sunt ecclesiasticorum beneficiorum genera esse triplicia, atch ea plærumch esse commista, indiuisa, & confusa, vni personę assignata non tanch domino,

Triplicia ecclesiasticorum beneficiorum genera.

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui possit pro huiuscemodi bonis, pro libito suo disponere, aut donare, aut consumere, sed tanq̃ patri pauperum ac ministrorum ecclesiæ & prouisori fabricæ ornamentorum, ac vasorum illius. Longe proinde videntur a veritate euangelica aberrare, qui existimant tantam ecclesiasticorum bonorũ affluentiam ac abundantiam esse designatam vni episcopo, aut prælato pro sustentatione sua, familiæq; sibi necessarię, tanq̃ ipse possit ex huiuscemodi bonis familiam suam & equites sibi augere & exponere huiusmodi, prout libido fert animi, sed vere existimandum est omnia bona supra decentem & honestum statum episcopo condecentem longe superflua esse relicta illi, vt patri, & prouisori pauperum, & ad reparandas fabricas templa, domosq;, & alia quę sunt necessaria in coseruandis ecclesię bonis, & ideo episcopi, abbates, cęteriq; prælati ecclesiastici ex huiuscemodi bonis superfluis, pauperibus aut fabricę debitis, prodige exponentes, grauissime peccant, & iuxta omnium sanctorum patrum sententiam, rapinam committunt & sacrilegium, tenentur restituere ex suis patrimonijs quicquid sic prodige expenderint.

De tpalibus bonis supfluis episcopo.

Triplex modus donandi aliqd ecclesiæ.

Postremum ad hęc profundius intelligenda, considerare cõgruit, Aliud esse donare alteri liberaliter aliquod temporale, vt prouocet illius animum ad agendum spirituale, vel corporale officium, veluti qui dat alteri munuscula liberaliter, vt prouocet animum illius ad proficiscendum secum in vrbem Romam, vel ad orandum pro ipso, Aliud vero est donare aliquod temporale alteri eo pacto, eaq; cõditione vt hoc faciat, vt videlicet vel secum proficiscatur, vel oret, Aliud autem est donare aliquod temporale alteri, tanq̃ indigenti, vt subueniat inopię, & indigentię illius. In primo casu recipiens aliquod temporale non tenetur restituere acceptum, etiã si non impleat causam illam, ex qua alter est motus, seu inductus dare, quia est liberalis & absoluta dominij trãslatio, neq; est donatio sub onere, modo, vel conditione, vt hoc faciat, aut si hoc faciat. In duobus autem postremis casibus accipiens tenetur restituere, si non extet causa, vel conditio, quia acceptũ ob causam sub qua is qui donat, solummõ intendit transferre dominium rei causa illa non sequuta obnoxiũ

obnoxium est restitutiõi, quemadmodũ lex docet. Naturali iuri contrarium est, & valde iniquum, vt is qui modum, legem, seu conditionem rei impositam seruare noluerit, rem ipsã nihilominus teneat. C. de contrahen. emp. L. 3. Item in cap. Conquęst⁹, de foro cõpetenti, dicitur valde esse iniquũ, quod ea, quæ collata sunt venerabilibus ecclesijs pro remedio peccatorum, alijs vsibus applicentur. Alijs vsibus intellige, qui sint in præiudicium animę fundatoris, & in damnum diuini cultus, aut religionis Christianæ. Potest nẽpe papa dispẽsare, vt a ministro ecclesię recipiẽte tpalia licite prætermittat, aut non seruetur tenor dispositiõis testamentarię, dum ipse in dispensando vtiliter gerat animę fundatoris & ecclesiæ dei negotium. Hæc ex trãscursu aliquã tulũ a materia principaliter intẽta digressi introduximus, non tamen prorsus aliena, valent nempe ad intelligendum, an canones, conciliorũ, & summorũ pontificũ et sanctorũ patrũ de nõ habẽdis beneficijs, & pastoralibus curis, & episcopatibus, atq; abbatijs, & de seruandis vltimis hoĩm voluntatibus ita sint fundati in æquitate iustitię naturalis, & diuini iuris, vt pluralis quisq; in huiuscemodi beneficijs etiã autoritate sedis Apostolicę dispensatus non sit tutus in conscientia. Cuius resolutio planior videbitur, si primum dissoluatur quæstiuncula. Vtrum secundum se malum, & contra æquitatẽ naturalis aut diuini iuris sit habere plura beneficia ecclesiastica, aut plures episcopatus, seu pastorales curas. Et vtrum clericus habens præbendã simul & pastoralẽ curam sit in conscientia tutus residens in præbẽda dummodo per idoneum vicarium curę suę deseruiat. Et videtur forsitan quod sic. Nam contra ius diuinum est quempiam accepta re aut procurare sibi plura officia ecclesiastica, quorũ singulis non potest satisfacere, procurare nempe seu accipere negotium, aut onus supra vires, etiam ipsa ratio interna impium iudicat. Videtur ergo quod procurãs, aut accipiẽs plures præbendas aut curas pastorales, aliaue etiam beneficia simplicia, diuersaq; altaria, quæ ita inter sese distẽt, vt vnus non possit singulorum officijs satisfacere, faciat contra æquitatem naturalis & diuini iuris. Præterea contra æquitatẽ

Tenor dispositiõnis testamentariæ interdum licite nõ seruatur.

Vtrũ multa habere beneficia, aut non residere in cura, sit secundum se malum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturalis iuris ẽ vnũ eccleſię miniſtrum occupare loca mul torum miniſtrorum in diminutionem cultus dei, aut diuinĩ miniſterij. Videtur ergo contra ius diuinum eſſe, vnum ha bere plures prębendas, aut paſtorales curas. Tertio ſecundũ doctrinam Pauli Apoſtoli primæ ad Corintheos. 9. per locũ a contrario ſenſu cõtra ius diuinum videtur de lacte gregis manducare, & gregem non paſcere, de fructu alienæ vineæ edere, & eam, neq; plantare, neq; fodere, & ſtipendium pro tutela reipub. accipere, & remp. non defendere. Videtur er go contra ius diuinum eſſe paſtorem abſentem ex fructibus gregis ſibi commiſſi viuere, & gregem illum non paſcere,

Quõ & quãdo ha bere plura ſit con tra ius diuinum.

Ad quęſtiũculã prędictã reſpondeo, abſurdũ eſt dicere, qd habere plura eccleſiaſtica beneficia, aut pſonaliter nõ reſide re in cura paſtorali ſit ſimpliciter et abſolute cõtra ius diui nũ, & ſecũdũ ſe malũ, ſicuti mẽtiri, furari, aut adulterari, nẽ pe eccleſia in hac pluralitate bñficiorũ & in nõ reſidẽtia legi tur diſpẽſare vt patet in. c. de mult. de prębẽ. et dig. hacten⁹ aũt nũq; diſpẽſauit eccleſia, aut Romanę eccleſię põtifex, vt vlli hoĩ liceat furari, mẽtiri, aut adulterari. Ad primũ ar gumentũ reſpondeo, Impiũ & cõtra ius naturę eſſe obliga re ſe ad plura officia, quibus neq; per ſe, neq; per aliũ poſſit ſimul ſatisfacere his, quibus ex acceptis tẽporalibus ſtipen diis obligatur. Ad ſecundũ reſpondeo. Contra æquitatẽ naturalẽ eſſe vnum eccleſiæ miniſtrum occupare multorũ miniſtrorũ loca in damnũ, ſeu prędiudiciũ animarũ & eccle ſię, ſeu in diminutionẽ diuini cult⁹ ſiue ad viuendũ in otio & luxu ex bonis eccleſię, ſecus autẽ vbi ex perſona illa vna multorũ loca occupante nullum patitur eccleſia damnum, ſeu prędiudicium, eadẽ perſona etiã non diſpenſante bona illa prodige, ſed ad augmentũ diuini cultus, aut ad pauperũ alimoniam. Ad tertium reſpondeo contra legẽ naturalem eſſe manducare de gregis lacte deſignato paſtori in alimo niam vitæ ad paſcendum gregẽ illũ, & non curare, vt grex ille paſcatur ſeu cuſtodiatur. Contra ius itẽ diuinũ eſt paſto rẽ a loco curę ſuę abeſſe, abſq; rationabili cauſa, vt in otio vi uere, & fructus ſuperfluos ſibi accumulare aut prodige, ſeu pro libito expendere, ſed nõ eſt contra ęquitatẽ iuris natu-

ralis de

ralis de fructibus paſtori alicuius parochiæ ſuperfluis vi uere, & in eadẽ parochia, neq; reſidere, neq; adhibere illi pa rochię vllum ſpirituale officiũ. Nam & laici pauperes ex fructibus alicui eccleſiæ ſuperfluis ſibi diſpenſatis licite vi uunt. Plærũq; etiã laici, aut infirmorũ hoſpitalia recipiunt totius parochiæ decimas. Paſtori itaq; alicuius parochię, q̃ tis ex diuino iure debeat alimonia vitæ, nequaq; tñ ex iure diuino debẽtur illi oẽs decimę illius parochiæ. Neq; etiã vl la decimarũ quota cum ſufficiat eũdẽ paſtorẽ habere alimo ni deſignatã ſibi, ſiue ex prędiis illi⁹ parochię, ſiue aliũde.

¶ *Particula de ſtatutis ſæculariũ magiſtratuũ imponen tiũ uectigalia uel tributa.*

EX ſuperioribꝰ manifeſtũ ẽ mãdatis principũ ſæculariũ iudicũ, aut magiſtratuũ nõ eſſe obediendũ iniuſte im ponentium vectigalia, pedagia, gabellas, tributum. Verum hic ſciendum quod tributa, & annui cenſus ſunt reddit⁹ ex prędiis, aut agris debiti. Vectigalia vero ſeu pedagia, quę vulgo appellãt gabellę a trãſeũtib⁹ exigũt, et hęc quadrifariã cõtingit eſſe iniqua. Primũ propter defectũ authoritatis ve ctigalia imponẽtis, veluti ſi tyrannus occupans remp. vecti galia imponat, licite in foro conſciẽtię fraudant vectigalia.

Statuta de ſoluẽdis uectigalibus 4. modis ſunt iniuſta.

Vnde Paulus cum dicit, Qui poteſtati reſiſtit, dei ordi nationi reſiſtit. Itaq; ſubditi eſtote nõ propter iram ſolum, ſed & propter conſcientiã. Non de poteſtate vſurpata, ſed de poteſtate ordinata loquit̃. Nã qui aut poteſtati vſurpatę re ſiſtit, aut eam fradat non ſoluens tributa, dei ordinationi nõ reſiſtit, neq; conſcientiam ledit, licet enim inuaſori tyranno, aut intruſo in regnum, vel imperium, vel in papatum, aut e piſcopatũ reſiſtere, eũq; tanq; hoſtẽ caute illudere. Vnde & Chriſtus de poteſtate iuriſdictionis nõ vſurpata, ſed ordina ta loquitur ad Pilatũ, Non haberes in me poteſtatẽ vllã, ni ſi tibi datũ eſſet deſuper, hoc eſt non haberes poteſtatẽ tanq; iudex examinãdi me & inquirẽdi de vita & moribus meis iudicialiterq; abſoluẽdi, vel cõdemnãdi me ſecũdũ cauſę exi gẽtiã, niſi tibi deſup datũ eſſet, deſup inq̃, hoc ẽ, vel a Roma no Cęſare, vl' a deo cœlit⁹, vñ Barnar. ad epiſcopũ Senonẽ Romani pũ lis ptãtem Chriſt⁹ ſup ſe fatet cœlit⁹ ordinatã.

De poteſtate præ lati ſuper Chriſtũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi qua ratione obligabãtur tributum dare Cæsari.

Proinde et Iudæi iusta ratione obligabantur tributum seu censum dare Cęsari. Pilatus peccauit quidem peccato iniqui iudicij, condemnans Christũ innocentẽ, sed nõ peccauit peccato vsurpati iudicij, suscipiens causam Christi, vt hoĩs a Iudęis accusati iudicandam. Vnde ipse constitutus a Cæsare, habuit super Iudæos potestatem, ipsis Iudæis sua sponte subijcientibus se Romano Imperio, etiam cum iuramento fidelitatis ipsis Romanis præstito. Nam quemadmodũ testatur Philo Iudæus, regnauit Herodes Ascolonita tyrannico principatu, annis vno & triginta. Post quos, Iudæis fatigatis tyrannide eius, ipsiscꝫ iurantibus sese permansuros in fide ipsius & posterorum a Romano Imperio constituendorum, regnauit legitimo principatu, annis sex. Hęc Philo. Vnde & hoc fidelitatis iuramentum præstiterunt ipso anno incarnationis domini nostri Iesu, sicuti supputari potest ex breuiario temporum eiusdem Philonis, vt verificaretur prophetia aduentus Messiæ iam instantis, dũ sceptrũ regale atcꝫ ducale a populo Iudeorũ fuerit tũc ablatũ, atcꝫ translatũ in Romanos. Atcꝫ ita edictum quod exijt a Cæsare Augusto, perueniens in Iudæam, fuit non a potestate vsurpata, sed a legitima. Iusta igitur ratione obedierunt edicto iustus Ioseph & Maria benedicta, tancꝫ subiecti Cæsareę maiestati, quemadmodum & ipsi Iudęi sponte confessi sunt, abnegantes regem Messiam in lege promissum, Non habemus, inquiunt, regem nisi Cæsarem. Secundo contingit pedagia iuste esse imposita propter immunitatem rerum, p quibus vectigalia exiguntur, veluti si pro rebus ecclesiastica rum personarum vectigalia exigantur, vt patet in capite, Quamquam, de censibus. libro. 6. Aut si statutum generaliter disponat vectigalia exigẽda esse p his rebus, quę quiscꝫ ad vsum suum, suæcꝫ familiæ defert, Nã & vtrocꝫ iure humano, Canonico videlicet & Imperiali, sub grauissimis pœnis interdictum est. Nam & de lege imperiali sancitum est sub pœna capitis, ne exigatur vectigal pro his rebus, quæ vel reuehuntur proprij vsus causa, aut gratia ruris exercẽdi seu seminandi, vel deportantur ad fiscum seu ad ærarium publicum. Ea vero quę extra prædictas causas, vel negotionis

Vectigalia iniusta secundo modo.

tionis gratia, id est, ad vendendum deportantur, sunt pro quibus oportet vectigalia soluere. Cod. De vectigalibus. l. Vniuersis. Deinde in bulla cœnę domini dicitur, Excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt. Tertio, statuta & mandata quibus iubentur vectigalia solui, contingit esse iniusta, ob violationem distributiuę iustitiæ, veluti si vectigalia sic imponantur, vt plus grauentur hi, qui ratione iusta minus sunt grauandi, vtpote si magis indigentes grauentur plus aut æqualiter cum ditioribus, minusque indigentibus. Iniquum est pauperem pro rebus, quas vsu suo consumendas defert, tantundem ad supportandum reipubl. onera soluere, q̃tum diues soluit pro similibus rebus ęqualis ponderis ad vsum suum delatis. Ad hanc enim rationẽ supradicta lex intendebat, decernẽs ea, quę quiscꝫ pro vsu suo, suarumcꝫ prolium & familiæ defert exempta esse a lege soluẽdi vectigalia. Onera nempe quæ pro communi bono grauant singulos, debent taxari iuxta personarum facultates.

Tertio sunt statuta iniqua.

De statutis autem oppidorum aut communitatum imponẽtium æqualia onera pauperibus & diuitibus in mensuris vini & cereuisiæ, aut frumenti ad molendinum deferẽdi, infra latius. Quarto contingit huiuscemodi statuta esse illicita, ob defectum finalis causæ, veluti si vectigalia imponantur, non pro communi bono reipu. sed pro priuato principum aut magistratuum commodo. In omnibus hisce casibus, non tenetur quispiam in foro conscientiæ ad solutionẽ vectigalium, potestꝫ licite fraudare gabellas occulte, neque tenetur ad satisfactionem vllam aut restitutionem, si non soluerit is, qui iniquo statuto aut mandato grauatur, quemadmodum in foro conscientiæ non tenetur, si videat fieri abusum huiuscemodi vectigalium, veluti si quę pro communi bono reipublicæ imposita sunt, applicentur ad priuatorum hominum commoda, vel si quę ad tempus pro alaqua necessitate communis boni fuerint ab initio imposita, cessante necessitate illa, prorogentur aut perpetuentur pro sola voluntate principis, populo non consentiente.

Quarto de soluendis gabellis, iniqua sunt statuta.

Quando est licitũ fraudare gabellas.

Ad intelligendum autem quid sit in huiuscemodi rebo-

naturalis & diuini iuris. Sciendū est ex dictis, quēadmodū personę ecclesiasticę ex fructibus beneficiorum perdite, in otioq; viuentes, prętermittentes officia seu ministeria, ecclesiasticis beneficijs imposita, tenētur restituere quicquid receperint de fructibus ecclesiasticis propter officia spiritualia dispensandis, sicuti habet Hieronymus in commentarijs Esaiæ tertio. Raptores sunt qui temporalia accipiunt, & non seminant spiritualia, alimoniam vitæ, ceu stipendium accipiens, vt laboret in vinea, si non laboret, tenetur restituere quicquid acceperit, sicuti & episcopatum aut pastoralem curam, seu aliud quoduis beneficium suscipiens, vt ad annum fructibus gaudeat, neq; deseruiens, neq; deseruire intendens, postea huiusceemodi episcopatum seu pastoralem curam, aut aliud quoduis beneficium dimittens, tenetur perceptos fructus restituere, quia beneficium datur propter officium. Neq; hac in re hominem in foro conscientię tutum facit dispensatio papę, neq; suffragatur in conscientia personis ecclesiasticis, qui in otio & in delitijs consumpserunt fructus beneficiorum, prætermittentes officia spiritualia, propter quę acceperunt beneficia, nam contra ius diuinum papa dispensare non potest. Sic reges quoq; ac principes, exigentes tributa, vectigalia, ęteraq; temporalia, tanq; ministri & defensores reipublicę iure naturali & diuino, obligantur rempubl. tueri & defendere, & ideo si sub prętextu tutelæ, ac superuenientis defensionis reipublicę exigant, & extorqueant a populo alia onera & tributa extraordinaria, nō ppter tuendā remp. sed ppter priuata sua, aut suorū commoda, ad ditādum eos, qui nihil aut parū admodū de repub. sunt meriti, tenentur restituere, tales nempe extorsiones sūt oppressiones, iniurię & violentiæ. Neq; enim Imperatori, neq; papę homines subijciunt perinde atque serui dominis suis carnalibus subiecti sunt, alioqui lex Christiana esset secundum temporalia bona maioris seruitutis, q̄ lex Moysi, p quā Iudæi nequaq; efficiebantur hoīm serui. Temporalia igitur hoīm Christianorū bona nō sunt subiecta potestatib⁹ regū aut pontificū, tanq̄ ipsorum dominia, nempe seruis sub domino ea quæ acquirit, dño suo carnali lucrat, quæ & dñs

De clericis ex fructibus ecclesiasticis perdite viuentibus & officium negligentibus.

poteſt

poteſt pro ſuo lucro & commodo ſibi applicare. Populus aūt liber ſub principibus & pontificibus, ea quæ acquirit non regi aut principi, ſed acquirit ea ſibi, ſic tamen, vt populus, pro loco & tempore interdum non ſua ſolum, ſed & ſe ipſum teneatur pro neceſſitate aut cuſtodia reipublicæ expendere, & tum eccleſiarum pontifices, principeſq; reipublicæ moderatores, ius habent in temporalia bona, etiam eccleſię pro augmento diuini cultus deſignata.

Poteſtas ſuperior quō poteſt ſubditorū bona onerare.

Ex his igitur manifeſtum eſt, neq; papam, neq; ſæcularem poteſtatem poſſe pro ſuo lucro aut commodo, temporalia ſubditorum bona ſibi vſurpare, aut alienare, aut decimare, ſeu onerare, niſi eatenus ſolum, quatenus eſt in neceſſitatem, vel vtilitatem eccleſię, aut communis reipublicæ, vel ex alia cauſa, propter quam populus quiſpiam, aut tenetur dare, aut meretur priuari rebus ſuis temporalibus. Neque enim hac in parte diſcrimen eſt inter ſtipendia eccleſię pro miniſterio eccleſiaſtico donata epiſcopis, & ſtipendia quæ reges ſæculi exigunt pro tuitione reipublicæ ad cuſtodiam ſeu vtilitatem communis boni. Vtriq; enim, iuxta Pauli Apoſtoli miniſtri dei ſunt recipientes temporalia, propter ipſum miniſterium, & ita vtriq;, ſi non impleant miniſterium, propter quod datur temporale commodum, in oculis dei habentur tanquam raptores, & oppreſſores eccleſiæ. Deus autem cum per prophetam Samuelem dicit, primi Regum octauo. Hoc erit ius regis, agros veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, et dabit ſeruis ſuis, non de iure rectitudinis & iuſticiæ, ſed de iure vſurpationis loquitur, ſicuti ex proceſſu textus eſt manifeſtum.

Diſcrimē inter ſæculares principes, & pontifices.

Verum ex alio reſpectu diſcrimen eſt, quia principis eſt, tenere exercitum, & theſaurizare pro futuris periculis, vt paratus ſit reſiſtere hoſtibus irruentibus. Pontificis autem eſt pauperibus diſpenſare, quicquid vltra decentem victum & veſtitum excreuerit. Ex his conſideratis manifeſtum eſt mandata iniqua eſſe, quibus vectigalia ſubditis impoſita pro defenſione reipublicę, in vſum & commodū priuatū cōuertunt. Vnde & domini tpales cū poſſunt obſtare hoſtib⁹ atq; latronibus ingraſſantibus ſi negligūt, pmittēdo

xcitā

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem ſuam publicam in parte, vel in toto prædari, ac ſpoliari tenentur ad reſtitutionem damnum paſſis, quia ipſi ſunt deputati cuſtodes reipublicę, & tenentur q̄tum in ſe eſt defendere, dicente Apoſtolo Paulo de ipſis, Ideo ipſis tributa prę ſtatis, miniſtri enim dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, ad Romanos. 13. Neceſſitates reipub. propter quas licet vectigalia imponere ſunt ſtipendia miniſtrorum reipublicæ, reparationes, ac conſeruationes pontium publicorum, & domorum communium, ac mœnium defenſiones reipublicæ. Quædam etiam fuerunt impoſita vectigalia, ſeu pedagia ad cuſtodiam viatorum, & ad itinera tenendū ſecura. Tranſierūt neceſſitates illæ, in diſuetudinemq; abierunt onera, pro quib⁹ fuerunt impoſita, ſed perſeuerāt proh dolor, vectigalia, & tributa plærumq; in magnum grauamē cę, & quia huiuſcemodi bona temporalia propter occurrentes reipu. neceſſitates ſęcularibus principibus aſſignata, nūc plærumq; ſunt commiſta cæteris patrimonialibus bonis principis. Idcirco ipe diſcernere tenet, vt hæc non pro libito, tāq; ſint ſua patrimonia, ſed ipſius etiā eſt huiuſcemodi bona prouide expendere in eiuſdem reipub. neceſſitates, & vtilitates, aut in fiſcum, ſeu ærarium publicum theſaurizare, vt cum opus fuerit diſpēſentur in reipub. vtilitates, alioquī ſi principes reipub. moderatores exiſtiment licere ſibi pro libito prodigere huiuſcemodi tpalia tributa, vectigalia, & emolumenta propter defenſionē reipub. donata & aſſignata cōſenſu populi, & ſeſe nouis neceſſitatibus reip. ſuperueniē tibus poſſe paſſim imponere grauamina noua, timeāt ſupra ſe iudicium dei, ne ſint in oculis dei pauperum, & reipub. oppreſſores, qui conſtituti ſunt tutores & defenſores.

Neceſſitates propter quas imponū tur uectigalia.

Ab his prudēter cauent pij principes Chriſtiani, modo cō ſiderent ſeſe eſſe miniſtros dei conſtitutos ad dirigendum homines ſibi ſubiectos, non vt ſeruos ſuos, & mancipia, ſed vt homines liberos in pace & tranquillitate ſecundum iura, legeſq; præſcriptas, portantes, vt inquit Apoſtolus, gladium ad vindictam malorum remp. perturbantium, laudem vero bonorum. Si qui vero principes exiſtimant omnia eſſe ſua ſe-

ſua ſecundum dominij proprietatem, ſibiq; licitum eſſe vſurpare ſubditorum bona pro libito tanq̄ ſua, iam non politicū, ſed tyrānicum erit reipub. gubernaculum. Super omnes autem timeant iudicium dei, hiſce in rebus conſultores, ſuggerentes hæc principibus. Cæterum quia his noſtris ſęculis impoſitiones, & exactiones vectigalium, ſeu pedagiorum propter aliquam ex ſupra dictis quatuor cauſis contingit plærūq; eſſe illicitas, ideo non facile ingerendus eſt ſcrupulus huiuſcemodi vectigalia fraudantibus, præſertim pauperibus dum coguntur æqualiter cum diuitibus ſupportare reipub. onera ex rebus quas pro neceſſitate ad vſum vitæ ſuę & prolium conſumūt, cōſideratione etiam habita quod vtrumq; ius humanum tam canonicum videlicet q̄ ciuile reprobet ſtatuta quatenus exiguntur vectigalia aut alia onera perſolui, pro huiuſmodi rebus quę ad vſum propriæ indigentię aduehuntur. Verum hic ſciendum quod ciuitates aut communitates ſibi ipſis imponētes collecta ſeu modum colligendi pecuniam ad ſubeundum onera communia, non ſecundum iuſtitiam diſtributiuam, ſed ſecundum exigentiam quietis & pacis ciuibus omnibus conſentiētibus, vt quiſq; ſubditus illi communitati ſoluat modicum quid ſecundum ea, quæ defert per portam, vel ſecundum ea, quę deportat ad molendinum, vel ex taberna vinaria, aut cereuiſiaria non videntur iniuſte agere, neq; cenſenda ſunt huiuſmodi eorum ſtatuta iniqua, & iniuſta ſi ipſi ſua ſponte ſeipſos propter bonum pacis & tranquillitatis grauantes hiſce ſuis ſtatutis nemini iniuriam faciunt, veluti dum quarta, aut quinta menſura cereuiſiæ aut vini cedit ærario publico ciuitatis aut communitatis, in his enim difficile foret ſecundum proportionem taxæ diuitiarum & onerum onerare ſingulos. Ex ſupra dictis liquidum eſt, quod nec a mortali peccato, nec ab excommunicationis pœna excuſantur magiſtrat⁹ aut ciuitatis miniſtri, qui p̄hibēt ſubditis laicis ne vendant clericis quicq̄, aut ne ab eiſdē emant, aut blada molant, vel qui abſq; rationabili cauſa ſed ex odio aduerſus clerum immunitate gaudentem prohibent laicis ne vina aliaue bona clericorum pro vſu ipſorum aduecta, in pe-

Quō ingerendus ſit ſcrupulus pauperibus defraudātibus uectigalia.

De oneribus impoſitis ſuper menſuras uini aut cereuiſiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nora ponãt, vel q̃ sup̃ hac re molestiam ingerunt, ne per portas vrbis aduehere valeant, secus aũt si faciãt id ex rõnabili cã, habentes argumenta ꝓbabilia de fraude, vel de rebus illis exponẽdis venalitati ad quẽstũ secundũ negotiationẽ clericis prohibitã, ꝑ q̃bus & lex imperialis soluenda statuit esse vectigalia. Verũ hic obiter ex transcursu, ad intelligendũ quonã pacto accipiendi sint canones ac cõstitutiones ꝓhibẽtes clericis negotiationẽ, & pro quibus rebus emptis debeãt solui vectigalia, et cur negotiatio laicis in se licita, sit clericis ꝓhibita, Sciendũ ẽ duplex esse genus negotiationis. Vnũ ẽ negotiatiõis lucratiuę, qua quis emit res ad quẽstũ, vt reuendat easdẽ, veluti cũ emit vinũ aut blada, aut metallũ cã lucrã, vt illa eadẽ rursus, aucto pretio, vendat, & hæc est prohibita eccl'asticis. Similiter & negotiatio politica, qua videlicet q̃s emit ea, q̃ę sunt ciuitati aut militiæ sæculari necessaria, curã gerens sęcularis coĩtatis, & hæc itidem est clericis prohibita, sicuti & prohibitũ est eis in tꝑalibus curã habere sęcularis coĩtatis. Pro hac sentẽtia sunt decreta sanctorũ patrũ multa. Vñ Aug. in lib. 33. quęst. Anteq̃ ecclesiasticus q̃s sit, licet ei negotiari, facto aũt ecclesiastico nõ licet. 88. d. c. Fornicari. Itẽ Hiero. Negotiatorẽ clericũ, ex inope diuitẽ, ex ignobili glotiosum, quasi quandã pestẽ fuge. Eadẽ dist. Negotiatorẽ, Christus eiecit emẽtes & vendentes de tẽplo, insinuãs, inq̃t beatus Gelasius, q̃ in ecclesiastico loco nõ debẽt talia exercere, sicuti nec ꝑ ecclesiasticas personas, Nemo enĩ militãs deo, implicat se negotijs sęcularibus. Vñ etiã. 88. d. decernit deũ ciendus episcopus sacerdos, vel diaconus, sęculares curas assumens. Clerici q̃q̃ exercentes negotiationẽ talẽ lucratiuã, sunt excõmunicandi, & si sese admoniti nõ correxerint, deũciendi, vt dicit̃ in ca. Sub interminatione, ne clerici vel monachi, ẽ. Est aũt rõ, cur huiusmõi negotiatio sit ecclesiasticis ꝑsonis interdicta, q̃a et mentẽ implicat curis sęculariũ rerũ, atq̃ ita eandẽ auocat a studio rerũ spiritualium. Deinde quia difficile ẽ in ea seruare iusticiã, periculũq̃ peccati huiusmõi negotiationi insidiat̃, sicuti dicit̃ Eccl 26. Duæ species difficiles & piculosę mihi apparuerũt, difficile exuitur negotiãs a negligentia, & nõ iustificabit̃ caupo a peccatis labiorũ. Et infra ibidẽ c. 27. Sicut in medio cõpaginis lapidũ palus figitur, sic

An ecclesiasticis personis liceat negotiari.

Duplex negotiationis genus.

tur, sic & inter medium venditionis & emptiõis angustiatur peccatis. Negotiator peccatis inter emptionẽ & venditionẽ angustiat̃, dũ vult rẽ minoris emere, & eãdẽ pluris vẽdere q̃ valeat, atq̃ ita iuxta Leonis papę sentẽtiam, difficile ẽ inter vẽdentis & emẽtis cõmerciũ nõ interuenire peccatũ. Aliud ẽ genus negotiatiõis nõ lucratiuæ, quę nõ sic assidua ẽ, secundũ quã q̃q̃ emit rẽ aliquã ad vsum suũ & familiæ, aut vẽdit rẽ suã, quã vel dono, vel laboribus, vel artificio sibi cõgruo, vel ex suis prædijs & agris acquisiuit, veluti si q̃s balda aut vina emat, nõ vt reuẽdat, sed vt ĩ familia sua vtat̃ eis, vl' si artifex emat rẽ aliquã tãq̃ materiã, ex qua velit aliqd operari, secundũ artificiũ ꝑsonæ suæ cõgruũ, vt sic res artificiales, ex illa materia opatas vẽdat ita, tñ vt principalis intẽtio sit, nõ ex materia empta lucrũ inuenire, sed ex laboribus honesti artificij viuere. Et huiusmodi negotiatiõis genꝰ nõ ẽ ꝓhibitũ clericis, vt manifestũ ẽ ex decretis & conciljs sanctorũ patrũ, docentiũ clericis ac monachis licere etiã artificiũ facere, vt res artificiata vẽdat̃ ꝑ sua vl' indigentiũ sustẽtatõe, sicuti faciebat Paulus, q̃ erat artis scenofactoriæ .i. sunifex, aut tabernaculorũ seu tentoriorũ factor. Vñ Hiero. ad Rusticũ monachũ, Si habẽtes potestatẽ Apol'i de euãgelio viuere, laborãt manibꝰ suis, ne quẽ grauarẽt, cur tu in vsus tuos successura nõ præpares, vel fiscellũ texe iunco, vel canistrũ lẽtis plecte viminibus, ẽ. Licitũ ẽ ergo clericis artificiolo victum quęrere. Vñ simplices clerici & monachi, q̃ sese nõ ꝓrsus curis spiritualibꝰ actiuę vitę ad ꝓximos obligarũt, sed dedi cauerũt sese ministerijs quibusdã diuini cultus & actiõibus vitę contẽplatiuę, q̃a nõ possunt iugiter intẽti esse studijs, lectionibus, oronibꝰ, & contẽplationibus, ideo horas & tꝑa habẽt, quibus interim vacare possint, aut honestis artificiolis, aut laboribus in rure, quemadmodum dicitur in concilio Nanarceñ 91. d. & in capitulo. 1. de cele. mis. Sic Angelus dixisse legit̃ beato Antonio, nũc lege, nũc ora, nũc cũ feruore labora. Verũ caueãt clerici ne exerceãt artificiũ, q̃ operẽt ea q̃q̃ vsus ẽ, aut vt in pluribus abusus, aut ecclesiasticis personis incõgruus, aut dedecẽs, vñ facere sæcularia ornamẽta vanitatis, seu instrumẽta lusoria, taxillos & chartas, seu arma bellica, eaq̃ vendere pro sua sustentatione, prorsus est clericis illicitum, sicuti & illicitum eis est his rebus vti.

Clericis q̃ũ liceat negotiari, aut artificiũ corporale exercere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hactenus de mandatis & statutis principum sæcularium contra ecclesiasticam libertatem, aut iniuste imponentium vectigalia. Iam de mandatis principum aut regum iubentium militibus aut seruis, aut subditis ire ad bella, aut occidere quempiam. Ad sciendum igitur, quonam pacto liceat obedire huiuscemodi mandatis sæcularium principum, sciendum est, ꝙ princeps aut rex contra ciuitatem aliquam vel prouinciam, siue intra, siue extra dominium resp. habens iustam bellandi causam non terminabilem, necꝙ per superioris iudicis sententiam, sententiæꝙ executionem, necꝙ per hostium offerentium pro viribus satisfacere resipiscẽtiam, potest ius dicere pro republica, bellumꝙ indicere. Tũ enim princeps ille contra suæ reipub. iniuriatores, suarum possessionum detentores, gerit personam iudicis procidẽtis ad crimina puniẽda, & ad resarciẽda damna illata, & ad recuperandum sua. Veruntamen priusq̃ bellum est inchoatum, hostibus seu iniuriatoribus offerentibus plene satisfacere, non solum de iniurijs & rebus, sed & de sumptibus ac damnis, tenetur princeps a bello desistere, & satisfactionem admittere, quia bellare non est voluntatis, sed necessitatis, vt inquit Augu. 23. q. 1. Noli. Cessat autem belli necessitas, dum plena offertur satisfactio. Secus vero dum bellũ est inchoatum, quia tum ipsi hostes sua sponte subieceranr sese extra statum satisfaciendi ĩ statũ iusticiæ vindicatiuæ, dum primum nolentes conditionem iustę pacis recipere & satisfacere, digni efficiuntur vltione, ita vt iam ad habendam pacem debitam, non sufficiat illis emendare quod leserint, sed in arbitrio regis est bellum continuare ex necessitate qua est inchoatum, nisi pro conditione loci, temporis, & personarum suggerat lex charitatis oportere etiam a bello inchoato desistere, cuius autem priuatæ personę nequaq̃ liceat propter rapinam aut iniuriam sibi factam, procedere ad eedem, & ad mortem hominũ, qui pertinaciter rennuit reparare & restituere. Vtiq̃ tamen hoc licet principi & iudici, cuius est pertinacium hominum crimina, vtpote iniuriam reipublicæ, & oppressiones, atq̃ rapinas, violentasq̃ predas, etiam morte vindicare, siquidem vindicare seu punire crimina, nõ est pri

De mandatis principum indicentium bellum.

est priuatę psonę officiũ, sed iudicis gerẽtis psonã principis.

Obiecerit forsitan quispiam. Iudicis est vindicare seu punire crimina non extraneorum, sed subditorum. Videtur igitur princeps non effici iudex hostium extraneorum. Nã si non valeat sententia lata a non suo iudice, qua ratione indictio belli a principe lata cõtra extraneos hostes, poterit habere vim sententiæ iudicis. *Obiectio.*

Respondeo. Reus etiã extraneus, ratione commissi criminis de foro iudicis efficitur, etiam etsi fuerit constitutus in alenio territorio, dũmodo iudex iste non habeat in territorio illo alieno iudicem vllum, qui paratus sit administrare iusticiam, & cogere illos ad emendam & satisfactionem condignam, atq̃ ita necessitate compellente, princeps efficitur iudex hostium, etiam extraneorum suam rempublicam perturbantium. *Solutio.*

His prę missis, ex superioribus est manifestum, quomodo & quando miles, aut subditus, aut baliu⁹ tenetur obedire regi præcipienti, & occidere aut bellare, vel hostes iuuadere. Neq̃ enim baliuus tenetur obedire regi præcipienti, vt suspendat iustũ tanq̃ latronem, quem nouit ipse baliuus innocentem, qa rex præcipit contra legem dei, qua dicitur, Insontem & iustum non occides, & ipse quoq̃ baliuus agit contra idem præceptum, & contra illud, Erue eos qui ducuntur ad mortem.

Verumtamen hic sciendum est, quod si rex ex sententia contra illum iuris ordine lata prę cipiat illum occidi, tenetur baliuus obedire, nisi possit illius innocentiã demõstrare, aut alias liberare innocentem, necꝙ obediendo regi facit contra præceptũ dei iubentis, Non suscipies vocẽ mẽdacij, necꝙ in iudicio plurimorum acquiescas sentẽtię, vt a vero deuies, & infra, Insontem & iustum non occides, Deuter. 23. quia hoc intelligitur insontem non conuictũ testibus iuris ordine. Et hanc interpretationẽ ex scriptura discimus Deut. 19. In ore duorum vel trium stabit omne verbum, & hoc etiam seruandum esse in iudicio ad mortẽ, patet Deuter. 17. In ore duorum vel trium testium peribit, qui interficietur. Sic & illud, Maleficos non patieris viuere, intelligitur de his maleficis, qui testibus iuris ordine conuinci possunt, Siquidẽ & hanc interpretatiõem docet scriptura, Nemo moriat, vno cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baliuus quō teneatur obedire regi ĩbenti occidere aut bellare.

ra se dicente testimonium. Sic igitur obediens non peccat baliuus innocentem occidens ad iussum regis. Secus autem est si rex hoc pręcipiat ex ira, vel odio, vel alia causa irrationabili contra innocentem nō conuictum iuris ordine, quia tum oportet baliuum deo magis obedire, q̄ hominibus. Sed hic duo occurrunt dubia. Primum an iusto bello in obsidione ciuitatis principi iubenti omnes in ciuitate interfici tā infantes q̄ fœminas, aliosq̄ insontes teneantur milites obedire, et innocētes simul cū impijs interimere, & videt quod sic, quia in submersione Sodomę & Gomorræ deus simul infantes cum impijs submersit. Secundum dubium an baliuus nihil sciens de innocētia, vel malicia illius, quem rex occidi iubet, debeat passim obedire regi præcipienti, atq̄ mandanti, & videtur quod sic. Nam ipsius baliui non est cognoscere vtrum præceptum regis sit iustum, an iniquū, sed eius est exequi pręceptum, quia ei non cognitio causę, sed executio demandatur.

Contra dices forsitan. Nemo potest occidere quemq̄ nisi sciat illum esse conuictum iuris ordine, vt moriatur, vel alias reum mortis, quem authoritate principiū iubentis valeat occidere. Pręterea baliuus si teneretur obedire, ergo & Iudęorum & Pilati ministri tenebantur obedire principibus præcipientibus occidere Christum, & dicentibus ipsum esse legis Moysaicę destructorem, atq̄ ita inferiores Iudæi non peccassent Christum occidentes, præsertim hi qui per ignorantiam fecerunt, habētes Zelum legis suę, nō secundum scientiam, quemadmodum Paulus in lapidatione Stephani, cum ipsorum non fuerit cognoscere, an Christus fuerit destructor legis, an non, atq̄ ita sequeretur ministros Iudęorum interficientes filium dei non peccasse. Item neq̄ peccassent ministri gentilium principum, qui occiderunt martyres Christi iudicatos ad mortem secundum tribunalia iudicum infidelium.

Ad primam dubitationem respondeo.

Quamuis iusti & innocentes plærumq̄ puniuntur simul cum impijs a domino deo ad probationem patientiæ ipsorum,

rum, & ad augmentum glorię, aut ad cautelam, & in bonū eorum, ne malicia mutet intellectum eorum. Subditi tamē in facto & delicto sui principis innocentes ab alio rege, cui iniuria est facta, licite puniri non possunt, nisi subditi opponant sese pro iustitia facienda, & tum adhærentes principi suo nolenti parti leso satisfacere efficiuntur rei atq̄ nocentes. Atq̄ ita subditi innocentes vt pueri, fœmię, infantes, alijq̄ iusti etiam in bello iusto cōtra patriam suam p delicto principis sui occidi non possunt, neq̄ mutilari, aut bonis spoliari seu incarcerari, q̄uis interdum terra tota pro delicto principis subijciat ecclesiastico interdicto, per quod non sic fit damnum subditorum innocentum, licet subtrahātur ipsis mysteria sacra ad detestationē criminis i principe, & ad accelerandum conuersionem illius, sed huiusceemodi pœna damni spiritualis, quam patitur innocens propter interdictum positum sufficienter recompensatur per obedientię bonum. Ad id autem quod in quæstiōe dicitur de infantibus innocentibus submersis in subuersione Sodomę, & Gomorrę, Respōdeo hoc nil esse contra propositam resolutionem. Nam deo iubenti, aut homini, aut angelo interficere totam communitatem oportet obedire, Ipse enim est dominus vitæ & mortis. Deide neq̄ constat infantes illos in Sodoma fuisse innocentes, & ex impijs per fidem parentū factos esse iustos. Ad secundam quæstionem respondeo. Cum actus iudicis hominem damnātis sit actus publicus, facile baliuus scire poterit an rex priuata sua voluntate, an publica lege iuxta tribunal iustitię imperet occidere. Quod si rex forte absens mittat hominem quempiam tanq̄ condemnatū, reum mortis occidendum, baliuus ipse cum sit nudꝰ minister & executor iustitię regię potestatis obedire debet, īperanti regi nisi rōnes & causas habeat sufficientes, quibus rationabiliter moueatur ad opinandum, aut credendū regem imperare contra publicæ iustitię normam. Sic & de militibus iussu regis euntibus ad bellū dicēdū est. Subtiliter eni cōsilia & diffinitiōes principū inquirere nō ē subditorū, q̄rū ē hac in re de suis principibꝰ bona habere ęstimationē, vl saltē p̄sumere eos iusta habere bellādi aut occidēdi

An habētes iusta bellādi cām licite possint occidere innocentes simul cū impijs.

causam.

causam donec manifestata fuerit belli, aut occisionis iniusti cia. Vnde Augustin. Vir iustus, si forte etiam sub homine rege sacrilego militet, recte potest illo iubẽte bellare, si quod sibi iubetur, vel non esse contra dei præceptum, certum est, vel vtrum sit certum non est. Ita fortasse, vt reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostẽ dat ordo seruiendi, hoc de militibus subditis regis, qui rege cõsilioq; regis imperante bellare tenẽtur in bello de quo an iustum sit non certo sciunt, non quod debeant contra conscientiam, aut contra dubium conscientię bellare, sed quod teneantur pręsumere regem imperantem habere iustam bel landi causam etiam q̃uis illam ipsi ignorent, quia eorũ non est consilia principum discutere. Milites autem qui bellis indictis pro solo stipẽdio ad militiam vltro sese offerunt parati seruire vtricp parti, non curantes de belli iustitia, vel in iustitia in statu sunt damnatiõis ęternæ, donec resipiscant, sicuti & hi qui solum ad prędas, & clades intẽdunt, oportet enim milites seruare doctrinam Ioannis baptistæ dicentis ad ipsos, Neminem cõcutiatis, neq; calumniam faciatis, sed estote contenti stipendijs vestris. Vnde ex superioribus liquidum est, iniustum esse principis præceptum aut mãdatum, quo subiectus popul⁹, non secundum proportionẽ gratiatur oneribus, veluti si princeps exercitus mandet rusticis & ciuibus, apud quos militiam declinare contigerit, vt alãt milites & equos, iniustum est mandatũ. Princeps etenim milites alere debet ex ærario publico, & prouentibus, quos popul⁹ secundum proportionem diuitiarum tribuere debet. quamobrem & ciues illi ac rustici præ cæteris grauari nõ debent, neq; milites excusantur ex hoc quod eis stipendium non soluitur, qm̃ non propter hoc bona illorum rusticorũ ac ciuiũ sunt illis obligata, nisi forte milites sint, aut in extrema famis necessitate, aut omnino necessarij ad defensionem reipub. illorum rusticorum, non habentes alliunde stipendium. Iam enim vtiliter gerentes negotium illorum rusticorum non possent absq; præiudicio & damno magno illorum a bello discedere, tametsi plærumq; etiam in casu illo princeps, cuius est particularem illam rusticorũ communitatem

De militibus pro solo stipendio paindifferenter seruire omnibus principibus.

tatem defendere teneatur rusticis illis stipendium militib⁹ solutũ ex ęrario publico refundere, aut ad tempus a tributis soluendis liberare secundum proportionem stipendij perso luti. Neq; principis aut capitanei dissimulatio facit milites in conscientia tutos. Ex his igitur manifestum est quod dũ constet aut imperium regis non procedere ex tribunali publicæ iustitię, aut sententiam eius continere errorem intolerabilem vel manifestam iniquitatem, tam baliuus & lictor in occidendo, & miles in bellando, nullatenus debent obedire, veluti si iubeat rex occidere quempiã eo quod ille sit Christianus aut religiosus, aut sacerdos, aut prædicator arguens publica principum adulteria, pauperum oppressiones, aliaue crimina, quibus scandalizatur respub. Quamuis enim fortassis non quilibet credere teneatur neminem interficiendum esse, propterea quod Christum colat, sicuti patet in eo cui nunq̃ de Christo quippiam est reuelatum. Vnusquisq; tamẽ tenetur vitare errorem ne credat quempiam interficiẽdum esse propter hoc quod Christum colit. Sed hic dubitauerit fortassis quispiã vtrũ malefícus seu reus teneat obedire principi sęculari iubenti vt vadat ad carcerem, vel maneat in carcere & in captiuitate, Deinde vtrum iudex sæcularis licite possit tormentis aut cruciatibus torquere captiuos ad prodendum crimina sua, vel aliorum.

Vtrũ malefactor condẽnat⁹ ad mortem licite possit fugere, aut uincula & fores carceris effringere.

Ad primum respondeo. Malefactor quisq; propter crimen aliquod cõmissum reus mortis, q̃uis priusq̃ est in manu iudicis, aut potestatis sęcularis licite possit fugere, & non teneatur vltro, neq; sese offerre captiuum, neq; dare in potestatem iudicis etiam iubentis vt ille vel in carcerem vadat, vel in potestatem ipsius sese tradat, vtricp tamẽ si iã factus est captiu⁹ obligat iuste sententiæ iudicis, aut magistratus sæcularis obedire, tametsi non semper teneatur illud facere ad quod sequitur sententiæ illius executio.

Sed pro illius conclusionis intellectu operę pretium est scire duplices esse pœnas, ad quas sæculares iudices solent reum cõdemnare. Quædam sunt ad quas damnant, vt reus patiatur solum illatas. Aliæ sunt ad quas damnant, vt reus etiam eas agat. Qui ad prioris generis pœnas damnatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mnat, tenet patiēter ferre illas ab executore iusticiæ illatas, vtpote mortē, vbera, suspēdiū, similesq; pœnas, quas sibimet ipsi inferre negt. Verū qa nō est condēnat⁹ ad manendū in carcere, aut ad non exeundum, ideo non obligatur illic manere, sed licite potest ostijs apertis exire carcerem, ac fugere, & de hoc nulla est inter doctores quæstio. Sed an liceat vincto ac incarcerato ostium carceris effringere, & vincula ad sese liberandum, & ad fugiendum dirumpere, in quæstionem vertitur. Henricus Gandauensis, quodlibeto nono, respondet hoc non licere, propterea quod iudex habet potestatem claudendi illum in carcere, & vinciendi illum, & ideo sic vinctus non sine iniuria indicis, inquit, rumperet vincula & carceres, sicuti cum iudex est in actu occidendi, si rebellaret, peccaret, & faceret iudici iniuriam. Verū de priori parte illius opinionis probabilior ē sentētia aliorum, dicentiū malefactori sic iuste vincto ac incarcerato, nisi iuramentū a se prestitū obuiet, etiam licere effringere vincula, & ostia carceris ad sese liberandum, vt solutis vinculis, valeat fugere propter ius naturale, quod secundum animam habet in membra corporis sui vtendi illis, ad custodiam animę suę in corpore, q̄ diu potest. Potest itaque corpore suo & manibus vti pro sua liberatiōe, q̄uis non possit neq; executori in actu executionis iusticiæ repugnare, neq; custodibus carceris, aut baliui curam captiuorum gerentibus resistere, aut inferre violentiam, aut percutere illos, aut pugnare cōtra eosdē. Baliui nēpe & executores iusticię, vtpote ministri reip. ius seu potestatē hñt hęc faciēdi i malefícos, sic vt supra diximus, et infra lati⁹ dicemus qualificatos, tenēt̄q; iuxta iuramēta ab ipsis prestita plerūq; sic procedere cōtra eos iustā habētes cām illos inuadendi & incarcerandi, ipsi uero malefici, nullam habent iustam resistendi, aut contra pugnandi causam. Deinde & homines, quibus neq; custodia carceris, neque persona in carcere captiua commissa est, licite possunt cooperari captiuo ad fugam & liberationem e carcere, tametsi sit illis illicitum carceres aut fores, aut seras infringere. Nam si crimen est grande effringere fores, aut seras domus priuatę, longe maius est crimen effringere carceres & seras domus publicæ, quę communitatis est. Secus autem est de ipso captiuo, is nempe vincula sibi dirumpens,

De malefico dānato in carcere, an licite possit fugere & vincula carceris dirumpere.

pens, aut dissoluens, neq; iniuriam facit custodi carceris neq; iudici, sed suo iure vtitur ad custodiam vitæ suæ. Imputent igitur custos & iudex sibiipsis, quod cum non custodierint diligentius neq; carcerem firmauerint fortius. Reus vero, qui ad posterioris generis pœnas iusta sententia damnatur, tenetur facere illud, ad q̄d faciendū est condemnatus, videlicet si condemnatus est, vt peregrinetur ad talem vel talem locum, vel vt in exilium vadat, vel in ciuitate aliqua, aut in carcere permaneat, & non exeat designatum sibi limitē, tenetur infra præfixos sibi terminos permanere. Si qs vero iudex dānet malefícū, vt is sibi inferat prioris generis pœnas, veluti vt sese interficiat, aut mutilet, venenū mortiferū accipiat, aut panē vitæ necessariū a se abijciat, & nō sese pascat, iniusta ē sentētia, neq; tenet malefícus obedire, etiā si dānatus sit ad mortē, vt fame moriat, si habeat panē, tenet seipsum pascere, q̄uis aūt nullus teneat sic dānato tā in extrema necessitate cōstituto cibū ministrare, vtiq; tñ licite ministrat cibū nisi facto prohibeat.

De iudicibus, & baliuis sæcularibus torquentibus incarceratos, ut crimen prodant.

Ad secundū dubiū respōdeo. Iudex sæcularis neminem potest cogere tormentis aut cruciatibus ad prodendum, vel ad accusandum seipsum, vel alterum de crimine, ad quod sequitur mors sui vel alterius, nisi super crimine illo publica infamia reum vexet. Arbitramur quoq; non solam infamiā sufficere, vt liceat iudici sęculari infamatū ad quęstionē ac torturā ponere, nisi simul & adsint alia indicia, quibus rationabiliter iudicis aīus moueri potest ad credēdum crimen esse cōmissum ab eo, q est infamatus. Baliuus aut præfectus reip. torturam faciens, absq; indicijs seu argumētis præuijs, peccat grauissimo mortali peccato, & inique torquens, tenetur leso satisfacere de iniuria & damno. Ex supradictis sequitur. Iudex sęcularis torquens reos siue condemnatos ad mortē, siue ex sufficiētibus indicijs detētos in carcere, extorquēs ab ipsis, vt reuelent ei suos cōplices malefactores occultos, & nō diffamatos, mortaliter peccant, quia sicut is q prodit crimen occultum quod transijt, mortaliter peccat. Ita & mortaliter peccat is qui alium cogit vt prodat tale crimen occultum, præsertim cum is qui crimen commisit iam sufficienter pœnituit, aut si nondum pœnituit, nemo patitur inde præiudicium aut damnum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proinde malefactor ipse q̃tũuis grauib⁹ torm̃etis fuerit coactus, tenetur non prodere crimen fratris occultum, nisi crimen illud occultum sit verisimiliter iterandum, aut futurũ in reipublicæ, aut proximorum damnum & nocumentum, quemadmodum accidit in hæreticis molientibus subuertere fidem, in latronibus, incendiarijs, proditoribus in scelere perseuerantibus, & in huiusceмodi casibus prudens sit sacerdos audiens peccata eorum, informetq; illos, vt sciant quidnam debeant facere. Et quia sæcularis potestatis est damnis atq; periculis reipubl. obuiare, & crimina vindicare ad terrorem aliorum, ideo potest ipse de huiusceмodi criminibus occultis in perniciem aliorum iterandis, quæstionem facere in tortura, si verisimilem habeat suspicionem, eã quẽ captiuum detinet noscere taliter criminosos, eumq; propter prædictas causas debere reuelare illos in scelere pseuerãtes. Hactenus de mandatis principum aut sæcularium iudicũ.

¶ *Sequitur alia huius articuli particula, de mandatis episcoporum & pontificum præcipientium iudicibus sub se positis, excommunicare aliquem, uel excommunicatum denuntiare aut reuelare crimen tam de se, q̃ de altero, aut aliud quicquã mandatum fieri.*

EX supradictis liquidum est quando, & quomodo sacerdos tenetur obedire episcopo præcipienti, quatenus a communione separet & excommunicet, vel excommunicatum denuntiet subditum sibi parochianum, quem tamẽ ipse nouit innocentem. Episcopus enim si hoc præcipiat fieri in hominem secundum tribunal publicum, iam sacerdos obedire tenetur, etiam & si sciat hominem illum esse innocentem, nisi apud episcopum possit impetrare absolutionem ab huiusceмodi onere. Obiectio. Sed rogabit hic forsitan quispiã, Quid si sacerdos sciat non solummodo hominem illum esse innocentem, sed & episcopi sententiam esse iniustam, an teneatur ipsi obedire. Et videtur quod sic, quoniam sacerdotis inferioris non est cognoscere, an superioris sententia iusta sit an iniusta, neq; ipsi causæ cognitio, sed sola exequutio demandatur, quemadmodum dicitur in decretali. Pastoralia

ralis, de officio delegati, vbi sic legitur. Quia vero sæpe contingit quod executio sententiæ ordinario demandatur, quę si iusta fuerit, an si ordinarius ipsam iniustam esse cognouerit, debet eam executioni mandare, an sit ei potius subsistendum, attendentes itaq; quod non cognitio, sed executio tantum demandatur eidem. Respondemus, quod cum ordinarius teneatur obsequi de legato, & si sciat sententiam illam iniustã, exequi nihilominus tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc onere ipsum absoluat. Respondeo. Solutio.

Aliud est scire sententiam delegati esse iniustam, id est, contra ius litigatoris latam, Aliud est scire sententiam delegati esse nullam, vtpote latam esse autoritate literarum manifeste falsarum, vel per instrumenta falsa, cæteraue testimonia, quæ delegatus iudex potuit aut debuit de iure repellere. In hoc enim casu secundo, executor non tenetur obedire, quia potest innocentem via iuris liberare, ostendendo delegati sententiam esse iniustam. Secus in casu priori, quia tum obedire tenetur, modo tamen faciat quantum in se est, vt sententia contra innocentem lata informetur, aut si hoc non potest, vt ab huiusceмodi executionis onere supportet.

Hic iam si dixeris, Vir nõ tenetur episcopo obedire precipienti, vt commisceatur carnaliter mulieri petenti debitũ, cum qua in facie ecclesiæ contraxit, si in conscientia etiam occulta deprehendat illam, cum qua sic contraxit, non posse veram esse coniugem suam, ergo neq; sacerdos obedire debet episcopo præcipienti, vt excommunicet illum, quem nouit in occulta conscientia sua esse innocentem. Respõdeo consequentiam illam non valere. Nam commisceri mulieri, quæ scitur non esse vxor, est secundum se malũ et prohibitum diuino iure, excommunicare autem vel punire hominem, qui sciturinnocens, non est secundum se malum, cũ possit per additionem circumstantiæ interdum fieri licitũ, sicuti & percutere, aut contristare, aut confundere, aut fallere hominem etiam iustum, plærumq; sit licitum, tam propter bonum publicum, q̃ propter vtilitatem illorum, qui percutiuntur, aut falluntur, sicuti homines mente capti, & pueri q̃ peccare non possunt, iusta interdum ratione ceduntur vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis, contristantur terroribus. Amplius autem ex superioribus patet mandata ecclesię & prelatorū generaliter expresa, esse intelligenda saluis semper legibus naturalis & diuini iuris. Et ideo sacerdos, qui per confessionem nouit despōsandam mulierem esse futuri sponsi propter crimen occultę commissum affinem, aut cognitam a fratre sponsi, non tenetur impedimentum hoc reuelare episcopo præcipienti omnibus scientibus impedimentum, vt reuelent ipsum sub excommunicationis pœna, quia hoc casu episcopus si interderet precipere vt reuelarentur ea quę p̄ solam confessionē sciuntur, iniquum esset preceptum. Ipse quoq; sacerdos hoc casu si hoc reuelaret, sigillum confessionis infringeret, reddereţq; confessionem odiosam, quod est contra naturalis iuris legem. Veruntā sacerdos talis, quantū est in se laborare debet, vt matrimonium sic contrahendum impediat. Qui vero impedimentum extra confessionem solus nouit, tenetur correptione premissa fratrē denunciare pastori q̄ p̄desse possit. Cęterū accusatus, aut infamat⁹ nō tenetur, neq; aliū, neq; seipsum prodere ad mandatum iudicis reuelando crimē, super quo iudex non potest contra ipsum secundum iuris ordinem procedere, aut inquisitionem facere. Crimen quatenus est occultū, eatenus exemptum est ab inquisitione & iudicio tribunalis humani, quoniā iudicia tribunalis humani ad publicam potestatem & scientiam pertinent. Vnde & grauiter peccant iudices, & monasteriorum, atq; ecclesiarum prelati, qui in subdito, vel in accusato, vel diffamato super vno crimine inquirunt de criminibus aliis, super quibus nulla precessit infamia, q̄ si quis sese ingesserit ad secretandum secreta fidei. & prouocauerit nos dicere, quæ eū minus recte agērem non oporteat audire, prudēter eum debemus eludere, sentētia est Origenis dist. 43. ca. in mandatis, vbi glossa docet esse dolū quendā bonū. Si vero quispiam secundū formā iuris a iudice interrogat⁹ est sup̄ crimine, de quo precessit infamia, aut super quo apparent indicia manifesta, tale crimē simul & personā, quę crimē perpetrauerit indicācia, tenet reus iudici secundū formā iuris precipienti exponere veritatē, quā nouit tam de seipso, q̄ de alio. Pro ampliori

De mādatis pastoris præcipiētis, vt omnes scientes impedimētum matrimonij reuelent ipsum.

An accusatus, uel infamatus de crimine teneatur obedire iudici mandāti, vt seipsum prodat.

ampliori intellectu istorū sciēdum est quod iudex p̄sidēs tribunali iustitiæ potest præcipere & præcepto suo subditos obligare iuramentumq; exigere vt sibi pandant, aut reuelēt crimē illius contra quē iure procedit. Cęterū iudex ex officio suo potest, & debet procedere contra alterū in triplici casu. Primo quando is apud iudicē accusatur, tum enim præcedente inscriptione, per quā ipse accusans sese ad pœnā talionis obligat ex officio suo, iudex cōtra accusatū debet p̄cedere. Secundo quādo cōtra illū super crimine illo ad aurē iudicis peruenit infania per clamosā insinuationē, ex qua scādalum populo generatur, tū enim iudex pro sola infamia etiā nō extante accusatore ex officio suo illū vocare debet, & cōtra eum procedere inquirēdo, testesq; audiēdo de crimine super quo est infamatus, non aūt super aliis criminibus, de quibus nulla præcessit infamia, & tum si iudicialiter cōdemnari non potest canonica est purgatio indicenda propter scandalū aliorū. Tertio iudex debet procedere contra alterum quando frater qui peccauit, denunciatur ei, tum enim si iuxta doctrinā euangelij p̄cessit secreta admonitio, seu correptio, & post admonitionē testiū inductio, iudex ex officio suo tenet contra illū procedere ad conuincendū talem si peccatū sit in damnū corporale, vel spirituale p̄ximi, aut in reipub. perniciem, & tū quisq; etiā non requisitus, sciens futurum proximi crimen multitudini periculosū, debet vltro suaq; sponte crimē denunciare, vt peccatū alioqui futurū in damnū, vel nocumentū aliorū impediatur. Verū in accusatione & in inquisitione finis est pœna peccantis propter cōmune bonū, vt & cęteri timorē habeant. In denunciatione autē simplici, & euangelica finis est pœnitētia & emenda delinquentis, & ideo si præcedat accusator vel infamia, potest iudex p̄cipere alteri & exigere iuramē tum ab illo, vt reuelet veritatem, quam nouit, teneturq; subditus prelato sic præcipiēti obedire, & veritatem quam de se vel de alio nouit, reuelare. Si autem per viam simplicis denuntiationis sit modus agendi, & ad emendam videlicet ac pœnitentiā delinquētis, iam iudex, cui crimē denūciat, nō potest p̄cipere subdito, aut exigere iuramē

Iudex in triplici casu cōtra alterum debet p̄cedere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuramentum ab eo, vt reuelet crimen, quod nouit de illo qui denunciatus est ipsi, quia tum crimen est illi reuelatum, nō vt iudici, sed vt priuatæ personæ quæ prodesse potest, & nō obesse. Vnde aliud est accusare aliquem apud iudicē. Aliud est denunciare illum iudici. Neq; obstat quod crimen illius quem superiori denunciat sit manifestum aliquibus, & tale quod testibus probari possit, veluti si duo, vel tres iurati affirment aliquem crimen aliquod perpetrasse sese videntibus, tametsi non laborat contra eum infamia, nō est inquisitio contra eum facienda reusq; ipse si reputet se occultum, & nondum infamatum, non tenetur iudici inquirenti, & mandanti seipsum prodere. Vnde & is qui denunciat hoc agit non propter commune bonum, vt ad exemplum aliorū puniatur is, qui crimen commisit, sed vt is qui peccauit resipiscat & pœniteat, & ideo non oportet iudicem, cui crimē sic est denunciatum procedere ad publicam correctionem, neq; potest per viam inquisitionis testes examinare contra denunciatum, q̄diu ad aures eius nō peruenerit damnosa infamiæ insinuatio, quam sine scandalo, aut p̄iudicio reip. simulare non potest. Si vero crimen alicui⁹ super quo nō p̄cedit cōtra reū infamia sit futurum in damnum, aut in nocumentum multitudinis, veluti si hæreticus sit, qui hæresim suam docere intendit, aut proditor, qui ciuitatem sit traditurus, tum si vel acceleratur imminens periculum, vel nō est spes proficiendi per admonitiōem huiusce modi, aut per testium inductionem, oportet me absq; secreta admonitione, & absq; testium inductione ad denunciationem procedere, teneorq; veritatem quam noui reuelare illi aut tanq̄ iudici, si & alij sint testes crimen illud scientes, aut tanq̄ priuatæ personæ, quæ potest prodesse, & nō obesse, si solus ego nouero crimen illud futurum. Atq; ita in criminoso contra quem nō volat infamia, aliud est de crimine p̄terito, aliud de futuro, quia ex crimine quod transijt, non imminet multitudinis periculum, & ideo non oportet me super illo fratrem denunciare, nisi præcedente admonitione, qua p̄missa si videam eum impœnitētem, & simul adsit spes emēdæ ex denunciatione illius, oportet denunciare. Postremum de nuntiatione facta ecclesiæ seu iudici ecclesiastico, non mō tenetur ecclesiasticus iudex contra illum denuntiatum via iuris procedere, atq; decernere eum nolentem obedire, habēdum esse tanq̄ ethnicum & publicanū, sed eiusdem ecclesiæ seu iudicis est, prudenter considerare, quid expediat reipub. ne sic procedendo plus turbet, plusq; mali q̄ boni adferat, veluti dum censura ecclesiastica non prodest, neq; ei qui de ecclesia eijcitur, neq; ecclesiæ, quæ ex illo iam foris ejecto, plus dispendij patitur. Ad illum enim sensum vergit sententia Christi ad discipulos, dicentis, Nolite eradicare zizania, ne simul conculcetis & triticum. Contra criminosum autem de crimine occulto, quod futurum est in damnum, aut perniciem alicuius communitatis, modus procedendi debet esse non solum ad emendam & pœnitentiam delinquentis, (quia tum si de peccatis emenda seu pœnitentia prorsus desperaretur, nō oporteret neq; corripere, neq; testes inducere, neq; denuntiare) sed etiam ad obuiandum damnis & periculis alioqui imminentibus ciuitati, aut fratri, & ideo tū oportet procedere ad denūtiationem, etiam tametsi prorsus desperaret de futura pœnitentia delinquentis. Vnde Christus non dixit, Si frater tuus peccare intendat in futurū, corripe eum, & cæt. sed si peccauerit in præterito. Veruntamē si peccatum illius futurum posset etiam impedire secreta correptione fraterna, tū oporteret etiam illam præmittere absq; denuntiatione facienda ipsi ecclesiæ. Hacteuus de p̄ceptis aut mandatis episcoporum aut iudicum præcipientiū subditis iudicibus, aut sacerdotibus, vel alijs subditis, vt excommunicent, vel excommunicatum denuntient, aut crimē tā de se, q̄ de alijs reuelent. Iam de alijs quibusdā mandatis eorum disserendum, videlicet de sentētijs eor⁹, & excōmunicationibus & censuris. Ex superioribus est manifestū, quod sicut licite fraudatur gabella, quę iniuste fuerit imposita, ita licite quoq; in foro conscientiæ innocens nō solui illud ad quod p̄ sententiā, quæ secundū allegata & probata, iuste fert, est cōdēnat⁹, veluti si condēnatus quispiā sit ad restituendū, quod nō abstulit, conuictus p̄ falsos testes, q̄ seruato iuris ordine, repelli non potuerunt. Vnde manifestū ē, quod

Crimē occultū quō denūciare oportet.

Sentētia quæ secūdū allegata et probata fertur contra innocentem, an liget.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod a iudice pīgrūq; aliquid iuste aufertur alicui, q id ipsū iniuste patitur. Deinde et ex superioribus licitū ē, quod maritus nō tenetur ad mandatum iudicis superioris adulteræ vxori occulę debitū reddere, quoniā iudex si hoc sciret, nequaq; illud præciperet in pręiudiciū mariti, quippe qui cognoscens vxorē suam adulteram bigamus fieret. Quod si in illo casu iudex vellet virū esse obligatum ad reddendum mulieri debitum, quod vir ipse posset vtiq; sine peccato facere, iniquū esset ipsius mandatū, qa contra ius debitū marito factū. Q̄uis aūt maritus nō posset eandē adulterā sic occultū, a domo eijcere propter scandalum alioquī euēturum, vtiq; tamen potest eam a toro repellere, potestq; sibi in defectū probationū ius dicere, quēadmodum diximus supra de mādatis principis iubētis ire ad bellū. Sic & is qui rationabiliter incipit aut dubitare de seruitute eius, cū qua cōtraxit, aut certo cognoscere eam seruā esse, nō tenetur obedire ecclesiæ pręcipiēti, vt illi debitum reddat, eoq; ipsa cum qua contraxit, non sit vera vxor eius.

De marito, qui ignoranter contraxit cum serua.

Dices forsitan, Vir iā deprehendens eam cum qua contraxit seruam seu mancipium, potest denuo consentire in illam, atq; ita poterit eam iam ex nouo consensu superueniente factam vxorē cognoscere maritali affectu, tenetur ergo obedire episcopo præcipienti, vt eam tractet maritali affectu. Respondeo argumētum non cōcludere, neq; enim tenetur in tam magnum sui præiudiciū consentire in eam tanq; in vxorē, quemadmodum neq; in principio ipse liber homo tenebatur obedire prælato præcipienti, vt cum non libera contraheret. Vnde licitū est obedientiam denegare pręlato, si ipse actu debito consentiat, vt sibi in tali casu non obediatur, sicuti & detentio rei alienę fit licita, dño consentiēte actu debito, tametsi actu illicito praue dispositus pro nūc dissentiat, quēadmodū non teneor gladium depositum reddere hoī iam constituto in ira & furore, volenti, aut semetipsum, aut alium occidere. Contra vero si dixeris, Teneor pecuniam debitā soluere creditori, qui illam prodige est consumpturus, atq; in animę suę piculum abusurus in scorta, in meretricia. Respōdeo. In casu hoc nisi soluerē illi debitum, deteriꝰ ageret. Vnde etiā liceret furioso

rioso gladium reddere, vbi verisimiliter furiosꝰ ipse deteriꝰ ageret, nō reddito suo gladio. Neq; oportet, quod si prælatus peccet præcipēdo, quod ergo subditus nō teneatur illi obedire, veluti si nouerim principē habētem iustam bellandi causam, humana cupiditate bellum gerere sola libidine dominādi, aut vlciscēdi, ego nihilominus teneor illi obedire, cuius ipse non iusticiæ zelo bellum gerat. Vnde præcipere aliquid, potest esse illicitum duobus modis, Vno qdē modo, ratione actus, q præcipit, quia videlicet ille est illicitus, & tū nemo potest obedire. Altero aūt modo, ratiōe intētionis præcipientis solum, cū videlicet actus, qui præcipitur est licitus, sed intētio finis propter quē præcipit, est praua, & tū nō oporteret si prælatus peccet præcipiēdo, q; idē subditus non teneat obedire, sicuti & iuxta doctrinā Petri Apostō. Seruus tenetur subditꝰ esse suo domino, nō solū bono atq; modesto, sed etiā dyscolo, prim. Petri. 2. Loquitur enim Petrus de seruo iusta seruitute obligato, qui tenetur domino etiam dyscolo seu praue, aut ex sola libidine imperanti obedire, non in illicitis aut nefarijs actibus, sed in his quæ ad ius corporalis seruitutis pertinent. Sunt enim apud paganos & impios etiam iusta temporalium rerum dominia, iustæq; seruitutes ac possessiones, quamobrem & iusti, veriq; Christiani multis possunt modis fieri debitores, aut subditi illis absq; præiudicio libertatis Christianæ. Sic seruus Christianus apud infideles captiuus, non peccat obediens domino suo, cooperans illi in actibus externis, qui in se liciti sunt, tametsi sint illiciti ex intentione domini præcipientis, veluti dum ducit dominum suum ad templum Idoli sui, sicuti accidit de eo, qui in templo Remnon sustentauit dominum suum adorātē sua Idola. 4. reg. 5. Sic licitū ē puellę Christianę portare caudā dominę suę eūtis ad delubrū idoli. Ex his insuper manifestum est iniuste excommunicatum non esse obligatum seruare excommunicationis mandatum, neq; ipse alios tenetur vitare, neq; ipsum tenētur vitare alij, quibus constiterit sententiam esse iniustam, nisi vel ratio scandali, vel alia extrinseca occurrēs causa iuxta legē charitatis exegerit. Multa enim sunt in se licita, nullo præcepto diuino

Præcipere aliquid alteri duobus modis illicitum.

An Christianus inter Saracenos captiuus peccet ducēdo dominum ad delubrum Idoli sui.

Universidad de Deusto Biblioteca

De sententia excõmunicationis iniusta, aut nulla, an liget.

in sese prohibita, quæ pro loco & tempore consilium charitatis docet esse illicita. Sententiam excommunicationis iniustam appello non eam solummodo, quæ secundum iurisperitos nulla est, vtpote vel lata a non suo iudice, vel continens intolerabilem errorem, sed & eam etiam, quæ iniusta est ex parte causę, videlicet dum lata est, aut propter causam iniquam, aut propter causam non extantem, falsis videlicet præsumptionibus, aut testimonijs subnixam, atq; ita nõ est hac in parte differẽtia inter sentẽtiã, quę nulla dicit, et inter eã quę aliqua est, sed iniusta ex parte causę. Habes ꝙ hac sententia doctrinam Origenis, Augustini, Hieronymi, Gelasij, & aliorũ. Origenis homilia. 14. super Leuiticũ. Fræquẽter quis exit de ecclesię castris, etiam si per episcopi vocem non abijciatur. Sicut econtrario interdum fit, vt aliquis non recto iudicio eorum, qui ecclesiæ præsunt, depellatur & foras mittatur, sed si ipse non ante exijt, hoc est, si non ita egerit, vt mereatur exire, nihil leditur in eo quod non recto iudicio foras mittitur ab hominibus. Atq; ita fit vt interdum is, qui foras mittitur intus sit, et ille foris, qui intus retineri videt. Hęc Origenes. Item si quis fidelium iniuste, inquit Aug. fuerit anathematizatus, potius ei oberit, qui facit, q̃ qui hãc iniuriam patitur. 11. quęst. 3. Illud plane. Item Gelasius. Sententia si iniusta est, tanto eam curare nõ debet, quanto apud deum & eius ecclesiam neminem potest grauare iniqua sententia. Ita ergo ab ea se non absolui desideret, qua se nullatenus prospicit obligatum. 11. quæst. 3. Cum est illata. Item Hiero. qui non recto iudicio foras mittitur, si non ita egit, vt meretur exire, nihil leditur ex eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. 24. quæstione. 3. Si quis nõ recto & c̃. Sententia ergo quæ secundum veritatem damnat inocentem, non est sententia in se habens vim obligandi, quamuis aliunde quandoq; oporteat innocentem parere tali sententiæ, puta si sententia in se non explicet huiusce modi iniustitiã, aut si explicet non est alijs manifesta. Vnde iniuste excommunicatus plærumq; secundum legem charitatis debet patienter ferre excommunicationis sententiam. sed ad hoc nõ obligatur ex vi latæ sententię, quę iniusta est,

Sententia damnãs innocentem.

quam

quam etsi ecclesia plęrumq; innixa præsumptionibus veritatis tulerit, quia tamẽ veritati ex parte causę non respondet, sententia ipsa in foro conscientię minime ligat iniuste excõmunicatum, qui tamen propter hoc nequaq; potest contemnere autoritatem, aut ecclesię ordinationem, quę a deo est in eiusdem ecclesiæ ędificationem data, & ideo si nihil mihi conscius sum eius criminis, propter quod sum excommunicatus, licite possum celebrare in occulto, licite quoq; potest mihi in diuinis communicare in occulto quisquis nouerit me innocentem. Veruntamen in publico oportet etiam satisfieri iudicio humano, vt homines manifeste videant nos nõ cõtemnere autoritatẽ ecclesiæ. Cęterũ qui nimiũ tribuũt legibus, & mãdatis, neglectis saluberrimis præceptis euangelicis, sciant ex loco euangelij Matt. decimo octauo, vbi dominus noster Iesus legitur dedisse ecclesię potestatem excommunicandi, solum consequens esse eundem hanc potestatem excommunicandi dedisse non pro libito, aut voluntate, non pro quolibet perpetrato peccato, sed pro contumacia, qua ab ecclesia correptus peccator manet incorrigibilis ac impœnitens. Si vero vel a te, vel ab ecclesia correptus sese correxerit, eum non esse habendum sicut ethnicum & publicanum, etiã si septuagesies septies peccauerit, totiesq; sese correxerit. Si te scilicet corripientem, vt inquit Christus, audierit lucratus es fratrem tuum, si vero te non audierit, dic ecclesię. Si ecclesiam non audierit, sit tibi ethnicus & publican⁹. Toto processu illo Christ⁹ aperte & absq; vlla tergiuersatiõe insinuat peccatorẽ tum esse habendũ sicut ehnicum & publicanum, si ecclesiam audire contempserit, neq; vltra quicq; ex illo loco sequitur, atq; ita neminem esse excommunicandum propter perpetratum mortale peccatum, de quo iam pœnitet, paratus satisfacere tam ecclesiæ q̃ parti, quã suo lesit peccato. Vnde & in temporalibus debitis, pars si nolit satisfacere suo creditori ad tribunal ecclesię vocatur, atq; citatur, ac tum demum si iudex comperiat voluntatem illius detinendi rem alienam, esse contumacem, iuxta Christi doctrinam, decernit illum habendum esse sicut ethnicum & publicanum.

Iniuste excommunicatus licite celebrat in occulto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sententia excõmunicationis ipso facto lata.

Hic iam si dixeris. Ex doctrina ibidem si solum sequitur peccatorẽ pro cõtumacia esse excõmunicandum, non videtur igitur ecclesia habere facultatẽ excommunicandi peccatorem criminosũ ipso facto, quod est contra communẽ ecclesiæ vsum, & contra canones, quibus ecclesia pro multis criminibus sententiam excõmunicationis infert, tale vel tale crimen cõmittentibus, neq; expectatur vlla correptio, aut admonitio, aut peccantis contumacia, quinimo si mox post crimẽ perpetratũ peccans pœniteret, maneret excõmunicatus, donec per absolutionem reconciliaretur. Respondeo, Crimẽ sub excommunicationis pœna interdictũ ipso facto secum adferre voluntatis ipsũ perpetrantis contumaciam, & hanc solutionem fundari in scripturis patet si consideremus ecclesiam non infligere excommunicationis pœnam pro vllo opere nisi pro peccato mortali. Sic autem peccans in dolo est scienter, scilicet & ex animo opus quod ecclesia punit perpetrãs. Veruntñ ius diuinũ propter nullum crimẽ quamlibet enorme videtur ipso facto excommunicare quẽ cq;, prętercq; hęreticũ q propter doctrinam hæresis (quod maximũ est crimẽ) vitandus est iuxta sentẽtiam Ioannis in canonica sua secunda, si quis venit ad vos, & hãc doctrinã nõ adfert, nolite recipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis etc.

Vnde Corinthius qui vxorẽ patris sui habuit, quod crimẽ erat maximũ etiam apud gentes abhominabile, non erat ipso facto excõmunicatus, quippe quem Paulus excommunicari iussit, & autoritate ecclesię auferri a Corinthiorũ consortio, primę ad Corin. 5. Demũ ad planius intelligẽdum, an præceptum ecclesię iubentis, vt vitem⁹ excõmunicatos liget nos sub reatu peccati mortalis, an venialis solũ, & an interdum nullius peccati sit reus qui excommunicatos nõ vitat, Sciendũ est ex superioribus hoc pręceptũ ecclesiæ de vitandis excõmunicatis, quod & deriuatũ est ex lege naturali, & diuina duas generales habere exceptiones, vna non tam est exemptio ab illa lege, cq; legis eiusdem quędam ciuilis interpretatio, seu limitatio secundũ regulã charitatis. Alia est exemptio generalis beneficio canonum indulta ad subueniendum periculis & conscientijs timoratorum hominum.

Quomodo præceptum ecclesiæ præcipientis nobis ut vitemus excommunicatos liget sub pœna peccati mortalis aut venialis.

minũ. Secũdum prioris generis exemptionẽ manifestũ erit præceptum illud ad multos casus sese non extẽdere si cõsideretur præceptum hoc interpretandũ esse saluis his, quæ iubet aut cõsulit lex charitatis. Pręceptũ eteni ecclesię positiuũ p charitate institutũ cõtra eã militare nõ potest, & ideo dũ cõmunio mea cũ excõmunicato est aut vtilis, aut necessaria, vel illi, vel alijs pro salute seu pace, aut ędificatione animæ illius, aut aliarũ animarũ, vel necessaria illi, vel mihi p vita corporis conseruanda, aut pro magno aliquo excommunicati hominis damno vitãdo, veluti si videã bouẽ, aut asinum hominis excõmunicati lapsum in foueam, non solum modo possum, sed & teneor iuuare eundẽ excommunicatũ ad subleuandũ bouẽ, aut asinũ a fouea. Item excommunicatos extrema necessitate famis constrictos teneor alere, quẽadmodum & ego extrema, vel arcta necessitate famis cõstrictus licite possum ab illis emere, aut petere vitæ meæ necessaria, q̃uis nõ possum eum illis mercari, aut negotiari, aut alios contractus non sic necessarios, neq; ordinatos ad spiritualem fructũ exercere. Vnde etiã pro magno temporali lucro vel commodo medio eorundẽ excomunicatorũ procurãdo nõ licet mihi excõmunicatis ipsis cõmunicare, etiã etsi illud temporale commodũ esset vtile ad ecclesiæ structuras, vl ornamẽta, secus aũt si esset vtile ad salutẽ aiarũ, aut spũalẽ ędificationẽ ecclesię, quẽadmodũ & in his, quę cõcernũt fauorẽ animæ ipsius excõmunicati licite possem illi coicare admonendo, corripiendo, aut docendo ea quæ spectant ad salutẽ. Sic & licite possũ prędicare verbũ dei corã excõmunicatis. Cęterũ substractio coionis ab excõmunicatis cũ sit iussa, vt sit pœna quædam excõmunicati non hominum innocentum, aut aliorũ non excommunicatorũ, ideo excommunicat⁹ nõ eximitur a debito ad quod mihi iure naturæ obligat. Proinde & licite possum ab eo petere, exigere, aut recipere debiti solutionẽ, & in ius vocare atcq; citare illum, impetituscq; a me in iudicio tenet respõdere, vel per se vel p alium. Potest etiam ipse excommunicatus pro sui tuitione per seipsum respondere, cuius ipse neminem in ius vocare possit, neq; petere, aut exigere debiti sui solutionem.

Exemptiones eadũ cõmunio mea cũ excõmunicato est aut vtilis, aut necessaria, vel illi, vel alijs pro salute seu pace, aut ędificatione animæ illius, aut aliarũ animarũ, vel necessaria illi, vel mihi p vita corporis conseruanda, aut pro magno aliquo excommunicati hominis damno vitãdo, veluti si videã bouẽ, aut asinum hominis excõmunicati lapsum in foueam, non solum modo possum, sed & teneor iuuare eundẽ excommunicatũ ad subleuandũ bouẽ, aut asinũ a fouea. Item excommunicatos extrema necessitate famis constrictos teneor alere, quẽadmodum & ego extrema, vel arcta necessitate famis cõstrictus licite possum ab illis emere, aut petere vitæ meæ necessaria, q̃uis nõ possum eum illis mercari, aut negotiari, aut alios contractus non sic necessarios, neq; ordinatos ad spirituales fructũ exercere. Vnde etiã pro magno temporali lucro vel commodo medio eorundẽ excomunicatorũ procurãdo nõ licet mihi excõmunicatis ipsis cõmunicare, etiã etsi illud temporale commodũ esset vtile ad ecclesiæ structuras, vl ornamẽta, secus aũt si esset vtile ad salutẽ aiarũ, aut spũalẽ ędificationẽ ecclesię, quẽadmodũ & in his, quę cõcernũt fauorẽ animæ ipsius excõmunicati licite possem illi coicare admonendo, corripiendo, aut docendo ea quæ spectant ad salutẽ. Sic & licite possũ prędicare verbũ dei corã excõmunicatis. Cęterũ substractio coionis ab excõmunicatis cũ sit iussa, vt sit pœna quædam excõmunicati non hominum innocentum, aut aliorũ non excommunicatorũ, ideo excommunicat⁹ nõ eximitur a debito ad quod mihi iure naturæ obligat. Proinde & licite possum ab eo petere, exigere, aut recipere debiti solutionẽ, & in ius vocare atcq; citare illum, impetituscq; a me in iudicio tenet respõdere, vel per se vel p alium. Potest etiam ipse excommunicatus pro sui tuitione per seipsum respondere, cuius ipse neminem in ius vocare possit, neq; petere, aut exigere debiti sui solutionem. *Exemptiones eadũ secũdum legem charitatis non tenemur uitare excõmunicatos.*

Huiusce

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huiuscemodi ergo sunt prioris generis exemptiones a præcepto ecclesiæ iubētis nobis, vt vitem⁹ excōmunicatos, quas & iubet & consulit lex naturalis aut charitatis.

Aliæ sunt exemptiones generales beneficio canonis indultę, ad subuenīendum conscientijs timoratis secundum certū quoddam genus excommunicationis, & secundum certas quasdam psonas. Primo secundum decretum concilij Constantiensis excōmunicatos generali sentētia iuris, vel hominis non designatos nominatim, non tenetur quis vitare, neq; in diuinis, neq; in sacramentorum administratione, aut receptione, cuius iure naturali & diuino quisq;, cum sit obligatus non dare sanctum canibus, teneatur eis sacramenta non ministrare, sicuti nec taliter excommunicati sacramēta licite ministrare possunt. De hoc decreto Constantiensis concilij supra patuit. Secundo per beneficium canonis a præcepto vitandi excommunicatos etiam nominatim designatos, excipiuntur omnes, qui ante excommunicationē familiariter tenebantur adhærere excommunicatis, vt vxores, filij, serui, ancillæ, mancipia, rustici seruientes, nec non & omnes alij, qui non adeo curiales sunt, vt eorum consilio scelera perpetrentur, illi quoq; qui ignoranter communicant excōmunicatis. 11. q. 3. Quoniam multos, &c. Huiuscemodi enim personæ, quia ante sententiam excommunicationis tenebantur eis ad obsequium familiare, & post excommunicationem beneficio canonis id agente, non solum possunt eis communicare, sed & tenentur, vt habet textus Innocentij Papæ in capitulo, Inter alia de sententia excommunicationis. Ex quo sane textu liquidum est hanc clausulam generalem, nec non omnes alios, qui non adeo curiales sunt, & cę. intelligendam esse non vniuersaliter de omnibus, qui non adeo curiales se se exhibent, vt eorum consilio scelera perpetrentur, alioqui omnis vir bonus possit communicare excommunicatis, quia nemo vir bonus adeo curialis est, vt eius consilio scelera perpetrentur, sed specialiter de omnibus alijs seruientibus, vt dictio seruiētes, quæ præcessit, intelligatur in accusatiuo omnes repetita, & tum liquidus erit sēsus, vt dicatur, nec nō & omnes alios, supple seruientes, atq; ita omnes qui operas

Exceptiōes beneficio canonū indultæ quibus nō tenemur uitare excommunicatos.

Filij serui, ancillæ & uxor nō tenentur uitare patrem familias excommunicatum.

tas suas locauerunt, vel qui pro mercede conducti etiam nō in domo, sed in rure commorantes, intelliguntur excmpti eiusdem canonis indulto, quamobrem & possunt communicare patrifamilias excōmunicato. Sic & in communione episcopi qui excōmunicatus est a peccato excusant sacerdotes cohabitātes ipsi & oēs p de illius familia sunt. In cōmunione q̄q; Abbatis excōicati a peccato excusāt monachi, verūtn in his quæ superioritatē dignitatis concernūt, neq; familiares episcopi neq; monachi tenētur odedire excōmunicato episcopo vel abbati. Ex his igitur teneas, quod filius non emancipatus tenetur obedire patri suo excommunicato, & seruus domino suo excōmunicato, & omnes familiares patrifamilias excōmunicato, & vxor marito excommunicato, & monachi abbati, tametsi ipsi episcopi aut abbates sic excommunicati nō possint officia iudicis exercere, neq; eligere, neq; electionē de se factā acceptare, neq; beneficia cōferre. Sed hic dubitauerit forsitan quispiam, an econtrario etiam pater familias aut abbas, vel episcopus possit licite communicare filijs aut seruis, aut vxori, aut familiaribus suis excommunicatis. Ad hoc sunt qui respondent hoc non licere, quia patris est regere familiam totam & vxorem. Deinde canon præfatus, quoniam multos, non excepit patres aut maritos. Hanc quoq; sententiam tenet glossa in eodem canone. Qm̄ multos, nempe patres familias inquit subditos suos filios, aut familiares seu vxores coercere debuerant, ne in causam anathematis inciderent. Verum hoc ita limitandum censeo, vt intelligatur illa vitatio esse, nō in fauorem eorum qui sunt excommunicati, & ideo patresfamilias licite possūt ab excommunicatis seruis suis aut filijs, aut vxoribus exigere debitę seruitutis obsequia, alioqui si per excommunicationem filij & serui excommunicati essent ab obedientia superioris debita liberi excommunicationis censura, cederet illis in fauorem, vnde nec societatem ī mercimonijs aut contractibus vel rebus alijs propter superuenientem excōmunicationem in socium, teneor dissoluere si non possū hoc sine præiudicio meo facere, atq; ita paterfamilias non tenetur repellere suos commēsales aut seruos & ancillas, posq;

Filii serui & familiares tenētur obedire patrifamilias excommunicato.

incíderunt in excommunicationem. Verumtamẽ sunt hęc omnia accipenda saluis iuribus legis naturalis, & charitatis, quibus pro loco et tẽpore obligamur cõmunionẽ nostrã subtrahere a peccatoribus etiam non excommunicatis.

De communicantibus excõmunicatis ex ignorantia.

Cęterum quia canon, quoniam multos, docet eos qui ignoranter communicant excommunicatis excusari, sciendum ẽ quod ignoranter dicitur quis cõmunicare excommunicatis, dum nescit eum cum quo conuersatur excommunicatum esse, & hoc bifariam potest contingere. Vno quidem modo, quia nescit eum fecisse opus propter quod ẽ excõmunicatus. Secũdo dum opus quidem nouit propter quod a canone vel a iudice excommunicatus est, sed ignorat canonem vel sentẽtiam iudicis pro facto illo excommunicationẽ inflixisse. Et hoc rursus contingit bifariam. Vno modo dum scit illud factum esse illicitum atq; damnatũ, verbi gratia, scit eũ percussisse clericum grauiterq; in percutiendo peccasse, sed nescit excommunicationis vinculum, propter hoc esse inflictum, ignorans ius seu canonem inferre censuram excommunicationis pro peccato illo. Similiter, si quis nouerit aliquem scienter contraxisse aut cum moniali, aut in gradu consanguinitatis, affinitatis canonica institutione interdicto, sed nescit eum qui sic contraxit propter tale peccatum esse excõmunicatum. Alio modo dũ nouit illud esse factum, sed ignorat ipsũ esse illicitũ aut damnatũ. Atq; ita nesciuit illud esse dignum vlla excommunicatione, verbi gratia, si quis nouit religiosum quendam absq; licentia parochialis presbyteri ministrasse laicis sacramentum eucharistię aut vnctiõis extremę, aut solemnizasse matrimonium, sed ignorat factum hoc esse peccatum aut illicitum, & excõmunicatione inuolutũ. Similiter si quis nouerit sacerdotem quẽpiã absoluisse alterũ a casibus soli sedi Apostolicæ in bulla cœnę domini reseruatis, aut cõmutasse vota castitatis aut religionis, aut peregrinationis vltramarinę, aut visitationis sancti Petri aut sancti Iacobi in Compostella, sed nescit eũdẽ sacerdotẽ qui sic absoluit, propter hoc esse vinculo excommunicationis innodatum, ignorans extrauagantem Xistinã, quę excõmunicationis vinculũ infert omnibus sic absoluentibus etiam & si absoluant vigore indulti Apostolici cõcedentis potestatem

tem absoluendi ab omnibus excessibus semel in vita, nisi in eodem indulto sit specialis licentia ex certa scientia sedis Apostolicę super casibus illis expressa. Ex quibus patet quod bifariam contingere potest me ignorare, vel me ipsum, vel alterum esse excommunicatum, vno quidem modo secundũ ignorantiam facti, quia prorsus nescio, vel me vel alterum fecisse opus quod excoicatione affectũ ẽ, & sẽtẽtiã latã esse per quã excoicatio ĩflicta est. Alio mõ secũdũ ignorãtiã iuris qa videlicet nescio ius excoicatiõem ĩfligere ꝓ tali facto seu ope.

Sed hic obiter pro intellectu dictorum & dicendorum permittendum est ignorãtiam bifariam accipi. Vno modo gñaliter pro nescientia, seu carentia nuda alicuius rei, quæ etiam fuisset in Adã, qui priusq; peccauerat, multa ignorabat etiam de his, quę sup ipsum futura erant, nõdũ expertus seueritatẽ diuinæ iusticię. Vnde & sic accepto vocabulo ignorantię potuit peccatũ primorum parentũ tam Adæ, q; Euæ dici factum esse ex ignorantia, vtriscq; ignorantibus pœnæ subsequentis acerbitatem. Verum ignorantia talis in eis, necq; peccatum erat, necq; pœna peccati, sed necq; ignorantia facti, aut iuris, quod scire debuerunt. Alio modo accipit ignorantia specialiter, vt complectatur nõ solum mõ carentiã scientię alicuius in intellectu, sed & voluntatis affectionem, aut iniuriam, aut negligentiam, sciam aut prętiam. Et hęc est aut peccatum aut pœna peccati. Secundũ talem aũt ignorantiam Adam, vt inquit Apostolus, non est seductus, sed mulier, quamobobrem & Adam interrogatus a deo non ait, mulier seduxit me, sed mulier, inquit, quã dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Mulier vero interrogata, quare hoc fecisti? respondit. Serpens decepit me, & comedi. Genesis. 3. Putabat enim mulier esse verũ qd serpens suggerebat. Verũ illa seductio mulieris, seu ignorantia prava in muliere non erat primum eius peccatum, q̃ uis enim non sit sequuta, sed pręcesserit peccatum operis, est tamen sequuta peccatum internę elationis, necq; enim mulier ꝟbũ serpẽtis credidisset, nisi iã mẽti ipi⁹ amor proprie potestatis ineſſet, & supba quędã de se ꝑsũptio, sup q̃ habes doct. Aug. 14. de ciuitate dei, capite vndecimo.

Multiplex ignorãtia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignorantia facti.

Ignorantia sic accepta diuiditur in ignorantiam facti, & in ignorantiam iuris. Facti ignorantia est, qua ignoratur vel opus aliquod factum esse, vtpote siquis ignoret nuptias inter istas personas esse contractas, aut sententiam excõmunicationis in hanc personam esse latam, aut hunc cibum esse mortiferum, aut hanc rem esse alienam, vel furto sublatam, aut patri meo donatam, aut hoc animal esse hominem, aut nesciat hunc hominem esse patrem suum, aut Iudæum, aut Saracenum, aut congnatum, aut affinem, aut esse aliam q̃ coniugẽ suã. *Ignorantia iuris.* Iuris vẽ ignorantia est qua ignoratur ius, constitutio, seu lex aliqua siue humana, siue diuina, veluti cũ quispiam ignorat nuptias semel rite contractas esse idissolubiles, aut commixtionem carnalem cum non sua vxore esse vetitam & illicitam, aut illicitum esse accipere lucrum pro pecunia mutuata, aut nescit connubia inter consanguineos, & affines esse illicita seu interdicta, aut nescit hæreticos aut percutientes clericos esse ipõ facto excoïcatos. Vñ ignorantia qua nescio commixtionem cum hac persona cum qua contraxi in facie ecclesię esse fornicationem, interdum est facti ignorantia, interdum iuris. Nam si nouero hanc personam esse consanguineam aut affinem in tertio, vel quarto gradu consanguinitatis, aut affinitatis, sed nescio ius, phibere talium personarum connubia, tum est iuris ignorantia. Si vero nouero ius hoc prohibere, sed nescio personã hãc mihi esse consanguineam, vel affinem, tum est ignorantia facti. Pariformi ignorantia, qua nescio hũc hominem esse excommunicatum, interdum est facti, interdum iuris. Vtraq; ignorantia tam facti, q̃ iuris quadrifariam diuiditur, vtpote in ignorantiam affectatam, in ignorantiam crassam, et supinam, in ignorantiam probabilem, & in ignorantiam inuincibilem. Affectata ignorantia est in his qui nolunt intelligere, vt bene agant, vt qualiter debeant incedere, & quid cauere intelligant, quales sunt qui cupiunt esse in tenebris, vt absq; conscientię remorsu suę libidini vacent, de quibus scriptura loquit̃. Dixerũt deo, recede a nobis, sciẽtiã viarũ tuarũ nolum⁹. Ignorãtia crassa & supina est in his, qui ex desidia, & segnicie non curant addiscere ea quę oportet scire,

aut

aut credere, aut agere, aut cauere. Ignorantia probabilis est in his qui studium & laborem impenderunt, vt scirent. Ignorantia inuincibilis est quam quis etiam faciendo quantum potest, vincere aut superare non potest. Nulla ignorantia inuincibilis est peccatum, etiam tametsi fuerit ignorãtia communissimorum articulorum fidei Christianę, aut aliorum quę sunt ad assequendum salutem, seu remissionem peccatorum necessaria. Et ideo pagani, ac gentiles, infideles secundum infidelitatem acceptam pure negatiue, qui neq; vnq̃ audierunt quicq̃ de fide Christiana, neq; habere potuerunt a quo discerent, non puniẽtur propter vllum infidelitatis peccatum, sed propter alia crimina, quę & si sine fide in Christum remitti non possunt, vtiq; tamen per lumen rationis interne vitari potuerunt, cuiusmodi sunt adulteria, periuria, homicidia, falsa testimonia. Et quamuis talis ignorantia inuincibilis super his, quę sunt ad salutem necessaria non possit esse in Christianis iustis, aut in his, qui ex toto corde confugiunt ad illum. Implicat nempe cõtradictorias sententias aliquem esse iustum, & eõdem ignorare hoc quod protunc est ipsi ad salutem seu ad iusticiam habendam necessarium. Nequaq̃ tamen repugnat talem ignoratiam esse in paganis & infidelibus. Ignorantia vero eorũ quę sunt ad salutem necessaria, si sit vincibilis, id est, per studium, & diligentiam volũtatis superabilis, peccatum est, propter negligentiã voluntatis, omittentis addiscere ea quæ scire tenetur. Et ideo sic ignorans peccat non continuo actu, sed tunc solum cum est negligentia voluntatis omittẽtis addiscere, & operam ad sciendum impendere.

Nulla ignorantia inuincibilis est peccatum.

Ex supradictis patet responsio quęstionis, qua solet interrogari, vtrum in homine vllo adulto possit stare ignorantia inuincibilis, de his rebus, quæ sunt illi pro tunc ad salutem necessaria. His pręmissis considerandę sunt tres sentẽtię, quarum prima cõmonstrat quonã pacto ignorantia, qua ignoro alterum excommunicatũ esse, excusat me cõmunicantem illi, reliquæ duæ commonstrãt quonam modo ignorantia, qua ignoro meipsum excomunicatum esse interdum excusat, interdum non excusat me ab excommunita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cationis pœna, aut ab irregularitate, vel a peccato, si sic ignorans me excommunicatum esse diuina celebrauero, vel sacramenta accepero, vel ministrauero. Prima sententia ex superioribus manifesta est. Probabilis ignorantia, qua ignoro alterum esse excommunicatum, siue fuerit facti, seu operis, propter quod alter est excommunicatus, siue iuris, seu sententiæ excommunicationem fulminantis excusat me cõmunicantem illi siue in diuinis, siue extra diuina comunicauero eidem, secus si fuerit ignorantia affectata, crassa, aut supina. Secunda sententia. Probabilis ignorantia iuris humani, qua ignoro me esse excommunicatum propter opus quod perpetraui diuina lege prohibitum, non releuat me ab excommunicationis vinculo. Et ideo si quis faciat opus diuina lege damnatum, seu prohibitum, positiuaq; constitutione Apostolica excõmunicatione affectum, excommunicationis vinculo innodatur, etiã etsi probabiliter ignoret ius seu canonem infligentem excoïcationis pœnã. Si vero quis opus aliquod damnatum fecerit sola constitutione episcopi seu ordinarij excommunicatione affectum, excommunicationis vinculo non inodatur si probabiliter ignorauerit constitutienẽ illam episcopi fulminantem pro tali facto excommunicationis pœnam. Nam ex capitulo, vt animarum, de constitutionibus libro sexto, considerandæ est differentia inter constitutiones ordinariorum pœnam excommunicationis inferentes, & constitutiones sedis Apostolicæ seu canones iuris communis excoïcationẽ fulminãtis. Excoïcationem nẽpe fulminatã auctoritate Apostolica seu per canones Apostolicas, incurrit mortaliter peccãs, etiã quantũuis probabiliter, & inculpate ignorauerit canones illos sententiã excoïcationis fulminantes, excõmunicationem vero inflictã per statutũ ordinariorũ non incurrit etiam mortaliter peccans, si probabiliter ignorauerit statutũ illud, pœnã excoïcationis infligẽs, secus si ignorãtia super huiusmodi ordinariorũ statutis, pœnã excoïcationis inferentibus fuerit crassa & supina, veluti si huiusmodi statuta ordinariorũ sint talia, quę quotidie in ecclesijs per presbyteros parochianos publicãtur & euulgãtur, quę & ipse si fecisset quę illius parochiæ

chę hoïes coïter facere cõsueuerũt, adeũdo ad tẽplũ & ad sermones, ignorare nõ potuit, nã talis ignorãtia nõ excusat facẽtem opus dãnatũ ab excoïcatioe, etiam per solum statutum ordinarij inflicta. Et hæc est resolutio in capitulo, vt animarum, de constitu. libro. 6. vbi sic legitur, vt animarum periculis obuietur sententijs per statuta quorumcumq; ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes, dũ tñ eorum ignorantia crassa nõ fuerit, aut supina. Statuto episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, excomunicationis sententia fulminatur, subditi eius extra territoriũ ejus furtũ cõmittẽtes minime ligari noscũtur, cũ extra territoriũ ius dicẽti nõ pareatur impune. Hactenus illius decreti tenor, ex cuius parte priori sumpto argumẽnto a speciali sequitur, quod sententijs per constitutiones apostolicas prolatis, ligantur etiã ignorantes probabili ignorãtia, sicuti & glossa notat ibidẽ. Vnde & ante editionem capituli huius, sentẽtijs per statuta ordinariorum prolatis ligabantur transgressores etiam ignorantes probabiliter huiusmodi ordinariorum statuta excommunicationem inferentia. Verum contra hanc sententiam secundam obiecerit fortassis quispiam argumẽtum iuris peritorum quorũdam & præsertim Angeli de Clauasio in summa, qui in verbo excommunicatio septimo casu vltimo docet probabilem ignorantiam canonis vel statuti excommunicationem pro opere lege diuina damnato inferẽtis hoïem faciẽtẽ opus illud excusare ab excõmunicatioe, sed non a peccato, probat, quia talis peccãs solum offendit legem diuinam contra quam se facere nouit. Non offendit autem canonem aut conditorem eius, dum absq; omni culpa ignorauerit canonem illum, & ideo solum puniri, in quit, debet pœna legis diuinæ, quã prœuaricatur, non pœna canonis. Si ergo neq; canonem, neq; ipsius conditorem offẽdit, qui ipsum canonem inculpabiliter ignorauerit, consequens videtur ipsum non esse puniendũ pœna statuta per canonẽ. Respõdeo nõ valere consequẽtiã. Vñ soluũt hoc argumẽtũ iurispiti, & Scotus in quarto sentẽtiarũ dist. 6. in quarto principali articulo. 2. Quotiescãq; aliqs cõmittit factũ diuio, ingt, iure phibitũ, nihil refert siue ignorauerit siue nouerit canonẽ iferẽtẽ excoïcationis pœnã, qa dũ

Argumentum.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortaliter peccat, est in dolo, in culpa atq; in contemptu nō canonis quidem aut conditoris illius, sed diuinæ legis, quam transgrediens mortaliter peccat. Quemadmodum in criminalibus, si quispiam perpetrauerit crimina pessima, secundum leges ciuiles corporali morte punienda, is reus est mortis, etiam tametsi ignorauerit legem imperialem adijcientem pro huiuscemodi criminibus supplicium mortis per ignē. Cęterū vide solutionē huius īfra latius in solutione dubitationis primæ. Tertia sententia est, probabilis ignorantia positiui iuris communis prohibentis opus aliquod in se licitum, iureq; naturali & diuino concessum, quamuis excuset a peccato facientem ex huiuscemodi ignorātia opus tale videlicet sola humana lege phibitū, similis tn̄ ꝓbabilis ignorantia iuris communis fulminantis sententiam excommunicationis pro tali opere non excusat eū qui absq; omni causa excusante scienter contra legem humanam facit opus illud, quo minus incidat excommunicationis pœnam, q̄tūuis probabiliter ignorauerit canonē, q̄ infert pœnam illā. Exempli causa. Sola lege humana prohibitum est accipere in vxorem eam, quæ attinet in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu. Si quis ergo fœminam aliquam taliter sibi attinentem, accipiat, sciens hoc esse contra ecclesiæ prohibitionem, non solum mortaliter peccat, sed & excommunicationis vinculo innodatur, etiam etsi probabiliter ignoret canonem excommunicationis vinculum inferētē. Atq; ita homines quantumuis probabiliter ignorauerint canones sententiam excommunicationis pro facto aliquo inferentes, iusta ratione excommunicantur pro transgressione legis, etiā pure humanæ, si mortaliter peccauerint in ipsa transgressione. Verumtamen sicut probabilis ignorantia positiuę legis, opus illud prohibentis excusare eum poterit a mortali peccato, in faciendo opere, pro quo canon pœnam excommunicationis infligit, ita & propter talem ignorantiam probabilem legis humanæ prohibentis opus, poterit immunis esse ab excommunicatione. Atq; ita distinguere oportet īter probabilem ac inculpatam ignorantiam humanæ legis, opus aliquod prohibentis & probabilem ac inculpatam ignorantiā

rantiam humanæ legis pro opere prohibito excommunicationem inferentis, verbi gratia, episcopus statuto suo synodali si excommunicat omnes adulteros manifestos, & omnes clamdestine, aut sine bannis matrimonium contrahentes, & omnes qui affinem seu cognatam vxoris proprię carnaliter cognouerint, aut qui incestu peccauerint, in his casibus quāuis peccet quispiam grauissime & mortaliter, non tamen incidit excommunicationis pœnam, si probabiliter ignorauerit statuta seu mandata episcoporum, pro huiuscemodi peccatis excoīcationis censuram fulminantium, secus si ignorātia illius fuerit crassa & supina.

De ꝓbabiliter ignorātibus statuta episcoporum.

¶ *Alia huius articuli particula, in qua dantur solutiones quædam utiles ad sex dubitationes de constitutionibus canonicis, & statutis synodalibus, excommunicationem inferentibus.*

Ex supradictorum cōsideratione nonnullę solumtur dubitationes. Prima an probabilis & inculpata ignorantia iuris communis aut canonis, seu statuti pœnam inferentis pro opere damnato seu prohibito, ita excuset vt faciens opus illud ex tali ignorantia non efficiatur reus pœnæ illa, verbi gratia, an is qui facit opus damnatum probabiliter ignorans opus illud esse excommunicatione affectum propter huiuscemodi ignorantiam sit immunis ab excōmunicationis vinculo, præsertim, cum talis ignorantia canonis seu constitutionis pœnam fulminantis fuerit inculpata. Neq; enim populus simplex obligatur scire casus omnes & canones excōmunicationē fulminātes, cum vix docti etiam iurisperiti cordetenus sciant omnes huiuscemodi constitutiones. Secunda dubitatio. Talis ignorantia inculpata canonis excommunicationem fulminantis, si ab excommunicatione non releuat neq; excusat facientem opus humana aut diuina lege damnatum, an ergo similiter talis ignorantia iuris in alijs, releuet seu excuset ipsos a peccato in communione illorum excommunicatorū, veluti dū coīcant taliter excoīcatis, sciētes quidem illos sic esse criminosos, aut perpetrasse opus lege damnatū, sed ignorantes

taliter criminosos esse excommunicatos, verbi gratia, an is qui scit alium vel contraxisse clamdestine & sine bannis, aut cum consanguinea, vel affine, vel percussisse clericum aut constitutum in sacris ordinibus duxisse vxorem, ignorans quod vel ius commune, vel ordinarij inuoluat tales excommunicationis vinculo, excusetur a peccato communicans eisdem. Tertia dubitatio, an is qui scienter facit opus aliquod diuina lege damnatum, ignorans operis circõstantiam seu qualitatem propter quam pœna infertur, excusetur a pœna, verbi gratia, an is qui iniuriose percusserit aliquem, ignorans illum esse clericum, propter ignorantiam illam sit immunis ab excommunicationis vinculo, & videtur quod sic, nam si quis percusserit hominem, ignorans eũ esse patrem suum, non moretur pœnam legibus constitutam contra percussores parentum. Item ignorantia iuris excusat a pœna imposita contrahenti uetitas nuptias, vt patet de iudæis & inuit. nup. Quarta dubitatio, cum multiplicia sint operum genera, pro quibus excommunicatio ipso iure infligitur, an ergo in quauis excommunicatione pro quouis opere consulens aut mandans fieri opus excommunicatione affectum sit ipso facto excommunicatus, peride atq; eiusdem operis executor. Et videtur quod sic, nam participans excommunicato in crimine propter q̃ infligitur excommunicatio eadem pœna illaqueatur. Quinta dubitatio, vtrũ iudici, qui sub pœna excommunicationis me in testem vocans præcipit mihi vt reuelem crimen fratris quod solus vel cũ altero nouerim, teneat obedire. Sexta dubitatio, vtrũ homo iustus iam videlicet de crimine commisso intus pœnitens possit iusta ratione excommunicari. Ad primam dubitationem patet responsio negatiua ex supradictis. Nam quẽadmodũ vt excoicatio iuste sit lata ab hoie, non requirit̃ contemptus sententiæ humanę per quam infligitur, sed sufficit contemptus seu negligentia alterius legis, quam quis mortaliter peccando transgressus est. Ita vt excommunicatio iuste sit a iure lata non requiritur contemptus iuris seu canonis excommunicationem inferentis, sed satis est interuenisse contemptũ seu mortalem negligentiam aut incuriam

am in legis trãsgressione, propter quã canon seu ius decreuit hominem excommunicationi subiacere. Atq; ita potest quisq; esse excommunicatus a canone ignorantia probabili & inculpata ignorans sese excommunicatum esse. Nã quoties quis factum committit diuino iure illicitũ, nihil refert siue ignoret, siue scientiam habeat canonis excommunicationẽ adijciẽtis, & ideo scienter percutiens hominem quẽ nouit clericum aut sacerdotem, aut monachum, aut monialem, aut vllius religionis conuersum aut nouitium, vere est excommunicatus etiam & si prorsus ignoret pœnam excõmunicationis pro tali percussione esse constitutam, ignorãs sanctę ecclesię canones, decretales, quibus docetur quod monachi & moniales, conuersi atq; nouitij, vna cũ clericis gaudent eodem priuilegio canonis. Si quis suadente 17. quæstione. 4. vide de hẽc si placet in decretalibus capitulum non dubium, & capitulũ veniens, & capit. de monialibus, de sẽtentia excommunicationis, & capit. religioso in sexto eodẽ titulo, quamobrem & sic ignoranter excommunicatus irregularis efficitur, si ordines sacros in illo statu accipiat, sicuti patet ex capitulo, Cum illorum, de sententia excommunicationis. Obiecerit fortassis quispiam. Huic sententię obuiare videbitur capitulum Apostolicæ de clerico excommunicato ministrante, vbi plane docetur, quod is qui probabiliter ignorat sese esse suspensum a diuinis si celebrat excusatur, secus si fuerit ignorantia crassa & supina, quia tum indiget dispensatione Apostolica. Ex cuius textus sententia simul & rubrica, & glossa, doctores ibidem docent, quod suspensus vel excõmunicatus, si huius suspensionis vel excommunicationis probabiliter ignarus celebrat, non efficitur irregularis, neq; peccat celebrãdo. Quod videt̃ cõtrariũ decretali prædictę, cum eorum. Respodeo. Decretalis, cum eorũ, de sententia excommunicationis loquitur in casu speciali, cũ videlicet quis fuerit in excõmunicationis & suspẽsionis vinculũ lapsus p violentã manuũ iniectionẽ in clericos. Tales em̃ quis iuris ignari nesciãt sese excoicatos esse & a diuinis suspẽsos seu ꝓhibitos, nihilominus ordinẽ suscipientes, aut diuina celebrantes innodant̃ irregularitate. Et quia pœnæ

Qui ignorat se excõmunicatũ si ordinetur fit irregularis.

sunt restringendę, non videtur decretalis illa ad alios casꝰ suspensionis ampliandа. Vnde & decretalis illa loquitur de excōmunicatione inflicta propter opus iure diuino damnatum, qualis est violenta manuum iniectio in clericum. Decretalis autem Apostolicę, loquitur de his qui propter alios casus in iure expressos sunt suspensi, qui si probabili, & inculpata ignorantia nesciant se suspensos, aut excommunicatos esse, irregularitatem non contrahunt diuinis se ingerentes, sicuti neq; excōmunicati maiori excommunicatiōe iuxta præfatam decretalem Apostolicę, peccant celebrantes, aut diuinis interessentes, aut sacramenta ministrantes, si probabili & inculpata ignorātia, nesciūt sese excommunicatos, aut suspensos, quia tunc nesciunt huiusmodi diuina officia esse prohibita & interdicta sibi iam de peccato, propter quod sunt excommunicati, pœnitentibus.

Atq; ita hic particularis occurrit casus, in quo sacramē talis absolutio a peccatis excommunicato impensa est valida, quando scilicet excommunicatus ille ignorans sese excōmunicatum secundum ignorantiam iuris, vel facti a culpa excusantem suscipit absolutionē a peccatis, & propterea q̄uis is qui sic ignoranter excommunicatus a peccatis absoluitur, teneatur posteaq̄ nouerit sese esse excommunicatum quærere, & obtinere absolutionem ab excōmunicatione, nec possit rursus sese diuinis immiscere, non tamen tenetur peccata semel confessa rursus confiteri, aut absolutionem procurare ab eisdem. Hęc interim prętermissis varijs, & contrarijs iurisperitorum intepretantium super hac re sententijs huic proposito nostro sufficiunt, ad intelligendum aliquem esse vere excommunicatum excommunicatione maiori, qui propter probabilem ignorantiam iuris excommunicationem fulminantis nesciens sese excommunicatum esse, non peccat diuina celebrando, aut sacramenta recipiendo.

Vnde Baliuus, aut sęcularis iudex nihili faciens, contemnes ac negligens ecclesiæ canonem aut episcopi seu diocesani statutum, vel præceptum, si clericum, vel monachum etiam pessime meritum ex Zelo quodam iusticiæ sine commissione spiritualis iudicis apprehendere, incarcerare, in

in vinculis obtinere, torquere, & punire contra ecclesiæ prohibitionem pręsumpserit excommunicatus est, quantūuis probabiliter se excommunicatum ignoret.

Ad secundam dubitationem similiter responsio ex supradictis est manifesta, q̄ videlicet is qui communicat excōmunicatis, etiam sciens illos fecisse damnata opera, propter quę sunt excommunicati, sed probabiliter ignorans canones iuris communis constitutionesq; synodales pro huiuscemodi operibus damnatis excommunicationis vinculum infligere, in communione eum eisdem excommunicatis, est immunis tam a peccato, q̄ & a vinculo excommunicationis minoris, quia ex tali ignorantia est in ipso probabilis ignorantia facti, qua ignoret illos excommunicatos esse. Secus autem si fuerit ignorantia crassa, & supina, q̄uis neq; tum etiam secūdum indultum concilij Constantiensis teneretur vitare illos sic generaliter a iure excōmunicatos, & ideo hęc secūda dubitatio iam post indultum illud Constantiense non est magni ponderis, quandoquidem immunis sit a peccato etiam is qui scienter communicat generaliter, & non nominatim excommunicato siue in diuinis, siue extra diuina. Veruntamen discrimē est, quod presbyter parochianꝰ probabiliter ignorās eos excommunicatos esse, posset eis de peccato pœnitentibus eucharistię sacramentū ministrare, quod non posset eis etiam pœnitentibus de peccatis ministrare, si sciret illos sic generaliter excommunicatos esse, nisi prius a suo iudice obtēto absolutionis beneficio ab excōmunicatiōe. Ad tertiā dubitationē respōdeo, Q̄uis ad hoc, vt quis ꝓpter mortale peccatū sit ipso iure excōmunicatus nō requiratᵉ scięntia seu notitia canonis excōicatiōnē inferentis, vtiq; tñ requiritᵉ scięntia, vel negligēntia legis prohibentis, seu damnātis opus, pro quo excommunicatio infligit. Rrequiritᵉ insuper, vt in faciendo opere habeat scientiam qualitatis, aut circunstātię propter quam canon sententiam excōmunicationis inflixerit, & obdefectum conditionis huius, si quis iniuriose percutiat clericum nutriētem comam, aut alias laicali veste ambulantem & conuersantem, putans eum esse laicum, non incidit in excommunicationē

Post indultum Cōstantiense scienter communicare excōmunicato licet.

tionem, vt est textus in capitulo. Si vero, de sententia excommunicationis. Sic percutiens hominem probabiliter ignorans eum esse patrem, non incurrit pœnam lege impositam percussoribus parentum. Item si magistratus fecerit statutum contra ecclesiasticam libertatem, ignorans statutum hoc esse contra libertatem illam, non ligatur excommunicationis vinculo, vt est textus in capitulo, Nouerit, de sentẽtia excõmunicationis. Sic probabilis ignorantia iuris excusat a pœna imposita contrahenti vetitas nuptias, si contrahens inculpata ignorantia nesciat nuptias tales vetitas esse. Vnde si quis cotrahat cum aliqua, quę in quarto consanguinitatis gradu attinet mulieri, quã carnaliter cognouit inculpata ignorantia ignorãs iura canonica aut ecclesiam tales nuptias prohibere a vinculo excõmunicationis est immunis, & id quidem non propterea quod probabiliter ignorat canonem inferentem pro tali contractu excommunicationis sententiam, sed propterea quod probabiliter & inculpate ignorans tales nuptias vetitas esse non peccauerit contrahendo, secus si fuerit ignorantia affectata, seu crassa vel supina, cum enim sicut mortaliter peccat sic contrahendo, Ita pro peccato illo mortali excommunicatione inuoluitur etiam ignoranter.

Quarta dubitatio erat. Vtrum mandans aut suadens seu inducens, aut consulens alteri, vt faciat opus quod est excommunicatione affectum sit ipso facto excommunicatus, perinde atq; is qui facit. Et videtur, quod non, neq; enim pari pœna plectitur, qui adulterium committit, & is qui adulterium fieri mandat, aut consulit.

Respondeo sic cooperans, aut consulens in casibus quibusdã excommunicatus est, in quibusdam autem excõmunicatus non est. In his enim consideratio habenda est ad superioris sententiam, seu constitutionem, quæ si decreuerit etiam sic participantes in crimine excommunicatiõi subiacere, tum manifestum est sic mandantes, aut consulentes esse excommunicationis vinculo innodatos, Nempe excommunicatio est pœna inflicta, vel per iudicis sententiam

tiam, vel per constitutionem humanam, & ideo excommunicatione non inuoluitur quisq;, nisi quatenus sententia iudicis, vel constitutio superioris ex intentione fertur in aliquem propter crimen ab illo commissum. Et quia sententiæ iudicum, & constitutiones pontificum in aliquẽ seu in aliquos excommunicationem fulminantes sunt variæ & multiplices, ad solutionem huius quęstionis opus est distinctione. Nam aliud est me scienter communicare alteri homini iam excommunicato impẽdendo ei auxilium, consilium, aut fauorem ad perpetrandum crimẽ aliquod propter quod non est excommunicatus. Aliud vero est me scienter communicare alteri homini iam excommunicato impendẽdo auxilium & consilium ad reiterandum vel perpetrandum crimen propter quod est excommunicatus. Aliud vero est me scienter communicare nondum excommunicato, impendendo ei auxilium, consilium, aut fauorem ad perpetrandum crimen excommunicatione affectum. Secundum primum communionis modum ꝯuis grauissime peccem, iuuans aut mouens excommunicatum ad perpetrandum crimen aliud, non sum tamen propter hoc excommunicatus, et ideo ĩ vinculum excommunicationis non cadit mulier, quæ fornicatur, aut adulteratur cum homine qui propter lesionẽ iniuriosam clerico illatam excommunicatus est. Iuxta secundum autem participationis modum, si videlicet communicauero alteri iam excommunicato in crimine propter quod fuit excommunicatus siue nominatim sit excommunicatus per iudicem siue generaliter per superioris constitutionem, sum excommunicatus eadem excommunicatione maiore, Neq; hac in parte me releuat indultũ Cõstantiensis concilij, quia in criminibus excommunicatione affectis iuscõmune non solum excõmunicat illi⁹ criminis executores, sed & eos qui in eodem crimine communicant his, qui propter ipsuum crimen tale sunt excommunicati, vt patet in eapit. Nuper, & in capitulo. Si concubinæ, de sententia excoïcationis, vbi excoïcatio per participationẽ criminis extẽdit ad psonas, cõtra quas iĝa nõ fuit lata, veluti si cõcubine.

Cõmunicare excommunicato, in crimine trifariam accidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

publice clericorũ excoïcẽtur etiã & clerici cõcubinarij eadẽ sententia maioris excõmunicationis inuoluuntur si post la tam sentẽtiam eisdem communicant in crimine propter quod extitit excoïcatio in ipsas fulminata. Sed hic est diligenter obseruandũ hanc participationẽ seu cõmunionem in crimine, intelligendum esse, nõ per solam cõmunionẽ præsẽtiq; personalis cum illo, sed per cõmunionem cooperationis cõsilij aut mandati. Et ideo si cõtra sacerdotem cõcubinarium sentẽtia excoïcationis sit fulminata, aut propter crimen cõcubitꝰ, aut propter perseuerãtiã ĩ tali statu, quia scilicet nõ vult suspectam derelinquere, eadem sententia inuoluitur etiã concubina, nolens abire quantumlibet proponat ab actu fornicario abstinere. Eadem item sentẽtia innodantur serui & ancillæ, nec nõ & omnes alij etiam extranei, qui illos fouent, iuuant, vel mouent ad sic permanendum, secus de cõmorãtibus aut corporaliter conuersãtibus eisdẽ sine adiutorio. Vnde & hac ratione si excõmunicatus sit sacerdos quispiam cõcubinarius propterea quod manens in tali statu, tenẽs videlicet ĩ domo cõcubinã, missã celebrat, excoïcatus est etiã, qui illum sic excommunicatũ ad celebrãdũ iuuat, & is qui missæ seruit, non autem is qui sine adiutorio missam illius audit. Secundũ tertium autem communionis modum, si videlicet communicauero alteri nondum excommunicato, mandando illi aut impendendo ei auxilium, consiliũ & fauorem ad perpetrandum crimen excommunicatione affectum, iam quamuis criminaliter, grauissimeq; peccem, nõ tñ sum excommunicatus, veluti si cooperer ad hoc vt religiosus quispiam aut temere dimittat suum habitum, aut matrimonium contrahat, aut aliud quid faciat, quo facto ipse excommunicationis vinculo inuoluitur, ego non propter hãc cooperationem in crimine damnato sum excommunicatus, quia in iure non inuenitur talis communio cum nõdum excommunicato excommunicatione maiore esse affecta, nisi in tribus casibus. Primus est, si excommunicatio sit lata in aliquem, qui tale crimẽ commiserit & in omnes qui talis criminis participes fuerit, sicuti patet ĩ capit. Quod in dubijs, de sẽtẽtia excommunicationis. Secũdus est quando excommuni

municatio fulminatur, non solum in executores criminis, sed & in eis q dant auxiliũ, consilium aut fauorem ad perpetrandum crimen illud, sicuti in multis capitulis iuris inuenitur expressum, vt cap. ad liberandum, de Iudęis, excoïcantur non solum qui Saracenis arma & ferrum deferũt, & q in piraticis nauibus curam exercent, sed & hi etiam qui auxilium vel consilium prẽstant. Tertius casus est in casu manus violentę in clericum, quia non solum illius violentiæ executor, sed & mandans, inducens & consulens, & nõ impediens, excommunicatus est, vt patet ex cap. quantæ, de sententijs excoïcatiõis. Cęterum officiales qui tenentur impedire ac obuiare cæteriq; omnes qui negligunt huiusce modi violentiam impedire sciẽtes sese absq; periculo & damno posse obsistere, eodem anathematis vinculo innodantur, vt patet ex eodem capit. quantę, de sententia excommunicationis, verumtamen hic sciendum est quod si solus interior consensus, vel complacentia voluntatis non prẽstans causam violentiæ foris clerico illatæ, non ĩuoluit ipsum sic consentiẽtem excommunicationis vinculo, quemadmodum neq; mandatum seu præceptum secularis potestatis iubentis clerico, vt vel in exilium vadat, vel infra terminos alicuius ciuitatis sese contineat. Sic ergo specialis est casus de excommunicatione consulentium & mandantium violentiam fieri clericis, secus in excommunicatione, pro criminibus alijs, sicuti iam patuit. Ex his igitur consideratis patet rẽsponsio ad præfatam dubitationem quartam, qua interrogatum est, vtrum mandans fieri aliquid, quod sub pœna excommunicationis latę sententię prohibitum est fieri, vel cooperans, inducens, aut consulens, seu instigans alterũ vt faciat opus tale, sit ipso facto excõmunicatus, pinde atq; eiusdem operis executor. Quinta dubitatio erat, Vtrũ vnus testis solus sciẽs aliquem commisisse homicidium, vel adulterium, vel aliud crimen quoduis vocatus ad ferendum testimonium debeat iudici præcipiente sub pœna excommunicationis vt reuelet, intimare crimen illud, quod solus vidit. Et an subditus teneatur obedire episcopo, vel superiori generaliter sub pœna excommunicationis precipienti, vt quisque

Mandantes, cõsulẽtes, & officiales non impediẽtes clericũ percuti excõmunicantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciens maleſactorem, qui tale crimen commiserit, reuelet ipsum sibi. Huius quęstionis solutio ex supradictis patet, Nam si iudex in iudicio procedat contra aliquem processu legitimo, vtpote contra eum qui de tali crimine sufficientibus indicijs est infamatus, tum testis sic vocatus etiam si solus viderit, tenetur iudici veritatem reuelare. Si vero is cõtra quem procedit, non sit de tali crimine infamatus, tum q̃ tumuis notorium fuerit crimen illud, neq; iudex potest contra illum procedere, neq; actor sceleris sic occultus, tenetur iudici seipsum prodere. Neq; is qui vocatus, vt sit testis, qui vidit crimen fieri, potest in iudicio interrogatus actorem de tali crimine non infamatum reuelare. Et ideo in casu illo non potest etiam processum inquisitionis seu examinis generalis contra illum instituere, neq; ad valuas ecclesię sub excommunicationis pœna pręcipere oĩbus & singulis, qui actorem criminis scirent, vt infra certum tempus reuelent. Neq; potest idem vigore eiusmodi processus generaliter facti denunciare excommunicatos omnes, qui ante præfixum terminum eiusdem sceleris actorem nõ reuelauerint. Quod si in crimine aliquo siue notorio, siue non notorio super quo nõ volat cõtra actorẽ ĩfamia, iudex ecclesiasticus sic generalem inquisitionis processum fecerit, & omnes non reuelantes generaliter excommunicatos denuntiauerit, intelligant scientes & non reuelantes sese huiusmodi processus vigore, excommunicationis vinculo non obligari, quam diu contra eosdem actores criminis clamosa infamiæ insinuatio non processerit, quia tribunal iudicis quod publicum est, non se extendit ad inquirendum contra aliquem de crimine tali non infamato. Et ideo iudici sic pręcipienti, non tenetur subditus reuelare eiusmodi occultum sceleris actorem, etiam quantumuis publicum fuerit crimen, nisi forte in casu, vbi innocens propter tale crimen falso infamatus, alioqui puniret, quẽ absq; sui periculo posset liberare, aut pręseruare abiiuria, criminosũ illũ, aut reuelãdo aut denũtiãdo. Vnde & ad impediẽdũ ĩnocẽtis infamiã, iniuriã & oppressionẽ, aut ad reparandũ famam & damnum illatum, is qui iniuriam intulit etiam quantumuis occultus fuerit, tenetur etiam

crimen suum proprium reuelare, & famam suam propriam perdere, si alioqui alterius infamiæ, aut iniuriæ obuiare non possit. Et ideo iudex potest contra actorem occultum libelli famosi palam sparsi in aliquem generaliter procedere, & sub excommunicationis pœna præcipere, vt actor ille publici libelli famosi occultus, sese prodat in publicum, quemadmodum beatus Gregorius libello famoso in loco ciuitatis publice contra Castorium notarium suum posito, iussit vt quisquis hoc fecisset, priuatus existeret participatione corporis & sanguinis domini, qui si sic prohibitus, latens corpus & sanguinem domini sumere pręsumpserit, anathematis, inquit, vltione percutiatur, & vt fallax ac pestifer a sanctæ ecclesiæ corpore sit diuisus. Si autem in eãdem ciuitatẽ ingressus, publice poterit docere quæ dixit vel forte sciẽs se non posse ostendere, quæ scripsit, errorem suum fuerit aperte confessus, participatione sanguinis & corporis domini non sit priuatus, quinta, quęstione prima. cap. Quidam. Vnde Valentinianus & Valerius iusserunt eos qui spargunt in loco publico libellos famosos, capite esse puniẽdos, eosq; qui tales libellos inuẽtos nõ statim corruperit, vel igne cõbusserint, sed vim earũ dolose manifestauerint, simili pœna plectẽdos. C. de famosis libellis. l. Si quis. De libello famoso.

Ex his manifestum est, quod tam ipse testis qui solus nouit, quam actor sceleris nõ infamatus, si a iudice interrogetur, an noscat illius criminis actorem, & sub iuramento requisitus, vt eum si nouerit reueler, tenetur illum non reuelare, & absq; mandato quantum in se est facere, ne ex responsione sua actor sceleris veniat apud iudicem in suspitionem vel infamiam. Insuper & ipse vocatus ad ferendum testimonium a iudice sub iuramento coactus, vt veritatem quam nouit de actoris sceleris dicat, & an sciat illum fecisse tale crimen, licite respondet, se hoc nescire, intelligendo dictum suum de ea sciẽtia, per quam possit vt testis veritatem reuelare. Nam cum testimoniũ debet esse actus iudicij publicus, non potest ferri contra eũ qui prorsus est occultus. Reuelare enim actorem criminis prius occultũ, non est testem esse, sed criminis proditorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verum quemadmodum iusta & legitima causa auferendi famam alteri est vel spiritualis necessitas, aut ipsius, aut aliorum, vel exclusio iniuriæ, vel iniusticiæ, seu oppressionis innocentũ, veluti cũ iam imminet subuersio in doctrina fidei aut desolatio ciuitatis, nisi prodatur hæreticus, aut is qui ciuitatem est traditurus, aut furti restitutio fieri non potest, nisi fur ipse reueletur. Ita & propter spiritualem, vel corporalem alterius necessitatem tenetur quis crimen occultum, vel testificando, vel denunciando reuelare ad impediendum innocentis iniuriã, & grauamen, etiam & si sub secreto, ac interposito iuramento promiserit illum, nec reuelare, nec denunciare, quemadmodum dicit doctor sanctus, secunda secundę, quæstione septima, articulo primo, in solutione ad secundum. Verum & hic annotandum est quod aliud est reuelare aliquid episcopo, vel superiori vt iudici. Aliud est hoc reuelare ei vt patri, qui prodesse potest, & non obesse, & plerumq; obligatur quis ad secũdum reuelandi modũ, qui tamen nec obligatur, nec potest reuelare secundum priorem modum. Cęterum & id sciendum, quod sicut accusatio, quę solũ fieri potest de publico crimine non obligat accusatorẽ ad vllã reparationẽ famæ eius, quẽ accusauit, cuius crimen, quod paucis fuerat notũ, fecerit venire in publicum, seu in notiticiam multorum. Ita & testis reuelans in publico iudicio crimen alterius quod ipse vna cum altero sibi presente fieri vidit perhibens testimonium veritati quã nouit, non aufert actori criminis famam, quin potius actor criminis seipsum infamauit cum publice peccauit. Atq; ita publicatio criminis, quę per accusationem vel testificationem fit in iudicio publico nec famam aufert, nec facit occulti criminis proditionem, sed solum facit magis venire in publicum id quod ex natura actus commissi publicũ erat; facere autem crimen publicum magis venire in publicũ interdum est præceptum ad custodiã, & ad necessitatẽ iusticię in republica. Interdum vero est non præceptum, sed licitũ propter aliam vtilitatem aliquam. Et ideo si quis crimen alterius quod duobus aut tribus est notum, vel exclo-quuicate, vel ex odio, vel ex ira, vel ex animo detrahẽdi reuelet mul-

Teſtis reuelãs crimen non aufert famam.

let multis, qui hoc ipsum ignorabant, facit quidem contra charitatem, & ex animo proximum ledens grauissime, & mortaliter peccat, sed non obligatur ad restitutionem famę, quoniam fama non est ipsi de rigore iusticię debita cum peccatum eius sit tam publicum, vt iam iudicialiter, iustaq; lege iudicari & puniri possit coram omni populo.

Sexta dubitatio erat. Vtrum homo iustus iam vide licet de crimine seu contumacia pœnitens possit iusta ratione excommunicari aut fieri aut esse excommunicatus.

Diminuẽs famam interdum non obligatur ad reparationem.

Respondeo ex supradictis, Quamuis nullus possit excommunicatiõe maiore excommunicari nisi propter peccatum mortale, vticq; tamen potest quis esse excommunicatus iam intus deo per internam charitatem sociatus, veluti dum iusta ratione excommunicatus intus pœnitet & conteritur cum desiderio absolutionis accipiẽdę. Sic potest incipere excommunicatus esse, qui extra statum est omnis mortalis culpę. Nam sicuti iam patuit, potest quis ignoranter fieri excommunicatus pro opere damnato, sciens quidem opus illud esse malum, sed inculpata ignorantia, nesciens canonem, pro opere illo excommunicationem infligere. Vnde & in tali casu pœnitens perpetrati operis non videt peccare sese ecclesię sacramentis immiscens. Itẽ si quis perẽptorie sub pœna excõmunicationis citatus, venire cõtẽpserit, deide cũ factũ fuerit sibi ipossibile pfixo die sese presẽtẽ exhibere ex corde pœnituerit, priusq; cõtumacia fuerit in iudicio relata, tum iudex postea audiens relationem contumaciæ ipsius, iusta lege sententiam excommunicationis profert in eum pro priori contumacia, etiam iam corã deo per pœnitentiã delera. Item secundum canones excommunicatus est, quisquis mandauerit, aut licentiam dederit alteri, vt vel percutiat clericum, vel iniuriam inferat, aut grauamen iudicibus seu alijs personis etiam laicis consanguineis, aut familiaribus, propterea quod sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti protulerint vel fieri procurauerint, vel promulgari fecerint vel sententiam latam seruauerint, hæc excommunicatio infligi censetur non pro tempore quo mandat, sed pro tempore, quo

 manda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mandatum ſuum ſortitur effectum, & ideo ſi re integra, id eſt ſi iniuria nondum illata, is qui mandauit ſeu licentiam dedit, mandatum ita reuocauerit, vt non ſequatur effectus, iam mandans non eſt excommunicatus. Si vero ſequatur effectus, iam mandans eſt excommunicatus etiam quantumuis de reuocando poſſe ſuum fecerit, pœnitueritque priuſq; iniuria fuerit irrogata. Neq; obſtat quod tempore iniuriæ illatæ mandans ille pœnitens ſit in charitate. Quemadmodum enim excommunicatus dum incipit pœnitere, habereq; cor contritum, ac humiliatum manet excommunicatus, id eſt, ſeparatus a cõmunione ſacramentorum, ac diuini cultus actuumq; Chriſtianorum, donec per eccleſiæ claues abſoluatur, Ita & interdum is, qui in charitate eſt, poteſt fieri excommunicatus pro mortali peccato, quod ante commiſerat, neq; ſententia illa excommunicationis ob id cenſenda eſt iniuſta quod feratur contra pœnitẽtem. De hoc quid ſentiãt doctores, habes decretalẽ. Quicumque, de ſententia excommunicationis libro ſexto, habes de hoc cenſuram Petri de palude, diſtinctione decima octaua quarti ſententiarum.

Obiicies forſitan. Nemo debet ab homine excommunicari, niſi pro contumacia, nam ſecundum doctrinam Chriſti quantumlibet peccauerit quis, ſi fratrem, vel eccleſiam corripientem audierit, iam corripiens lucratus eſt fratrem ſuum, neque eſt vltra progrediendum, vt habeatur tanq; Ethnicus & Publicanus, ſi eccleſiam audire voluerit. Videtur igitur quod ſententia excommunicationis contra abſentem pœnitentem lata pro contumacia, de qua iam intus pœnitet ſit nulla. Præterea is qui in charitate eſt, iam de peccato ſuo pœnitens, non poteſt iuſta ratione communione ſacramentorum priuari, neq; ab eccleſia præſcindi, neq; ſathanæ tradi, neq; priuari eccleſiæ ſuffragijs. Videtur igitur neminem in charitate exiſtentem poſſe, aut eſſe, aut fieri excommunicatum, neq; a canone, neq; ab homine, cum ſecundum patres excommunicati ſint ſeparati a ſacramentis & a fructibus orationum, & ſuffragijs eccleſiæ.

Re-

Reſpondeo argumentum vtiq; concludere eccleſiam illam non excommunicare, id eſt, ponere extra communionem internam, quę charitate conſtat, ſed non inde ſequitur eccleſiam illum non excommunicare ſeu ponere extra communionem externam fidelium, quę conſtat conuerſatione ſocietatis Chriſtianæ & participatione ſacramentorum. Et quamuis excommunicatio non niſi pro culpa & contumacia comiſſa ſit infligenda. Ipſa tamen excommunicatio non eſt culpa, ſed pœna, & ideo poteſt infligi pro contumacia, de qua iam quis intus pœnituit. Quemadmodum malefactor per gratiam deo intus reconciliatus interdum licite accuſatur, iudicatur ad mortem, condemnatur pro crimine commiſſo, de quo in foro conſcientię coram deo pœnituit, quandoquidem propter vtilitatem reipublicæ, expedit plærumq; non dimittere crimen impunitum, vt & cęteri timorem habeant. Magni & ſancti viri non nulla peccata morte punierũt, quo & viuẽtibus metus incuteret, & illis, qui morte puniebantur, non ipſa mors noceret, ſed peccatum quod augeri poſſet ſi viuerent. Verbis Petri apoſtoli Ananias & vxor eius ceciderunt, Actuum. 5. Helias multos affecit morte, & propria manu, & igne diuinitus impetrato. Ita & peccator iam intus deo reconciliatus interdum fit iuſte excommunicatus pro mortali culpa, aut contumacia, de qua iam intus pœnitens contritus eſt, donec etiam ſatiſfecerit eccleſiæ.

Deinde quemadmodum is, qui eſt iuſta ſententia propter actualem contumaciam, aut mortalem culpam ab homine vel ab iure ſcienter excommunicatus eſt, manet excõmunicatus, Neq; poteſt ſe diuinis ingerere, etiam quantumuis fuerit intus pœnitens, contritus de culpa, vel contumacia, propter quam eſt excommunicatus, ſed debet iam etiam charitate iuſtificatus abſtinere a communione Chriſtianorum fidelium, & a participatione ſacramentorũ, donec fuerit per eccleſię claues reconciliat⁹ eccleſię, Ita & is qui mãdauit interfici aut percuti clericũ, aut ſacerdotem, & is item qui mandat percuti laicũ, ꝓpterea quod ipſum excõmunicari procurauerit, quantumlibet pœnitens poſſe ſuum

fecerit de reuocando mandato, excommunicationis vinculo innodatur. Et id quidem pro eo tempore, quo is cui mandatum dedit, clericum vel sacerdotem interficit, aut percutit, q̃uis ipse qui mandauit tempore illo pœnitens nequaq̃ peccet non potens impedire eum iam absentem, cui mandatum dederat percutiendi, de excommunicatione fulminata in mãdantes & in præstantes consilum, vel auxilium ad iniectionem manuum violentarum in clericum, habes decretales. Sicut dignum, de homicidio, & capitulum, mulieres, de sententia excommunicationis. Item ponatur quis iuste pro mortali crimine excõmunicari a canone probabiliter ignorans sese excommunicatum esse, is si confiteatur de peccato illo sacerdoti qui eundem absoluet, rite videtur effectum sacramentalis absolutionis assecutus, postea tamen cum rescierit sese fuisse excommunicatum tenetur abstinere a diuinis, donec pro peccato illo absolutionem ab excõmunicatione impetrauerit. Et cum in argumento assumitur is qui peccauit, si correptus ecclesiam audierit, iam est frater Christo acquisitus, neq̃ potest iusta ratione priuari comunione sacramentorum. Respondeo eum sic pœnitentem iam esse acquisitum Christo, sed non inde sequitur eum non posse iusta ratione ad tempus priuari sacramentorum communione, nam & propter veniale peccatum innodatus minori excommunicatione, item publice pœnitẽtes etiam a perceptione eucharistiæ prohibentur, deinde & homines plęrumq̃ absq̃ propria culpa propter suspensionem vel interdictum ab ingressu ecclesiæ a diuinis & a perceptione sacramentorũ arcentur. Sed huiusce modi difficultates forsitan volet quispiam euadere, & dicere in supradictis casibus homines fieri excommunicatos, non cum sunt in charitate & pœnitentes, sed cum sunt in mortali peccato & cõtumaces, & reddunt sese impotentes ad comparendum in iudicio, vel ad iniquum mandatum cum effectu reuocandum, veluti cum is qui citatus est ad comparendum, aut qui mandatũ vel cõsilium dedit ad clericum percutiendum, negligit transire tẽpus, quo erat sibi possibile comparere, & percussionem cum effectu impedire, reuocando mandatum, nam & vsq̃ in tẽpus

IOANNIS DRIE
DONIS A TVRNHOVT SACRAE Theologiæ professoris apud Louanien. De Libertate Christiana liber tertius.

¶ *Caput primum tractatus primi, in quo recitantur argumenta, quibus cõmonstrari videtur, leges, constitutiones q̃; humanas repugnare libertati Christianæ, eas q̃; in foro conscientiæ non obligare.*

Reliquum est in hoc libro aduersariorum obiecta diluere, nodosq̃ difficultatum & perplexitatum dissoluere. & quia hoc congrue præstare non possumus, nisi eorũ argumenta repetamus, plurimaq̃ adijciamus, quæ videntur scrupulos ac difficultates ingerere, congruit primum recitare argumenta quędam sophistica, quibus probari videtur esse contra Christianam libertatem, adijcere diuinis præceptis vllas leges humanas aut constitutiones, quæ sint obligatorię in foro conscientiæ.

Primum argumentum recapitulat scripturas in principio huius libri pro Christiana libertate allatas. Vbi spiritus dei, ibi libertas. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Iusto nõ est lex posita, sed impijs, periuris. Spiritualis õnia iudicat, ipse vero a nemine iudicatur. Ex his & id genus scripturis alijs videtur consequẽs esse homini iusto, qui in actibus suis spiritus sancti imperio ducitur, nõ esse præscribendas vllas leges de externis rebus, de quibus Christus & Apostoli nihil præcipiunt. Præterea minor atq̃ infirmior est lex humana, q̃ lex diuina veteris testamenti secundum cęremonialia & iudicialia præcepta, sed lex diuina secundũ illa præcepta non ligat hominem iam liberum Christiana fide in charitate. Videtur ergo vnumquemq̃ Christianũ, iam factum adoptionis filium, ac liberum a præceptis iudicialibus veteris legis, non posse constringi vlla lege aut constitutione humana, obligante transgressorem sub pœna pec-

cati, aut sub reatu ęterni supplicij, nisi & simul accedat naturalis, aut diuini iuris obligatio, seu necessitas, quæ ligaret, secluſa etiam omni humana lege ac præceptione. Et confirmatur argumentum. Lex Moysi, si iuxta Pauli doctrinam, cessauit aduenientę fide in Christum, propterea quod lex illa solum fuit pędagogus in Christo dicente Apostolo, Lex pędagogus noster fuit in Christo, at vbi venit fides, iam non sumus sub pędagogo, ad Gala. 3. Pędagogus autem dicitur, qui pueros agit & ducit, eos ab illicitis reprimens, & ad recta dirigens timore pœnarum. Cum ergo omnis lex positiua, seu humana solum detur vt sit pędagogus in Christum, vt per illam scilicet coerceatur paruulorum petulantia, contumaciumq; hominum insolentia, & per illam durentur atq; proficiant homines ad fidem & charitatem Christi. Consequens videtur hominem iam habentem fidem & charitatem non constringi vlla lege positiua.

Secundum argumentum, Lex euangelij est sufficiens ad salutem, nam aliud nihil Christus suis discipulis imposuit, quam vt euangelium prædicarent omni creaturæ. Euntes, inquit, in vniuersum mundum, prędicate euangelium oi creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et planius apud Matthęum. Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcumq; ego præcepi vobis, non dicit, docentes eos seruare, quæ ego prędcepi vobis, & quæ prędati sunt vobis prędcepturi. Quod & Apostoli fideliter exequentes, nusquam in scripturis sacris leguntur præceptis euangelij vlla adiecisse præcepta humana. & confirmatur argumentum. In veteri lege Pontifices aut principes, non poterant præceptis dei adijcere vlla alia præcepta, quemadmodum dicitur Deutronomij quarto. Nunc Israhel audi prędcepta & iudicia quæ ego doceo te, nō addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Item Deutronomij duodecimo. Quod ego prędcipio tibi, hoc tantum facito, nec addas quicq̄, nec minuas. Neq; Adam primus parens legitur filijs suis vllas dedisse leges, Neq; Petrus, neq; Apostolus Paulus, neq; cæteri Apostoli in scriptu-

pturis sacris leguntur vllas condidisse leges, aut vlla decreta. Vnde & decreta quæ dicuntur Apostolorum canones, quorum meminerunt Isidorus & Gratianus, sumpta sunt ex Apocryphis scripturis, neq; vllus antiquorum patrum illorum meminit. Doctrina euangelica si sufficiat cui libet ad salutem, continet ergo omnia ad salutem necessaria. Atq; ita consequens videtur, potestates humanas, videlicet principes aut Pontifices, non posse uouas leges condere, aut instituere obligantes sub reatu æterni supplicij.

Tertium argumentum. Reatus æterni supplicij est quid supra tribunal humanæ potestatis, non de foro mortalis hominis, sed de foro solius dei immortalis. Videntur ergo ecclesiarum prælati, non habere potestatem sic obligādi sub reatu ęterni supplicij, quod neq; ipsi possunt transgressoribus inferre. Quartū argumentū. Ecclesiarū principes atq; prælati sunt, quib⁹ data est a deo potestas, nō ad onerandum miseras hominum animas, non ad laqueum & periculum animarum, sed ad populi ædificationem & vtilitatem, non possunt ergo viam, qua itur ad regnum cęlorum, facere magis difficilem, ac onerosam. Superadjere autem Christianæ legi præceptisq; decalogi alias quasdam leges, aliaq; præcepta, quorum transgressiones sunt subditis vel laqueus, vel preiculum venialis aut mortalis culpæ, est viam dei, qua itur ad regnum cœlorum, facere magis arduam, ac onerosam, & difficilem. Vnde & ipse Christus videtur iccirco coarguisse Scribas, & Pharisæos, præsumētes populum Iudaicum alijs factitijs legibus onerarate.

Alligant, inquit, onera grauia, & importabilia, & in humeros hominum inponunt, digito autem suo nolunt mouere illa. Pharisęis item accusantib⁹ discipulos Christi, quod transgrederētur traditiones Seniorum, respōdit Christ⁹. Hypocritę bene prophetauit de vobis Esaias dicens. Populus hic labijs me honorat & cęt. Sine causa autem colunt me docētes doctrinas & mandata hominum. Matthęi. 15. Videtur igitur non esse in potestate prælatorū, Christianæ legi addere alias leges sub reatu æterni supplicij obligātes.

Quintum argumentum, Leges humanæ, si vim habeant

obligandi solum ligant secundū rationabilē intentionē pręcipientiū. Intētio autē prælati aut ecclesiæ pręcipiētis videt neq; esse rationabilis, neq; pdiēs secundū charitatis spūm, si velit fragiles homines positiuam legem transgredientes, obligari ad culpam, siquidem hanc possit impedire intendēs obligare illos ad solam temporalem pœnam. Vnde Papa ecclesiæ pater locum tenet Christi, qui vult omnes saluos facere, & pdere neminē. Debet igitē benignitatē illius imitari, & gestare ī suos subditos viscera misericordię. At si nouā legē suā ipse cōstituat, cū obligatione ad mortalē culpā, quomodo subditorum saluti studet? Cur non magis habet rationem infirmitatis humanę, quæ nunc per negligentiam, nunc per fragilitatem humanam huiusmodi constitutiones prętermittit. Sextum argumentum. Superiores potestates solū sunt ordinatæ a deo, ad dirigendū & erudiendū populum rebellem naturali aut diuina lege, & ad coercendū eos, qui transgressores sunt naturalis aut diuinę legis, aut pacis, aut tranquillitatis reipublicę turbatores. Videtur ergo humana lex, aut constitutio solum esse vtilis, quando talis est, quę temporali pœna coercet eos, qui transgressores sunt diuinarum institutionum. Antecedens patet. Nam secundum scripturas, qui populo pręsidet, habet potestatē nō sup iustos, cū diu manserint iusti, sed super improbos solum, dicente apostolo Paulo. Iusto lex nō est posita, sed adulteris, impijs & sceleratis, hoc est, lex superioris pœnam statuens transgressori diuinę legis posita est, non propter iustos, qui sua spōte, amoreq; iusticię faciunt ea, quę sunt diuinę legis. Sed propter rebelles inobedientes, id est, transgressores, aut naturalis, aut diuinæ legis. Lex, inquit Paulus, propter trāsgressores posita est, vt lasciuiens ętas, inquit Hieronymus, metu pœnę refrenetur. Vnde & Apostolus ad Romanos, cū dixisset, Omnis anima potestatibus sublimioribꝰ sit subdita, tandem adiecit. Si malum feceris time, non enim sine causa gladium portat, dei enim minister est, vīdex seu vltor in iram ei, qui male agit. Neq; videtur suffragari, quod defensores humanarum, & ecclesiasticarū potestatū, pro se adducunt verbum saluatoris dicentis, Si ecclesiam dei non audierit

dierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, in quo præsertim loco probata videtur potestas ecclesiastica, quam habet prælatus nomine ecclesiæ in populum Christianum. Nam hoc ipsum Christi verbum magis obuiare videtur.

Manifestum enim est ex coherentia sententiarum, verbum saluatoris acceptum esse in eo casu, vbi admonitus quispiā, seu correptꝰ, vt faciat id quod est diuinę legis, vt scilicet peccare desistat, resipiscensq; pœnitentiā agat. Tunc enim si audire noluerit, manseritq; incorrigibilis, habendus sicut Ethnicus & Publicanus est, hoc est, a consortio Christianæ ecclesiæ abhorribilis & detestabilis. Saluator igitur cum nō loquatur ibidem de obedientia pręstanda ecclesiæ super positiuis legibus, aut mandatis humanis, sed de obedientia pręstanda, super faciendo aliquo opere, ad quod quisq; diuino iure obligatur. Consequens videtur ex huiusmodi scripturæ non posse concludi, eum habēdum esse, vt Ethnicum, & Publicanum, qui nō est prælato ecclesię obediens, nisi cum rebelli est prælato, aut corripienti, aut punienti crimē aliquod commissum contra diuinam legem, aut pręcipiēti aliquid, quod alias diuina lege æquū, & iustum est. Si ergo potestas superioris in scripturis fundata solum ad erudiendum, corripiendum, corrigendum, & arguendum transgressores diuinæ legis, vt & ipsi, & cæteri timorem habeant, Consequens videtur, nullam esse superioris pręceptionem, quæ ad culpā obliget transgressorē. Sed solū leges & constitutiones humanas tunc vtiles, & recipiendas, quando coercent temporali pœna eos, q̄ sunt trāsgressores legis Christi. Pręterea si trāsgressio quęlibet humanę legis sit culpa, consequens erit, ex abundantia humanarum legum, & constitutionum abundare & delicta, Inutile autem ecclesię, quicquid fuerit occasio mali, vnde abundant delicta in ecclesia. Expediret igitur potius sublatas esse omnes constitutiones humanas cū tot multiplicatis præceptis populum onerare.

Septimum argumentum. Cuilibet Christiano ad vitam ęternam assequendam sufficit obseruatio mandatorum decalogi. Nam adolescentulo interroganti quidnam sibi foret necessarium ad assequendam vitam æternam, Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spondit Christus. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & exponens decalogi præcepta, nihil commemorat de obseruandis constitutionibus humanis, quin potius coarguit scribas & pharisęos, ex. 29. ca. Esaię, vbi dicitur. Timuerūt me mandato hominum, & doctrinis, Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciā populo huic miraculo grandi, & stupendo, Peribit enim sapiētia a sapiētib⁹ eius, & intellectus prudentium eius abscōdet. Octauum argumentum.

Lex euangelica secundum doctrinam Apostolorum ex institutione Christi, est lex libertatis, respectu legis veteris, quæ respectu nouæ legis, fuit lex seruitutis. Apostoli autem definierunt legem euangelij esse legem libertatis, non ex eo solummodo, quod a dominio peccati liberat, sed & propterea quod minus onerat, præceptaq; pauciora, ac leuiora habeat, q̄m olim habuit lex Moysi. Christus nempe appellat iugum suum suaue, & onus leue, Vnde & Apostoli in consilio congregati definiuerūt, Hominibus nō esse imponendū iugum præceptorum veteris legis, propter ipsorum præceptorum & grauitatem, & multitudinem. Quid tentatis deum, inquit Petrus, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus. Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi, actuum. 15. Et adijcitur in concilio Apostolorum. Visum est nobis & spiritui sancto, nihil vltra imponere vobis oneris, q̄ hęc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis & cętera. Si nihil oneris vltra voluerunt imponere, noluerunt igitur imponere seruitutem, neq; maiorem, neq; tantam, quanta fuerit veteris legis seruitus. Quum ergo canones & decreta pontificum, leges, & constitutiones humanæ sint multo grauiores & plures, q̄m præcepta veteris legis, consequens videtur prælatos ecclesię non bene agere, adijcientes legi euangelicæ tantam humanarum legum & constitutionū multitudinē. Sic & venerabilis Augustinus suo sęculo attendens grauę onus humanarum traditionum, eos qui hususcemodi traditionibus comprimebant populum, arguit ad inquisitionēs Ianuarij. Ipsam, inquit, religionem nostram, quam deimise-

misericordia manifestissimis, & paucissimis celebrationum sacramētis voluit esse liberam, seruilibus qdā premūt oneribus, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui legalibus sacramentis, non humanis præsumptionibus subijciuntur. Si suo tempore dolebat Augustinus, quid hac nostra tempestate, inquit Gerson, dixisset, vbi per varietatem temporum, incredibilis accessit humanarum præsumptionum varietas, in libro de vita spirituali animę. Præterea lex euangelij ab apostolo Iacobo, vocatur lex perfectæ libertatis, capite primo. Quicumq; perspexerit, inquit, in lege perfectæ libertatis, & permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus erit in facto suo. Videtur ergo per legem euangelij, Christistianos non esse subiectos legibus alijs, q̄ euangelij legibus.

Nonum argumentum. Si quælibet superiorum hominum mandata, vel instituta, tantę sint efficaciæ, vt in foro conscientiæ teneamur illis parere seu obedire, consequens erit omnem humanæ legis transgressionem esse peccatum inobedientiæ. Cum igitur omnis obedientia sit criminale peccatum, reliquum est hominem sub homine, aut vix, aut nequaq; posse saluari, cum tanto cumulo mandatorum, quę prælati interdum etiam per incuriam præcipiunt. Videtur autem difficile vel omnino impossibile, interdum non præuaricari. Omnem autem inobedientiam esse criminale peccatum, videtur docere scriptura, primi Regum. 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatrię ē nolle acquiescere. Vnde & prima pręuaricatio damnabilis erat, quia Adam non obediebat.

Decimum argumentum. Transgressio humanæ legis nunq; est peccatum, nisi simul concurrat lex naturalis, aut diuina, quam demonstrat seu insinuat lex humana. Ac; ita consequens videtur transgressorem peccare, & reum fieri, non propter transgressionem pręcepti humani, sed propter transgressionem legis dei. Nam sic Gerson Cancellarius Parisien. lectione quarta de vita spirituali animę dicens, quod solus deus potest dare pręcepta affirmatiua, vel negatiua sub pœna mortis æternæ, quia illam solam

 potest

poteſt ipſe infligere, legiſlator non poteſt tranſgreſſorẽ ſuæ legis ſub vlla pœna obligare quam ipſe non poteſt inferre, & ideo nullus reatum, inquit, æternę mortis incurrit, niſi quatenus diuinæ legis tranſgreſſor extiterit. Ad hoc, inquit, eſt authoritas Aug. deſcribentis peccatum eſſe factum, dictum, vel concupitum contra legem dei æternam. Lex autem humana temporalis eſt, & mutabilis. Prętera nemo poteſtatem, inquit, habet infundere alteri gratiã, niſi ſolꝰ deus, ergo neq; eripere eam alteri quiſpiam poteſt, preter deum ſolum. Ipſe ſolus habet claues vitæ & mortis, ipſe aperit, & nemo claudit, ipſe claudit & nemo aperit. Prætera nullus legiſlator poteſt inquit prędicere interiorem actum, & ideo quantumlibet per ſuas leges intendat ſubditos fieri meliores, ac ſanctiores, tales tamen fines non cadunt ſub præceptis legum, ſed actus ſolum externi, atq; ita non erit, inquit, trangreſſor humanæ legis, vt humanę, quę etiam & ſi violet cũ peruerſis intentionibus, ex hypocriſi vel vana gloria, non eſt tranſgreſſio humanæ legis, ſed diuinæ. Ex eo autem quod quis plęrumq; mortaliter peccat, tranſgrediendo legem humanam, non ſequit, inquit, conſtitutionẽ pure humanam, in foro conſcientiæ obligare ad mortale peccatum. quemadmodum ſi medicus peritus dicat Petro, do tibi legem pro vita corporis tui ſeruanda, quam ſi tranſgreſſus fueris, morieris. Nõ bibas vinũ purum hoc triduo, hic manifeſtum eſt, inquit, medicum non habere facultatem condendi legem in foro conſcientiæ obligantem ſub reatu æterni ſupplicij, & tamen in hoc caſu, ægrotus faciens contra medici prędeſcriptum, reus efficitur, non propter tranſgreſſionem prędecepti medici, ſed propter tranſgreſſionem legis diuinæ, vel naturalis præcipientis. Nolite vos inebriari vino, Nolite vos occidere. Vnde hinc orta videtur opinio eorum, qui dicunt tranſgreſſionem humanæ legis nunq; eſſe mortale peccatum, niſi propter ſuperioris contemptum, aut libidinem in creaturam, aut propter ſimilem cauſam, quæ alias non antecedente ſuperioris lege inducerent mortalia peccata. Item Bernardus in libro de penſatione & prę cepto, crebrius & repetitis vicibus, definit inobedientiam non

non eſſe criminalem, niſi adſit ſuperbię contemptus, veluti cum eſt contemnoſa, & recalcitrans voluntas. Vnde tradẽs vniuerſalem regulam ſic loquitur. Vniuerſorum quę per ſe & propter ſe nec bona ſunt, nec mala, aut diuina inſtitutione, aut propria profeſſione non iuſſa, licite qdem vtrinq; vł admittuntur, vel omittuntur. Iuſſa vero ſine culpa non negliguntur, ſine crimine non contemnũtur. Vbiq; enim culpabilis eſt neglectus, contemptus vero damnabilis. In mandatis vero diuinis res aliter ſeſe habet. Nam adulterium quocunq; fiat animo, ſiue ex neglectu, ſiue contemptu, eſt criminale peccatum. & infra. Quamuis omnis inobedientia ſit inexcuſabiliter culpabilis, nulla tamen lœtaliter criminalis, niſi quæ contemptum ſuperbię non euitat, nulla ęternaliter damnabilis, niſi quam remedium pœnitentiæ non ſanat. Sed exemplis clarius eluceſcet, quod dicimus, ſi iubente ſuperiore (vt ſileam verbum mihi forte per obliuionem elabitur) reum me fateor inobedientię, ſed venialiter. Si ex contemptu ſciens, & deliberans ſponte in verba prorupero, & ropero ſilentij legem, criminaliter me prævaricatorem conſtituo, tandem tradens illic documentum, quo dignoſcamus qualem vocet inobediẽtiam & contemptum, citat verbum Samuelis dicentis, Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ eſt nolle acquieſcere, Non ait Samuel, nõ acquieſcere, ſed nolle acquieſcere. Neq; enim nolle obedire, idipſũ eſt, quod non obedire, quia non obedire interdum eſt erroris, nonnunq; infirmitatis. Nolle vero obedire odioſę, & contumacię non ferendę.

Ex his refert ibidem Bernar. Non ergo qualiſcũq; mãdati prętericio criminalem facit inobediẽtiam, ſed repugnare, & nolle obedire. Totiens autem ſine crimine tranſgreditur, quotiens in tranſgreſſorem defuerit huiuſcemodi recalcitrans, & contentioſa voluntas. Hæc Bernardus.

Vndecimum argumentum, Sumit media quibꝰ probari videtur, non oportere obedire vlli imperio, ſeu legi voluntatis humanæ. Nam ſola diuina voluntas ſemper eſt recta. Humana autẽ volũtas errare poteſt & deficere, nõ tenetur ergo hõ obedire regulę, ſeu legi humanę, niſi & ipſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit eadem regula diuinæ voluntatis. Quisquis enim alteri obedire debet, voluntatem alterius hoc præcipientis tenetur accipere, tanq; regulam suæ actionis a prima iusticia indeclinabilē. Nam si a regula iusticię deuiabilis sit, iam quis cō formādo se illi obediēdo posset peccare. Pręterea cōtingit principes, prælatos nonnūq; esse ambitiosos, auaros, fornicarios, non pascentes gregem commissum, neq; verbo, neq; exemplo, quorum cathedrę sunt, quales Dauid pronunciauit, pestilentiæ cathedras. Pestilentiæ autē cathedra nō est Christi, sed sathanæ cathedra. Fugere igitur oportet huiusmodi cathedras. Et ita videtur non esse obediēdum præceptis eorum. Vnde Apostolus Ioannes, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nō affert, nolite recipere eum, nec aue ei dixeritis. Et ne hoc de hæreticis solum putaretur intelligendum, videamus & de hoc scripturas innumeras, quibus præcipitur, vt separemus nos de medio hominum peccatorum, & abstrahamus nos ab omni fratre ambulante inordinate, ab auaris, & fornicatoribus, & cæt. Beatus apostolus Paulus non modo consulit, sed & iubet vt a talibus recedamus. Denunciamus, inquit, vobis in nomine domini, vt recedatis ab oībus fratribus ambulantibus inordinate & cęt. Exite, inquit propheta, de medio eorū, & separemini ab eis, & immundū ne tetigeritis. Cęterū in scripturis significantur prauorum sacerdotum sacrificia, & sacramenta esse immunda, & displicere deo, prouerbiorum. 15. Victimę impiorum abominabiles domino. Et Malachiæ .1. Maledicā benedictionibus vestris. Item Esaię primo, Ne offeratis vltro sacrificium frustra, Incensum abominatio mihi, Iniqui sunt cœtus vestri, calendas uās & solennitates vras odiuit anima mea, cum multiplicaueritis orationem, non exaudiā, manus enim vestræ sanguine sunt plenæ. Itē Esaię .66. Facinorosus qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat, & qui offert thus quasi qui benedicat idolo. Item Oseę nono. Sacrificia eorum quasi panis luctus, omnis qui manducabit ex illo inquinabitur. Apostolus ad Corinth. 5. prohibuit non modo sacramenta, sed nec escam sumere cum his qui criminaliter peccāt, qs & propheta redarguit. Si videbas,

debas, inquit furē, currebas cū eo, et cū adulteris potionē tuā ponebas, & iterū, Odiui, īquit propheta, ecclesiā malignātiū, Lauabo inter innocētes manꝰ meas, & circūdabo altare tuū dñe. Si eximiꝰ ille ꝓpheta Dauid, oderit ecclesiā malorū sacerdotū, & nō introierit ad eā, Consequēs est nos debere idē facere. Amplius aūt manifestū est per illos solum remitti peccata, qui spūm sanctū habēt. Christꝰ nēpe cū post resurrectionē discipulos mitteret, ait, Sicut misit me pr̄ & ego mitto vos, hoc cū dixisset, insufflauit, & dixit, accipite spūm sanctū, Quorū remiseritis peccata, remittūt eis, et c̄. Quo i loco ostēdit eos solū posse peccata remittere, q̄ spūm sanctū accepērāt. Sic Argumētat̄ Cyp. Alex. et Nicolaꝰ papę, cęteriq; martyres, vt patet in decretis. 24. quę st. 1. p totū. Vñ Amb. in li. de pœnitētia. Ius remittendi peccata recte vendicat ecclesia ea, quæ veros habet sacerdotes. Hęresis autē vendicare nō potest, quę sacerdotes dei nō habet, līgādi et soluēdi potestas veris nō falsis sacerdotibꝰ a dño tradita ē. Christꝰ enī dicturus Apost. q̄rū remiseritis peccata, p̄misit. Accipite spūm sanctū, vt euidēter cūctis ostēderet eū, q̄ spūm sanctū nō habet, nō posse tenere, vl̄ remittere. Porro spūm sanctū nemo nisi intra ecclesiā accipit, Sicut aūt extra ecclesiā nō accipit̄, ita extra ecclesiā, nihil operat̄. Cū ergo remittere vl̄ retinere peccata, excōmunicare, vel recōciliare, opus sit spūs sancti, & virtus Christi, Consequēs videt̄, quod hi qui extra ecclesiā sunt, nō possunt neq; līgare, neq; soluere, neq; excōmunicare, neq; reconciliare. Quicūq; ab vnitate ecclesię, quæ p Petrum intelligit̄, fuerit alienus execrari potest, cōsecrare nō valet, maledicēdi vel bñdicendi potestatem minime habet. Hæc oīa vide si placet, 29. quæst. 1. ca. audiuimus. Huiuscemodi argumentis vsus Cypri. in epistola ad Magnum, probat schismaticos & hæreticos, cū nō habeant spiritū sanctū, non posse vere baptizare. Et iccirco homines baptizatos ab eis, esse rebaptizādos baptismo ecclesiæ. Et in epła ad Corneliū papā. Oportet, inqt, mūdari et sanctificari prius aquam a sacerdote, vt possit baptismo suo peccata alterius abluere. Quomodo autem mūdare, aut sanctificare aquam poterit, q̄ & ipse immūdus est, cū dominus dicit in libro numerorū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnia quæcumq; tetigerit immundus, immūda erunt, aut quomodo poterit filium spiritualem facere, qui carnalis est? dicente Ioanne, Quod factum est de carne, caro est. Aut quo modo potest remissionem peccatorum, aut spiritum sanctū dare, qui & ipse sua peccata deponere, & spiritum sanctum habere extra ecclesiam non potest? Vnde & in prima canonica Ioannis, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim aue illi dixerit, communicat operibus illius malignis, ergo non licet in receptione sacramentorum communicare illis. Præterea eum q baptizatur, necesse, inquit, est vngi, & accepto chrismate, id est vnctione, possit esse vnctus dei, & habere olium gratiæ, sanctificare autem non potest olei creaturam, qui nec ecclesiam habet, nec altare. Hæc Cypriani argumenta probantis apud hæreticos & schismaticos, nec esse verum altare, nec verum sacrificium, nec verum chrisma, nec veram eucharistiam, nec verum baptisma, nec potestatem remittendi peccata, sed omnia eorum sacramenta esse irrita, inania, falsa, deo exosa, non Christi, sed falsa sacramenta. Et scripturæ quibus demōstrat hoc, eque demonstrant id ipsum de sacramentis & sacrificijs omnium in ecclesia prauorū sacerdotum, qui nec ipsi mūdi sunt, nec spiritum sanctum habēt. Ex quibus videtur consequēs esse, nos non posse communicare prauis & malis pontificibus, & ita videmur non obligati obedire illis. Quod & confirmari posse videtur hac ratione, Eis qui non sunt membra ecclesiæ, nō est communicandum, vt hæreticis, schismaticis, & excommunicatis. Sed prelati perseuerantes in crimine, q non flent cum flentibus, nec gaudent cum gaudentibus, nō sunt ecclesiæ membra. Nam & Apostolus certum tradit argumentum, quo valeamus membra internoscere. Si gaudet, inquit, vnum membrum, congaudent omnia mēbra. Si aūt patitur vnum membrum, omnia patiuntur. Non potest igitur esse spiritualis ecclesiæ membrum, quod nullū habet spiritualis vitæ officium. Preterea, ecclesiæ membra debent esse vnius societatis, & vnius ciuitatis, & corporis vnius, sed non potest esse vna societas, vna ciuitas, vnum corpus iusti et

sti & impij. Omnis enim iustus, est membrum in corpore Christi, & habitans in ciuitate dei, omnis autem impius est membrum in corpore diaboli, & habitans in terrena ciuitate diaboli, dicente saluatore ad impios Iudęorum pontifices, Vos ex patre diabolo estis. Quod & videtur significasse Paulus Apo. Quæ societas, inquit, lucis ad tenebras? quę conuentio Christi ad Belial? Et, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Et Hieremias, Quid palea cum tritico? Et videamus an ne plana sit hęc sententia Aug. lib. 1. contra Crescentium grammaticum, cap. 29. dicentis. Non existimo quemq; ita desipere, vt credat ad ecclesiæ vnitatē ptinere eū, qui nō habet charitatem. Pontifices igitur fornicarij, auari, ebriosi, cum non habeant charitatem, non videntur esse ecclesiæ membra, & ita nec ecclesię capita, quibus teneamur obedire. Postremum Paulus Apost. ad Hebræ. iubens, vt præpositis obediamus, & subiecti simus, causam adijcit, Ipsi enim, inquit, perui gilant, tanq; rationem pro animabus vrīs redditurī. Sed in huiusce modi preceptis, quæ causam habēt, cessante causa, cessat & effectus, seu vis obligationis. Videmur ergo non obligati obedire præpositis, qui semetipsos pascentes, nullum impendunt pastoralis curæ officiū. Vn & tales prælati, non faciunt fructus beneficij suos, cum beneficium temporalium fructuum detur propter spirituale officium. Idem quoq; videtur posse concludi, de obsequijs, vectigalibus soluendis principibus, qui curam non gerunt pacis & trāquillitatis in repub. Duodecimū argumentū.

Contingit ecclesiarū prælatos, principes, & potestates sæculares ad principatus, ad dignitates ascendere, nō vocatos inspiratione diuina, nec missos a deo, sed seipsos ex ambitione intendere, & ingerere ex auaritia, & dominandi libidine, quales contingit esse prælatos huius sæculi, q ambiūt dignitates, non vt prosint, sed vt prę sint, nō vt pascāt, sed vt pascant, quales describit Oseas ppheta, Ipsi regnauerūt, sed non ex me, principes extiterūt, & nō misi illos, vbi trāslatio .70. habet, Ex semetipsis regnauerunt, & nō p me principes extiterunt. Sed prelati tales nō vocati a deo, tanq; Aaron, semet ipsos ex auaritia, et dominādi libidine ingerētes, nō sūt

veri prælati, neq; veri pastores. Nã vt ex supioribus patet, pastoralis cura descẽdit secundũ successiõis seriẽ a Christo p Apostolos ad vnumquemq;. Cũ ergo videamus nonnullos in ecclesia ad prælaturas sic ascendere, consequens videtur, nos non oportere obedire illis, tanq; veris prælatis.

Argumentũ decimumtertium, sumptũ ex doctrina Aug. .19. de ciuitate dei, quo probari videt Christianũ inter gẽtes cõmorantẽ, nõ oportere obedire legibus gentiũ. Nam inter gentes absq; fide in Christum, neq; vllum ius verũ, neq; vlla iusticia vera potest esse. Quod enim iure fit, iuste fit. Vbi aũ tẽ iusticia nõ est, ibi & lex neq; iusta esse potest, neq; vtilis, sed apud nationes gentiliũ nõ est vera iusticia. Hęc nempe, vt inquit Aug, est virtus sua cuiq; tribuẽs. In gentibus aũt a fide Christi alienis, nulla, vt ingt Aug. ẽ virtꝰ, quæ cuiq; sua distribuit. Neq; enim cuiq; suum distribuit, qui seipsum deo vero, a quo factꝰ ẽ, tollit, & malignis spiritibus subdit, at q; seruit. 19. de ciuitate dei. Lex igitur apud eos nulla videt esse iusta, sed q; neq; sit vtilis, patet, quia nihil est vere vtile, nisi quod ad veri boni consequutionem potest conducere. Quod vero ad hoc non confert, nec ipsum vtile est, nec eius adeptio lucrum. Et hæc videtur esse resolutio Augu. 19. de ciuitate dei, ca. 21. & sequentibus, docẽtis apud Rom. a vera fide alienos, non fuisse neq; veram remp. neq; verum cœtum hominum iuris consensu, & vtilitatis communione sociatũ, quia veri iuris, & veræ vtilitatis consensus geri non potest sine iusticia. Hæc & id genus alia, sunt argumenta, quibus commonstrari videtur populum per libertatem Christianã prorsus esse liberum & immunem a lege humana.

Caput secundũ, in quo pro supra dictorũ argumentorũ solutionibus ex superiori libro generalia quædam recapitulantur.

RElinquũ est iam, vt cõmonstremus argumenta supradicta prorsus esse lubrica, nullius roboris aut efficaciæ ex scripturis sacris perperam intellectis, cõficta ab hęreticis, q sub mellito Christianæ libertatis noĩe aspernant omnem omnifi ętatum & venerandorũ patrum antiquitatem, cõfin gentes falsissimas & iam olim reprobatas, aut nouas sacrarũ scri-

scripturarũ interpretatiões. Qũ aũt sint absurda, & q̃ absona horũ dogmata, poterimus attendere, si primũ cõsideremꝰ ex supra dictis, quæ sit Christiana seu euangelica libertas in scripturis sacris cõmendata, ad quã recte intelligendã semp oportet præ oculis habere indubitatã catholicę fidei regulã, omnem videlicet hominẽ ex transgressore Adã ꝓpagatum, iusto dei iudicio esse regno cœlorũ spoliatũ, nasci peccati seruum, filiũ irę, vinculo dãnatiõis & mortis ęternę obstrictũ, qui si permitteretur viuere, vt vellet in oẽ genus vitiorum pręceps iret, diuinæ autem bonitatis misericordia nolẽs cõtinere, in ira miserationes suas prouidit nobis Iesum saluatorem, qui ab his malis liberaret genus humanũ, & restitueret nobis in eum credentibus vitã æternam, quã in Adã pdideramus oẽs. Atq; ita libertas hęc per Christum nobis impensa, accipienda est, non corporalis libertas, quæ est ab incõmodis huius corporalis vitæ, aut ab obedientia subiectionis debitę superioribus magistratibus, principibus, parentibus, & pontificibus huius sęculi, sed est spiritualis, qua liberamur ex ore leonis, & tyranni de vitiorum, a captiuitate dæmoniorum, a vinculo damnationis, mortisq; æternę, a volũtate peccandi, vt deinceps viuat in charitate ordinata, debitum videlicet seruans ordinem erga deum, erga parẽtes, prępositos, & superiores potestates in rep. a deo ordinatas erga æquales & inferiores, singulis non inuitus, aut coactus metu, sed ex voluntario & spontaneo amore deinceps vitã suã agat in Christo Iesu, debitũ tribuẽs vnicuiq; secũdũ ꝓsonarũ cõditionem & qualitatem, cui obedientiã obedientiã, cui reuerentiã reuerentiã, cui honorẽ honorẽ, cui timorẽ timorem, cui tributũ tributũ, cui vectigal. Hęc est plana Pauli Apostoli doctrina multis in locis. Ad Rom. 13. cum dixisset, Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, & idcirco nos oportere subditos esse superiori potestati, non solum propter iram seu vindictam pręsentis vitę, sed & propter cõscientiã, mox cõcludit, Reddite ergo singulis debita, vt tributũ, vectigal, honorẽ, & nemini quicq; debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Liberati a peccato, serui estis factis iusticiæ, vt non secundum carnem, sed secũdum legẽ spiritus vitæ ambuletis.

Catholicæ fidei regula.

Libertas Christiana, quæ sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Doctrina Apostoli Pauli docētis quonā pacto quisq; sese erga alterum habere debeat.

Itē ad Ephesios, item & ad discipulum suum Titum episcopum, edocens quemadmodum erudire suum gregem quisq; debeat, & quemadmodū erga alterum sese habere oporteat, sua cuiq; præcepta constituit, filijs, seruis, vxoribus, plebi, insuper & omni populo, rursus episcopis, parentibus, dominis, maritis, regibus, & principibus. Filijs, inq̄, vt parentibus suis honorem tribuant, & obediant, parentibus autem, ne filios ad iracundiam prouocent, sed erudiāt, ac doceāt. Seruis, vt subditi sint dominis in omnibus, non contradicentes, non fraudantes. Dominis autem ne sint amari & iracūdi ad seruos suos, considerentq; quod suorum & illorum dominus in cœlis est. Vxoribꝰ, vt maritis suis obediāt, & subijciantur sicut dominis, quoniam vir caput est mulieris, cui & dictū est. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Maritis vt diligant vxores suas, plebi insuper & omni populo vt subditi sint, & obediāt principibus & potestatibus, & vt de medio auferant, ac interdum tolerent secumq; viuere sināt inutilia membra, ne dum hęc pręscindantur, periclitetur corpus ecclesiæ. Hęc est tranquillitas ordinis membrorū corporis Christi, quod est ecclesia, quem si sustuleris a repub. mox erūt oīa confusa & turbata, ac seditiōis plena. Apost. in epistola ad Rom. postq̄ in cap. 12. mandauerat esse sectandā cælestis iusticię legē, quę est cœlestis & charitatis diuinæ, mox in principio ca. 13. iubet etiā præsentis iusticię legem custodiri, quę, vt inquit Ambrosius, nisi fuerit obseruata, lex cœlestis iusticię custodiri non potest. Lex enim prę sentis iusticię quasi pędagogus quidā est, paruulos imbuēs. Omnis anima, inquit, potestatibus sublimioribus sit subdita. Et ne quis putaret hāc subiectionem non esse diuinitus constitutam, & huiusmodi potestatum leges atq; mandata esse quasi humana quędam commenta, aut parui momenti, cōtinuo adiecit, non est enī potestas nisi a deo, itaq; q resistit potestati, dei ordinationi resistit. Et ad commonstrandum, quod resistens efficiatur damnationis reus, mox sequutus aperuit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. tandem inferens. Ideoq; subditi estote non propter iram, sed & propter conscientiam hoc est, vt inquit Ambro-

sius.

sius, non solum propter pœnam presentis vitę fugiēdam, sed & propter futurum iudicium. Vnde Hieronymus in commentarijs tractans verbum Apostoli ad Titū dicentis. Admone illos, scilicet credentes, vt principibus & potestatibus sint subditi & obediant ad oē opus bonum parati. Hoc, inquit, præceptum puto editum propter Iudā quendam Galilęum, qui plurimos habebat sectatores, cuius in actis Apostolorum fit mentio, qui dicebat nullum debere dominum vocari, nisi solum deum, & eos qui decimas deo darent, non debere tributa dare Cęsari. Hæc hęresis, inquit Hieronymus, in tantum creuerat vt etiam phariseorum et multam partem populi cōturbaret, ita vt ad dominū quoq; saluatorē hęc quęstio inferretur, Licet censum dare cæsari, an non? Quibus dominus respondens ait, Reddite quæ sunt cæsaris cęsari, & quę sunt dei deo, Cui responsioni Paulus congruens docet Christianos debere esse subiectos, ac obedientes huius sęculi potestatibus, & principibus. Hactenus Hieronymꝰ, manifeste hæresim appellās errorem eorū, q dicunt Christianos nō debere subiici, aut obedire humanę potestati. Vñ & Paul. ipse agnouit tribunal Cęsaris, respondens Festo iudici, coram tribunali, Cęsaris inquit sto, ibi oportet me iudicari, Cęsarem appello, cui Festus. Cæsarē apellasti, ad cęsarē ibis, actuū. 25. Denicq; & ipse Christus agnouit potestatem Pilato esse datā desuper. Patebunt autē singula in solutionibus argumentorum latius.

Hæresis ātiqua docens non esse obediēdū principibus.

¶ *Caput tertium, in quo ponuntur supra dictorum argumentorum solutiones.*

AD primū argumentū recapitulans scripturas in principio li. primi ꝓ Christiana libertate adductas, satis patet responsio ex supradictis Christum videlicet sua morte non exemisse populum in se credentem, neq; a legibus canonicis, neq; ab ecclesię præceptis, neq; a parentum, superiorūq; mandatis, neq; a superiorum potestatum iurisdictionibus, quemadmodum Lutherus impie desipit, adferens scripturę sacrę testimonia, vbi spiritus domini, ibi libertas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpretans, ſuppſe, a legibus humanis. Item, Chriſtus ſi vos liberauerit, vere liberi eritis, ſuppleꝫ a legibus, & ab obedientia parentum, a ſubiectione prępoſitorum eccleſiæ, & ſuperiorum poteſtatum. Si huiuſcemodi ſcripturæ hoc pacto eſſent intelligendæ, ipſe Paulus, & denicꝫ ipſe Chriſtus in ſuis doctrinis ſibiipſis non conſtarent. Nam & ipſe Paulus iubet ex ore domini, Obedite prępoſitis veſtris. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſit ſubdita. Et reliqua multa in ſuperioribus adducta, quę nō Apollinis, nō ethnicorum philoſophorum, ſed diuini ſpiritus veriſſima ſunt oracula. Intelliguntur igitur ſcripturæ de liberate, qua Chriſtus nos liberauit a dominio peccati & diaboli, ab ęterna morte, a ſpiritu ſeruitutis in timore, a iugo ceremoniarū carnalium operum veteris legis, vt ſic liberati deinceps quaſi liberi, id eſt vltro & ex animo obediamus legi iuſticię, & iuxta Pauli monita non habeamus libertatem euangelicam, tancꝫ velamen quoddam maliciæ, qua viuamus pro noſtris deſideriis, ſed ita demū arbitremur nos eſſe liberos, vt credamus hanc libertatem eſſe humilem, & liberam quandā ſeruitutē iuſticię Ieſu Chriſti iuxta illud Apoſtoli. Liberati a peccato ſerui facti eſtis iuſticiæ, iuſticię inꝫ, qua ex fide in Ieſū ea quę legis ſunt facimus deo, parentibus, & fratribus debitum honorem impendentes ac obedientiam, ſcientes quidē nos in hac vita liberatos a damnationis vinculo, & a voluntate permanendi in peccato, nondum aut eſſe ſecuros, nondum plene liberos a periculis, ab inſidijs, donec liberati fuerimus de corpore mortis huius. Ad verbum Apoſtoli primę ad Corinthios ſecundo, dicentis. Spiritualis iudicat oīa & ipſe a nemine iudicatur. Reſpondeo.

Libertas Chriſtiana, de qua loquuntur ſcripturæ.

Ex verbo illo non eſſe conſequens ſpiritualem non debere viuere ſecundum legem, aut non eſſe ſubiectum legi, ſed econtrario potius. Cum enim ſecundum iuſticię legem viuat a nemine iudicandus eſt tancꝫ tranſgreſſor legis, verū hæc ſolutio ad hominem. Pro intellectu ſententiæ Pauli ſciendum, quod ipſe ſpiritualem hominem ibidem contra carnalem diſtinguit, appellans eum ſpiritualem, qui habet legē ſpiritus cœleſtis, qui renouat ſenſus hominis internos, ex veteris

veteris Adę carnali vita, intellectum lumine fidei illuſtrās, affectum charitate inflammans, quibus fit, vt de ſingulis ad cœleſtem vitam aſſequendam pertinentibus rectum habeat iudicium, diſcernens ſpiritualia a carnalibus. Ipſe autem ſpiritualis a nemine, id eſt, a nullo homine carnali recte iudicatur. Nam animalis homo ſeu carnalis, id eſt, carnalibus affectus & deditus, ſolum iudicat bonum, quod carnem delectat, quodꝫ ſecundum corporalem vitam iucundū eſt, non percipiens ea quæ ſunt ſpiritus dei. Ea vero quę ſtulta ſunt & huius mundi vana magnifacit, & cum ipſe ſtultus in via ſua ambulet, omnes quoꝫ ſtultos, vt inquit ſapiens, ęſtimat. Deinde neꝫ etiam ab homine ſpirituali, ſpiritualis homo iudicatur, niſi ex his, quę foris apparent, ex quibus tamen non poteſt diiudicare, qualis in oculis dei futurus ſit, cum nemo ſciat quid intus agatur, aut fiat in homine præter ſpiritum domini. Quamuis itaqꝫ ſpiritualis omnia iudicet, non tamen iudicat de rationibus occultæ legis, ſeu voluntatis iudiciorum dei. Sic Auguſtinus in. 13. libro confeſſionum, & in libro de vera religione interpretatur Apoſtolum dicens, ſpirituales homines, ſiue qui præſunt, inquit, ſiue qui obtemperāt, ſpiritalem hominem iudicant, nō autem iudicant de lege ęterna, ſecundum quam iudicant omnia, neꝫ de cognitionibus ſpiritualibus, quę lucent in firmamēto, quę & ſcripta ſūt in libro vitæ, de illis enim nemo poteſt iudicare. Sicuti de his temporalibus legibus, q̄ꝫ q̄ꝫ homines iudicent, cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ, atqꝫ firmatę non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas. Conditor tamen talium legum, ſi vir bonus eſt & ſapiens conſulet illam ipſam legem ęternam, vt quid ſit pro tempore iubendum, quid vitandum, diſcernat ſecūdū immutabiles regulas illius legis, de qua nulli animę iudicare datū eſt. Neꝫ item de carnalibus hominibus, qui adhuc foris ſunt iudicat ſpiritualis, quaſi diſcernens diſtinctionem ſpiritualium a carnalibus, qui in ſolitis dei ſapientia noti ſunt. Ignorans enim quis venturus ſit in dulcedinem diuinæ gr̄ę, & qs in ꝓpetua īpietatis amaritudine ſit remāſur⁹, ſolū iudicat & ap̄bat qđ̄ īopibus moribuſqꝫ fideliū rectū,

Spiritualis omnia iudicat, & ipſe a nemine iudicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Improbat autem quod perperam inuenerit. De his enim iu dicare nunc dicitur, in quibus & potestatem habet corrigẽ di. Hactenus Aug. doctrina, ex qua plane vides Pauli scri pturam nihil prorsus facere contra maiestatem legis huma næ. Ceterum Paulus cum dicit, iusto non est lex posita, intelligit, non quod iustus viuere possit, aut debeat sine le ge, sed quod non est posita, id est non est imposita ad coercen dum illum. Imposita vero impijs ad coercendum eos, sicuti in superioribus diximus, Iusto non est lex posita, id est, im posita vt dominatrix, quia iustus non est seruus legis, faciẽs opera legis perinde atq; seruus subiectus domino, præcepta domini inuitus seruans formidine pœnę, hanc sententiam insinuat, quæ sequitur clausula, sed iniustis & adulteris. Iu stus igitur dominus est legis, ea legitime vtens. Impius au tem seruus est legis ad opera legis coactus metu.

Iusto non est lex posita.

Lex humana infir mior lege Moysi.

Ad confirmationem allatam in argumento primo, qua dicitur. Minor atq; infirmior est lex humana, cũ lex diuina veteris testamẽti. Respõdeo priorẽ partẽ antecedẽtis verã esse pro tempore, quo lex diuina veteris testamenti suam ha bebat vim, seu efficaciam obligandi, tum enim lex humana infirmior erat, quippe quę tolli poterat per humanam auto ritatem per quam & condita erat. Lex autem diuina pro tẽ pore illo per humanam potestatem auferri non poterat, quæ tũ iusta ratione per Christi aduentum propterea desijt esse, quod opera illa lege præcepta erant vmbrę, & figurę Chri sti cũ futuri, & ecclesiæ ipsius. Nõ solum verba prophetarũ sed & facta & gesta, sacrificia ceremoniæq; atq; iudicia fue runt prophetica signa eorũ quæ tum futura erant in Christo rege, & in regno seu in ecclesia illius, atq; ita non est simile de præceptis illis veteri populo in signum datis, & de præce ptis humanis superiorũ potestatũ, quib⁹ etiã nũc ex diuina le ge hõ tenet obedire, quẽadmodũ lõge lateq; demõstrauim⁹. Et ex eodẽ fũdamẽto patet solutio ad cõfirmationẽ eiusdẽ ar gumẽti. 1. Nã lex vet⁹ dicit pedagog⁹ ad Christũ ducẽs, nõ propterea solum quod coerceat rudis populi petulantiam, sed & alia etiam ratione, quod videlicet Christum figuraret futurum, quia igitur Christo iam dato & reuelato, ea quę lex

Lex Moysi quarta tione dicitur pæda gogus.

hac in parte futura cecinit, sunt adimpleta, ideo & ipsa iam desijt esse, quemadmodum & Apostolus signanter ait ibi dem. Lex propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui repromiserat dicens, scilicet in semine tuo benedicentur omnes gentes, vnde quemadmodum populus ad veterem legem pertinens erat rudis, lasciuiens, & carna lis, sola temporalia diligens. & ideo pædagogo quodam co ercendus, donec veniret ad legitimum capiendæ hereditatis tempus, quo adueniente recessit pædagogus. Sic & in lege noua etiam populus quidam sacramento fidei coagulatus ec clesiæ est rudis, carnalis, petulans, temporalia diligens, id circo & nunc etiam illi populo tanq; pertinenti ad veterem legem est opus legibus quibusdam, ceu pædagogis, quibus illius refrenetur audacia, & id quidem, vel vt ad fidẽ perue niat, operãtẽ per dilectionẽ, vel vt tuta sit iter ipsos iustorũ vita. Insuper & sunt iusti plerique adhuc imperfecti, & ad vi tia proclines, quibus opus est directionibus quibusdam, ceu pædagogis, quibus foueantur, roborentur, & teneantur in fi de. Proinde & leges positiuæ propter transgressio nem etiam nunc euangelio Christi superadditæ constitutio nes sunt vtiles & necessariæ in ecclesia, quamuis illę sint omnino inutiles, non seruandæ, quarum opera sunt ad figu randum Christum & regnum eius futurum data, quemad modum scriptura prophetica enuncians Christum futurum iam est adimpleta, & ideo ipsa in se falsa iam non amplius li gat ad credendum illud esse futurum, quod futurum e nunciat, veluti quod dicitur. Egredietur virga de radice Ies se, ecce virgo concipiet, & cætera, Ita præceptum veteris le gis præcipiens opus aliquod tanquam signum & figuram Christi futuri iam est adimpletum, & ideo lex illa non am plius ligat ad opus illud faciendum, veluti præceptum de e su agni paschalis, de decimaquarta, & de sanguine super po stes aspergendo, & de azymis panibus. Exodi duodecimo. Erubescat igitur Iudæus infelix, & consideret se iam dudũ post Christum crucifixum non posse legem implere subuer sa Hierusalẽ & templo, vsq; ad cineres dissipato, altari quo q; omnino destructo, vniuersa Iudęorum republica euersa,

Præcepta Moysi cur desierunt esse, & non præcepta humana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; ī omnem terram dispersa sub tributo, quibus fit vt nūc compleri non possint multa quę in lege dicuntur, veluti sūt. Ter in anno apparebit omne masculinū in cōspectu domini dei tui, Exodi. 23. in loco illo quem elegerit dominus, cōferetis holocausta, hostias, victimas, Deuteronomij. 12.

Solutio argumenti secundi.

Ad secundum argumentum patet responsio ex supradictis, nam lex euangelij est vtiq; sufficiens ad salutem. sed hęc docet, vt vocem humanam audiamus iubentem, aut prohibentem. Atq; ita doctrina euangelij, cuius sufficienter nos doceat & demōstret omnia quę sunt ad salutē necessaria, nō tamen inde consequens est non oportere obedire rationabilibus superiorū mandatis. Nam & illis esse obediendum docet lex euangelica, precipiens & ecclesiam esse audiēdam, & honorandos esse parentes, & obediendum præpositis, & faciendum esse ea quæ dicunt sedentes in cathedra Moysi, cui succedit cathedra Petri decernens & filios parentibus non obedientes vna cū susurronibus, & detractoribus esse morte dignos, & eos, qui ecclesię noluerunt obedire, habendos sicut Ethnicos, & Publicanos, & eos, qui propositos seu pōtifices spernunt, Christum spernere, & eos qui resistunt protestati, damnationem sibi acquirere. Ex superioribus patet omnes ecclesiasticos patres in huiusce modi, similibusq; scripturis semper intellexisse prælatis & pontificibus esse obediendum & ecclesię pontifices tanq; parentes esse suscipiendos, de quo sic loquitur Ignatius ad ecclesiam, quę est ī Trallis. Episcopo subditi estote sicut domino, presbyteris sicut Iesu Christi discipulis, diaconos oportet oīmodo placere episcopo, non enim cibo & potu sunt ministri, sed ministri sunt ecclesię dei ministrantes episcopo sicut Christus patri. Quemadmodum sanctus Stephanus beatissimo Iacobo, Timotheus & Linus, Paulo, Anacletus & Clemēs Petro. At dices, nō tales sūt pōtifices huiꝰ tpis quales Petrus, Iacobus, & Paulus. Respōdet saluator, quę dicūt facite, secūdū opa eorū, nolite facere. Christus igit Matthęi vltimo cū iubet Apost. vt doceāt gētes, quęcūq; ipse mādauerat eis, satis etiā docet seruāda esse mādata parētū & superiorū, siqdē et his

his ipse pcepit obediēdū esse. Et ita Apostoli nō addiderūt pręceptis decalogi noua pręcepta, sic vt augeret nūerus pceptorū decalogi & fierēt .11. vł. 12. pręcepta. Nā pręceptū vnū est, q̄ iubemur honorare parētes & obedire prelatis, opa aūt ī gbꝰ esset obediēdū vltra ea q̄ diuina lex pręcepit religt prudētię ac discretiōi eorū q hīt iuigilare & curā gerere totiꝰ gregis, gbꝰ data ē potestas ordinādi & disponēdi ea q̄ sūt ad ædificationē totiꝰ ecclesię, quibus & dicitur. Attēdite vobis & vniuerso gregi, in quos posuit vos spiritus sāctus episcopos .i. speculatores, regere ecclesiā, quā acquisiuit sāguie suo. Apostoli ergo auctoritate diuina iā cōstituti ecclesię patres, ac pastores, potestatē habent pręcipiēdi, rationabilesq; leges suggerēte charitate statuēdi ad custodiā fidei eiusdē ecclesię cōtra turbātes Christianā rēpublicā, cōtra lupos & hostes q̄ti die īsurgētes, quēadmodū rex aut pfectus ciuitatis p cōditione tpm & qualitate pſonarū leges statuit ad custodiā regni aut ciuitatis. Vñ & ipse Paulꝰ explicat cōstitutiōes quasdā ad regimē ecclesiæ spectantes, quas non designauit euangelicus codex, videlicet mulierem docere non permitto, nudo capite vir oret in ecclesia, mulier autē velato, Oportet episcopū esse vnius vxoris virum. Et Timotheo præcipit, Constitue per ciuitates presbyteros. Item in eucharistiæ ritu iubet eos qui volunt eucharistiam manducare, debere inuicem expectare. cæteraq; id genus alia, adijciens sese & alia quædam de ritu huius sacramenti ordinaturum. Cætera inquit, cum venero disponam. Ecclesiæ institutiones inquit Bernardus, inuentæ sunt, non quia aliter viuere non licet, sed quia ita magis expedit ad lucrum & custodiā charitatis, & q̄diu charitati militant, immobiliter sunt fixa & mutari nec ab ipsis quidē prępositis sine offensa possūt, si vero talia emergat casus, in quo pro causis, locis, & personis contingat huiusce modi pręceptorum obseruantiam, charitati non solū non posse prodesse, sed & obesse, obligatio legis intelligitur esse ad tempus suspensa, nam iniquum proculdubio foret, si statuta pro sola charitate contra charitatem tenerentur.

In dubijs vero an charitati prosint dispensatio concedatur per hoies canonica electione succedtēes patribꝰ, q legē,

aut præceptum constituerunt. Ad secundum argumẽ tum respondet Augustinus tractatu. 98. super Ioannem do cens aliud esse euangelizare pluſq; accepistis, aliud euangeli zare p̃terq̃ quod accepistis. Nã euãgelizare præterq̃ quod ac cepistis est prętergredi fidei regulã, & recedere de via euange lij semel per Apostolos prædicata, non ait Apostol⁹ pluſq; ac cepistis, sed p̃ter id quod accepistis, nã si id diceret, ipse sibi p̃ iudicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonienses, vt supple ret ea, quæ eorũ fidei defuerunt. Neq; enim Galatæ, ad quos loquebatur Apostolus forsitan omnia fidei mysteria accepe rant distinctim, & explicite. Euãgelizare autẽ præterq; qd Apostoli euangelizauerunt est prædicare alienum seu cõtra rium doctrinæ semel ab Apostolis prædicatæ, & hanc esse Apostoli sententiam, patet ex antedẽtibus sententijs contra Galatas, qui iam in aliud transierant euangelium, existimã tes circumcisionem, & alia veteris legis sacramenta esse bo na & ad salutem vtilia. Prædicare autem obediendum esse mandatis & constitutionibus prelatorum non est predicare alienũ, aut contrariũ euangelio, sed cõformiter Paulo, qui docet oportere nos esse subiectos præpositis, & potestatibus sublimioribus. Ad confirmationem in secundo argu mento ex verbo domini in capite. 12. Deute. dicentis, quod ego præcipio tibi, hoc tãtum facito, nec addas quicq̃, nec mi nuas. Respondeo illius scripturæ sententiam pa tere ex sententijs cohęrentibus, id est antecedentibus, & cõ sequentibus, ex quibus liquidum esse potest, scripturam ibi dem loqui de iudicijs & ceremonijs datis filijs Israhel in ho stijs & oblationibus & ritibus colendi dominum, quæ data erant populo, vt vmbræ, tunc futurorum, & ad cauendum tã idololatriam, q̃ & ritus ac sacrificia gentilium offerentiũ fi lios suos dæmonijs, comburentes illos igni, vnde pręmisit. Quando perdiderit dominus deus tuus ante faciẽ tuam gẽ tes, ad quas ingredieris possidendas, caue ne requiras cere monias earum dicẽs, sicut coluerunt gentes istę deos suos, ita & ego colam. Non faciens similiter domino deo tuo sup montes excelsos, subter omne lignum frondosum, sed ad lo cum, quem elegerit dominus deus tuus venies, & offeres in loco

Quod ego præci pio tibi hoc tantũ facito.

loco illo holocausta, victimas, decimas, & primitias, & ad tẽ plum & ad altare in Hierusalem. Voluit ergo dñs ãputa re occasionẽ sacrificãdi idolis, & significare extra Hieruſa lem, id est, extra ecclesiam dei non esse ius veri sacrificij, ne q̃ altare, neq; sacerdotium, omnes abhominationes, quas auersatur dominus fecerunt diis suis offerentes filios, & filias, & igni comburentes, quod præcipio tibi, hoc tan tum facito domino, nec addas quicq̃, nec minuas. Vbi cũ di cit. Hoc tantum facito domino, manifeste insinuat se loqui de hostijs, ceremonijs domino sacrificandis, & hæc non ali ter facienda esse, quam dñs ipse præceperit, neq; præceptis domini quicq̃ esse adijciendum, aut ab eis diminuendum, sed non inde cõsequens erat, quin filij israhel debebant etiã temporibus illis obedire parentibus, & prælatis in cæteris operibus, quæ erant, vel obsequia ipsis parentibus exigen tibus debita, vel alia opera quæuis ad lucrum, & custodiam aut charitatis, aut religionis, aut communis status reipubli cæ pro loco & tempore impẽdenda. Neq; rursus consequẽs est, quin filij Israel etiã vouere poterant ea, quę erant supero gationis & se facere obligatos ad aliqd, ad quod alias diui no prącepto nõ erãt obligati. Nam & in eodem cap. dicitur. Omnia quę sponte offerre volueris sanctificaueris q̃ & voue ris tolles, & venies ad locum quem elegerit dominus, & of feres super altare domini dei tui, vnde præfectus curæ & re gimni aliorum pro loco & tempore statuens, aut iubens aliquid, facit quidẽ suboriri obligationem nouam in altero ad faciendum opus ad quod prius non erat aliquo præcepto rum decalogi obligatus, nequaq̃ tamen nouum prąceptum addit præceptis decalogi, aut euãgelij. Si quis autem esum carnium, possessionum proprietates, nuptias, cæteraue ope ra, quæ in euangelijs leguntur Christianis concessa, diceret esse prohibita a deo, is legi euangelicæ, præceptisq; decalo gi adijceret leges nouas, transiretq; in aliud euãgelium, euã gelizãs aliter q̃ Christus docuit euangelizãdum esse. Qui autem euangelizat Christianos oportere obedire parentib⁹, & præpositis, & interdum propter votũ aut superioris prę ceptum oportere etiam abstinere ab his, quę alioquin iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuino in se sunt licita, is nō aliud euangeliū docet, neq; aliter, sed quēadmodū Christus & Apostoli docuerūt, euāgelizat. Christ⁹ enī & Apostoli docuerūt oportere obedire parētibus & prælatis, & oportere nos nō facere irritū, qđ ꝓmisimus dño deo nostro. Quod vltra in argumento assumiē, neq; Petrū, neq; Paulū vllas condidisse leges positiuas aut decreta, patet ex supra dictis esse falsissimū, & ex patribus, q fuerūt viciniſſimi Apostolorū tpibus, & ex ipsis Apostolorū canonibus, quorū liber, tāetsi a Gelasio iter apocrypha deputet, ꝓpterea forsitā, ꝙ vel ille liber sic intitulat⁹ ꝓter Apostolorū canones cōtineat alia quędā suspecta, vel ꝙ canones illi nō fuerint sic per Apostolos distincte in vnū collecti, tñ plurima in illis fuisse recepta in vsum sub Apostolorū tpib⁹ & maxima ex parte, aut explicite, aut tacite, vel in scripturis canonicis designata, vel ab ītio ecclesiæ semp obseruata manifestū esse poterit, considerātibus ea, quę illic cōstituunt, velut quod nō possit esse neq; episcopus, neq; presbyter, neq; ex numero eorū, q sacro ministerio deseruiunt, si qs post susceptū baptisma secundis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinam acceperit aut meretricē, aut ancillā, aut si homicida fuerit, aut sui ipsius castrator, vel alterius sui membri amputator, secus si ꝓ insidias, aut ꝓ hoīm pſecutiones sit fact⁹ eunuchus, vel si talis sit natus, sic enī si dignus est, episcopus efficitur, ītē ꝙ episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur. Presbyter vero & diaconus ab vno episcopo. & ꝙ sacerdos in sacrificio altaris, pro pane & vino aliud offerēs, deponat, & ꝙ oblatiōes, quæ a populo fiunt in domū episcopi dirigant, q cęteris episcopis & diaconis diuidat, & quod episcopus & presbyrer non assumat sæculares curas, neq; repudiet propriā vxorem, quod si repudiauerit, excommuniceē, si in excommunicatione perseuerauerit, deponatur. neq; sanctū pascha ante vernale equinoctiū celebret, neq; cū excōmunicato simul oret, neq; alienā parochiam peruadat, neq; propriam relinquat, neq; fideiussionibus aut vsuris, aut aleis deseruiat, neq; in officio sacerdotali perseueret, sed destituat, si fuerit deprehensus, aut periurus, aut fornicarius, aut fur, aut percussor, aut obtinens dignitatem per pecuniā, vel per intrusi-

Canones Apostolorum.

trusionem a sæculari potestate, aut contemptor episcopi sui, aut erector alterius altaris, populum segregans, aut extra terminos suæ parochiæ ac diocesis ministrās ordines, & quod omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & quod presbyteri diaconi nihil agere tentent præter consensum episcopi, qui & res ecclesiæ in sua omnino habeat potestate, quas & dispenset, non parentibus, sed pauperibus. Quod si pauperes sint parentes, ipsis tanquam pauperibus dispenset, quod si res habeat proprias, de propriis illis relinquat moriēs, quibus voluerit, vt vxori, filijs, propinquis, aut seruis, sed caueat ne huius prætextu aut occasione res ecclesię aut depredentē aut proscribantē. Hactenus ex Apostolorum canonib⁹ assumpta dogmata. Huiusce modi autem sit esse ab initio custodita, manifestum erit legentibus epistolas eorum, qui primi post Christum fuerunt fidei defensores, etiam Apostolis quibusdam adhuc viuentibus, quales fuerunt primi ratione ecclesiæ pontifices Clemens, Anacletus, Euarist⁹, Alexander, Victor Seuerin⁹, & reliq q passim cōmemorāt ea quæ citāt Apostolorum statuta. Verū quidē ē Eusebium, Hieronymum, cæteroſq; patres disputationem Petri, quę dicit Clemētis, itē & epistolas quasdā attributas Clementi inter apocrypha supputant propterea, quod eorū scripta non sunt, quorum nominibus inscribuntur. Nec vllus, inquit Esebius, scriptorum veterum vtī eorum testimonijs inuenitur. Sed nihilominus ex eisdem apocryphis licet conijcere quod talis fuerit antiquus ecclesiæ status, qualem & illam tradidit fuisse veneranda patrum antiquitas.

Et ita dicendum est de Apostolorum canonibus, de quibus & Isidorus scribit, dicens, Canones qui dicuntur Apostolorum, quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti patres illis assensum prębuerūt, ꝓpterea quod ab hereticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamuis in eis vtilia inueniantur, tamen ab authoritate canonica sunt remota, atq; inter apocrypha deputata. Hactenus ille recitās etiam eosdē apostolorū canones, Vtilia in eis, inquit, reperiuntur, qualia sunt quæ iam sub compendio recensemus. Vnde & vtilia in illis reperta posimodum

Cēsura Eusebij de canonibus Apostolorum.

fuerint a patribus quibusdam separata, & inter canonicas cõstitutiones sepositа, de quibus vide Gratianum distinctione 16. Ad id igitur quod in argumento assumitur, neq; Adam suis filijs & posteris vllas dedisse leges, neq; Petrum cæteroſue Apostolos vllos condidisse canones, aut decreta,

Respondeo, Adã & si forsitã nõ dederit vllas leges scriptas, vtiq; tñ rõe iuris paterni, p loco et tpe nõnulla præcepit fieri a filijs suis. Filij enim ei⁹, vt Chaim, Abel, Seth, & filiq; cum essent spoliati originali iusticia, in peccatis concepti, & nati spiritualiter ceci ac languidi, ad malum proni indiguerunt instructione & directione, in his, quæ ad vnius dei fidem, ac cultum pertinebãt, in quibus & vniuersalem humani generis damnationem intelligerent. Atq; ita ipse Adam erudiuit filios suos, & filias, vt agnoscerent se eiectos esse e paradiso, & deum intelligerent ac timerent, illiq; sacrificia offerrent, & parentibus obedirent in his quæ ipsis mãdarẽt. Iam dixerat deus Euę, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Præterea in ciuitate Enoch, quam ante diluuium ædificauit Enoch filius Cain hominibus iam in terra multiplicatis respublica gubernabatur non sine directione superioris potestatis, cui cæteri quiq; illius reipublicæ obedirent in his quæ ad pacem & tranquillitatem illius familiæ pertinebant. Vnde & Genesis quarto, Iahel legitur fuisse pater pastorum & hominũ habitantium in tentorijs, frater aũt eius Iubal pater canentiũ in Cithara & organo. Tubalcain quoq; legit̃ fuisse malleator, & faber in cũcta opera æris & ferri. Cæterum ecclesię primitiuæ in ipsis initijs fidei Christianæ nondum in vnum locum, ciuitatem, aut regionem congregatæ, neq; vtiles, neque necessarię erant tot leges, & canones nondum templis & monasterijs constructis, nondũ dioecesibus distinctis, nondum alijs præter septẽ diaconos ordinatis. Vt ergo crescerent plebs Christiana & multiplicaret̃, oĩbus de clero iter initia, inqt Amb. cõcessũ est, & euangelizare, & scripturas explanare. At vbi omnibus locis constitutæ sunt ecclesiæ rectores, & cætera officia in ecclesijs sunt authoritate superiorum ordinata, vt nullus de clero, qui ordinatus non esset auderet præsumere

mere, quod sciret non sibi creditum, & concessum.

Ad tertium argumentum quo dicitur, reatus æterni supplicij est supra naturam humanæ potestatis, non de foro mortalis hominis & cæt. Respondeo consequentiã esse inualidam. Prelati nõ inuoluunt hominem in huiusmodi reatum, neq; inferũt gehennæ supplicium, neq; ad huiusmodi ligant hominem alias liberum, sed ipsi homines rebelles superioribus, sibi sunt autores huiusce modi reatus & supplicij, contẽnentes Christum ipsum in prælatis loquentem, quemadmodũ ait ad ecclesiarum pontifices, Qui vos spernit me spernit. de hoc latius infra in solutiõe argumenti decimi.

Ad quartum argumentum respondeo, quod constituere leges ad defensionem Christianæ fidei, ad lucrum & custodiam Christianæ charitatis, non est viam dei, qua itur ad regnum cœlorum, facere magis arduam, magisq; difficilem, sed est potius curam gerere ecclesiæ, & magis hominum animas facere præparatas, vt expeditius & securius viuãt, laqueos & insidias caueant. Ex vinculo autem legis humanæ superuenientis, non facile implicatur animus veri Christiani reatu æterni supplicij, nisi incipiat contemnere præceptum. Ad verbum saluatoris, dicimus saluatorem illic arguere scribas & pharisęos in duobus. Primũ, quod humanarum traditionum onere nimis premerent populum dei. Secũdo, quod ipse huiusmodi leges non seruarent. his tñ nõ obstãtib⁹ ppter sacerdotij & nominis dignitatẽ, iubet populis vt subijciantur illis. Omnia quæcumq;, inquit, dixerint vobis, seruate & facite, aperte docens tam doctrinam, q̃ cathedram, & præceptionem eorum non esse negligendam ꝓpter malitiam sedentium in illa, sed semper honorandam.

Sed dices, Scribę si grauia onera & iportabilia imposuerĩt in humeros hominum, qua igitur ratione saluator iussit, vt omnia quæcumq; dixerint eis, facerent, cum lex grauis & importabilis sit iniqua, non obligans subiectum populum, cum præterea traditiones plurimæ, quas ipsi docebant contrariæ fuerunt mandatis domini. Nam vt ex sequentibus in eodẽ capitulo patet. Proselytum, id est, olim aduenam & incircumcisum, iam congregationi incorporatum, faciebant

esse filium gehennæ duplo plus, q̄ ipsi essent. Rursus docebāt. Qui iurat per templum nihil est, qui autem iurat in auro templi, debitor est. Rursus, si populꝰ Iudaicus debuerit facere quęcumq; scribę & pharisæi docebant, iubentes aut docentes, qua ratione in eodem capitulo dicebat saluator ad illos, Væ vobis scribę et pharisæi duces ceci, q̄ dicitis. Quicumq; iurauerit per templum nihil est, &c. aperte insinuans eos male docere. Respondeo, proselytus fiebat filius gehennæ, non a pharisęis verba legis audiendo, sed eorū facta sectando, sic respondet Augustinus lib. 16. contra Faustum cap. 24. Cum ergo dicit saluator, super cathedram Moysi sederunt scribę & pharisæi, omnia quæcumq; dixerint vobis, seruate & facite, non intelliguntur inclusa, nisi ea quæ secundum cathedram sunt dicta, & sic dicentes non suam, sed ea quæ Iesu Christi sunt dicunt. Sua vero si docere velint, non quæ Iesu Christi sunt, nolite seruare. Doctrinæ igitur, vel constitutiones, quæ sunt vel contrariæ, vel prorsus inutiles cathedræ Moysi, quales erant scribarum & pharisęorū constitutiones de offerendis rebus in templo potius, q̄ ex illis subuenire parentum necessitatibus, & de lotione manuum ante cibum, de quibus Matthęi. 15. non intelliguntur inclusa in eo quod dicitur, omnia ergo quæcumq; dixerint vobis, seruate & facite. Vnde reperimus quosdam salua charitate docere aliquid inutile, sicut Petrus cogebat gē tes Iudaizare, sicut Cyprianus putauit baptizatis ab hæreticis oportere denuo baptizari. Quosdam & rursus inuenimus sine charitate docere aliquid salutare, de qualibus dicit dñs. Super cathedrā Moysi sederūt scribę, oīa quæcūq; dicunt vobis facite: Oīa inq̄, quæ cathedræ sunt. Sunt autem cathedræ ea, quæ dei sunt, sunt autem dei quę sunt diuinæ legis, aut ad lucrum & ædificationem ecclesię Christianæ.

Intellectus uerbi Christi dicentis, Quæcūq; dixerint uobis seruate et facite.

Sententia vero quę subdit. Alligant autē onera & c. alia est, & separata, & generaliter dicta aduersus omnes, prælatos, qui grauia iubent, constitutiunculas augēt & multiplicant, non pro custodia aut lucro religionis diuinę, sed vl pro libidine dominandi, vel pro augmento vtilitatis propriæ, quæ sua sunt quęrētes, non q̄ Iesu Christi sunt. Pōtifices,

ces, si qui tales fuerunt, tamen & cathedræ honor deferendus, & ea quæ iuxta cathedram dicunt facere debemus.

Ad quintum argumentum, vt habeatur intellectus seu sensus vtriusq; propositionis antecedentis, primum ad priorem respondens, Fateor vtiq; leges humanas habere vim obligandi secundum rationabilem intentionem præcipientium maiora vel minora, inquit Bernardus, præcepta dixerimus, secundum quod magis vel minus constiterit ipsum velle, qui præcepit, sed horum præcipientium non est intentio rationabilis si non eatenus magis vl minus velint ea, quę præcipiunt habere vim obligandi, qua tenus eorundem præceptorum est maior vel minor dignitas, aut maior vel minor præcipiendi necessitas vel vtilitas. Atq; ita sola præcipientis intentio non facit præceptum habere maiorem vel minorem obligandi efficaciam, sed & necessitas, dignitas, vel vtilitas eorum, quæ præcipiuntur, sicuti in superiore libro lōge lateq; demōstrauimꝰ. Pro intellectu secundę propositionis assumptæ dico, quod intentio statuentis, seu legem dantis, neq; est ad transgressionē neq; ad culpam, neq; ad pœnam eius cui lex datur, præcipiēdo enim intendere transgressionem, culpam, & pœnam in eo cui lex præscribit, nō est boni præsidis, sed tyrannidis, et crudelitatis, sed intēdit legislator bonum salutis eiꝰ, cui lex datur, bonūq; reipublicę statū, volens etiā eos transgressores legis reos fieri. Atq; ita patet falsam esse secundā ꝓpositionē antecedentis, qua dicitur intentionem prælati non esse rationabilem, si velit fragiles homines, vbi fuerit transgressores legis fieri culpabiles, & supplicij reos. Hoc enim falsū esse hinc patet, quod transgressorem iustæ legis fieri dignū pœna æquum & iustum est, non tam ex intentione superioris iubentis, q̄ ex voluntate Christi saluatoris loquentis in euangelio, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Qui vos spernit me spernit. Et ita voluntas hominis dantis præceptum, necessario habet annexam virtualem intentionem, qua vult homines si fuerint transgressores suæ legis iuste fieri pœna dignos. Voluntas autē hæc est recta, quia & diuinæ voluntatis est conformis.

Quō lex humana ligat secundū intētionē legislatoris.

Veruntamen ratio statuendi legem est, non vt homines sint transgressores, non vt efficiãtur rei & peccatores, sed vt per obseruantiam & custodiam legis datæ, efficiantur boni, & dirigantur in pace & tranquillitate.

Ad probationem, quæ adijcitur, posset prælatus in transgressoribus suæ legis impedire culpam, si intenderet transgressores vel inobedientes solum obligari ad temporalem pœnam, vel taxando eam statuta lege, vel seruando eam sibi. Respondeo primum, quod in se implicat falsitatẽ, dicere transgressorem legis nec esse, nec fuisse reum culpæ, & tamen ipsum pro transgressione & inobedientia coram dei iudicio esse dignum aliqua pœna, seu tẽporali afflictione, quam vel hic, vel in futuro deberet exoluere. Eo ipso enĩ, quo superior dat legem, volens transgressorem obligare ad pœnam pro inobedientia legis a deo inferendam, vult transgressorem in transgrediendo contrahere culpam. Potest quidem superior dare constitutionem quandam seu ordinationem, volens transgressorem illius esse obligatum, non ad vllam culpam, sed ad solam temporalem afflictionem in hac vita patienter, si inferatur, subeundam, sed talis constitutio, vel ordinatio, non habet vim legis, aut præcepti obligantis. Quod si feratur lex præcipiens sub disiunctione, vel opus ali quod facere, vel pœnam hic subire, talem legẽ trãsgrediens, neutrum faciẽdo, culpam habet, & ita nihil contra id, quod dicimus. Præterea qualiscumq; fuerit intentio præcipientis, semper est crimen, quoties fuerit in transgressione pertinacia, seu contumacia voluntatis contra legem superioris. Deinde in secũdo libro iã demõstrauimus q; ad hoc vt culpa trãsgredientis humanã legem aut præceptum, sit aut venialis, aut mortalis, non pendeat solum ex intentione prælati intendentis nunc venialiter, nũc criminaliter obligare trãsgressorem, sed longe magis ex qualitate & dignitate præceptorum, ex autoritate præcipientium, ex ratione & fine legum, ex causa, affectione, seu intentione quam habent ipsi transgressores. Ecclesiarum enim prælati, neq; ex seipsis, neq; suo sensu ducti, neq; pro suæ voluntatis arbitrio possunt suis præceptis aut legibus dare vim obligandi transgressores,

res nunc ad venialem, nunc ad criminalem culpam, sed in legibus, & præceptis dandis debent esse in timore dei, non quasi dominãtes gregi, sed vt serui & ministri gregis Christi sub deo constituti, præ oculis habentes aut necessitatẽ, aut lucrum, aut custodiam religionis fidei, charitatis, vel pacis reipublicę, quam susceperunt gubernandam. Vnde & Christiani principes, ac præsides, dum recte, inquit Aug. 19. de ciuitate dei, imperant, etiam seruiũt eis, quibus imperare videntur. Imperant enim vt consulant saluti & vtilitati eorum, q bus imperant, obediũt autem quibus consulitur. Et idcirco imperando, non quę sua sunt, debent quęrere, non superba animositate præcipere, sed in præcipiendo ita suas moderari intẽtiones, vt exigãt cupiantq; magis obseruari, quod recti⁹ esse & maioris necessitatis, põderis, & vtilitatis æstimãdũ ẽ, vt nec ad friuola, leuiora, minusue necessaria velint arcti⁹ hoies obligari, q̃ ad digniora magisq; necessaria, seu vtilia populo. Quibus fit vt reipublicę, seu ecclesiarũ præsides sua potestate valde abutantur, qui quicquid ordinant, quicquid constituunt, aut præcipiunt, volunt haberi pro diuina lege, paris quoq; esse roboris, sub reatu pœnæ damnationis æternę. *Præsides, reges, & principes seruiunt his quibus imperãt.*

Præterea vniuscuiusq; superioris potestas suum immediatum habet finem, suumq; scopum, in quem dirigat sibi subiectos, suas insuper habet vias, suosq; limites, quibus in huiusce modi finem subditi dirigãtur & vnaquæq; potestas ĩ suo ordine. Abbas sup monachos regẽdos cõstitutus est, vt dirigat eos secundum ea, quæ sunt in professione promissa ad salutis æternæ finẽ, habetq; præfixam sibi professionis regulam, secũdum quam sua debet moderari imperia. Idcirco subditi debent quidem obedientiam, non tamen oĩmodam, sed determinate secundũ mẽsuram tributæ potestatis. Proinde si mihi professo, inquit Bernardus, secundum regulam Benedicti, abbas meus mihi forte aliud imponere aut præcipere tentauerit, quod non sit secundum istam regulam, aut non secundũ ista instituta, sed secundũ instituta Basilij aut Augustini vel Paconij, non est mihi in hac re necessitas obsequendi. Vnde etiam his quę non sunt voto promissa, & quæ alias non accedẽte superioris mandato sũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

De obedientia episcopis & abbatibus debita.

indifferentia, debent quidem subditi obedientiam abbati, non tamen omnimodam, sed determinate secundum regulam, nec aliam q̄m sancti Benedicti. Sic quippe habet professio. Promitto non quidem regulam, sed obedientiam, secundū regulam scilicet Benedicti. Ita & pontifices super greges sibi commissos, habent scopum in quem dirigant illos, videlicet fidem, religionem Christianam, in quam dediti sūt iam olim Christo regenerati. Habent & præfixos sibi canonicas scripturas, sacrosanctos canones, patrumq; traditiones, secundum quas ita debent sua moderari præcepta, vt non arctiora imponant, nec alia nisi quæ iudicauerit necessaria, aut prorsus vtilia ad lucrum & custodiam gregis in religione Christiana. Sic & reges ac principes temporalem intendere debent in pacem ac tranquillitatem politicam rei publicæ, cui præficiuntur, habentes potestatem imperandi, statuendi ea, quæ recte iudicauerint ad hunc finem esse aut necessaria, aut magis expedientia, pro quibus & leges habent sibi præfixas, sub quibus populus ipse viuere debeat, vtpote constitutiones prædecessorū vsu roboratas, et consuetudines, & municipalia iura in dotibus filiarum desponsandarum, in contractibus nuptialibus, in hæreditatum successionibus, in supportandis reipublicę oneribus, in soluendis tributis & vectigalibus, tantaq; est harum legum, constitutionum, consuetudinum, iuriumq; municipalium vis, & efficacia, vt subditus quisq; contrauenies illis, & clam seu occulte, vel palam sibi vsurpans quicquam de temporalibus rebus contra huiuscemodi leges seu consuetudines sit alienæ rei inuasor, fur, raptor, iniustus bonorum possessor, qui neq; ab iniusticia poterit liberari, neq; veram agere pœnitentiam, nisi vel restituendo, vel statum vitæ suæ mutando, obediat legi & consuetudini, & quod in vno regno, vel in vna republica, secundum illius legem aut consuetudinē, est iustum, licitum, & ratum, hoc plærumq; in alio regno, & in alia republica propter aliam legem & consuetudinem est illicitum, iniquum, & irritum.

Ex sola lege positiua & cōsuetudine, oritur iniquitas & iniusticia.

Ad sextum argumentum quod assumit, ad officia superiorum potestatum moderantium rempublicam, solummodo per

do pertinere, erudire populum rebellem, & coercere atque punire transgressores naturalis aut diuinæ legis.

Respondeo propositionem illam assumptam, esse falsam. Nam moderatores reipublicæ, & ecclesiarum pastores, curam gerere debent, non solummodo vt corrigantur animosi, rebelles & contumaces, verum etiam vt boni foueantur in pace & tranquillitate. Boni pastoris officium est, nō solum euellere, destruere, disperdere, sed & ædificare atque plantare, pingue & forte custodire, Hieremię primo, & Ezechielis trigesimoquarto. Atq; ita patet propositionem antecedentem in argumento falsam esse. Nam ecclesiarum prælati, q̄quam præcipuam debeāt curam gerere, quatenus cū expedit, corripiant & corrigant transgressores naturalis aut diuinæ legis, vt & cæteri timorem habeant, nihilominus tamē eorum etiam officium est pro tempore opportuno cibum dare, & inuigilare super iustos, vt iusti maneant, & ne lupus insidians oues perdat ac deuoret.

Ad probationem qua dicitur, superior potestas non habere potestatem super iustos, dicimus id falsum esse. Sententia autem Apostoli dicentis, Iusto non est lex posita, sed aduersis, impijs. Dicimus veram quidem esse interpretationem qua dicitur, lex pœnam inferens transgressori, nō esse positam propter iustos, quippe, qui sua sponte manent iusti, sed propter transgressores, dicente Paulo, Lex propter trāsgressores est posita, hoc est, vel vt nō efficiātur transgressores, vel vt emēdentur, & cęteri timorē habeāt. Verū propius accedentes ad mentem Apostoli secundum sententiam sanctorum interpretum dicimus, sicuti & in solutione argumenti primi iam diximus, sententiam esse, Iusto non est lex posita, id est, imposita vt dominatrix iusti, qui sit sub legislatore, coactus iugo legis, sed tamen iusto vtiq; est lex posita, vt sit tanqnam filius sub autore legis, legitime vtens illa, confugiens ad gratiam adiuuantem, cum senserit concupiscentiam repugnantem legi mentis suæ. Patet igitur impios esse & hæreticos, qui dicunt sententiam esse Apostoli, Iusto non esse legem impositam, id est, iusto non esse legem necessariam, vt eam seruet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et cum in argumento subiicitur, verbum Christi dicentis. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, accipiendum esse secundum materiam subiectam, vt intelligatur in his quæ sunt diuini iuris, & sensus sit. Si ecclesiæ corripienti & præcipienti, vt peccare desistat, ipse peccator noluerit obedire, habendus est tanq; Ethnicus.

Respondeo illam sententiam esse veram, & catholicam, sed non præcisam, & adæquatã intentioni saluatoris, id enim crebro in scripturis sacris, quemadmodum & in alijs doctrinis, accidit, vt specialis aliqua veritas generali quadam sententia comprobetur, quemadmodum docet Augustinus libro quarto contra Iulianum, tractans verbum Apostoli. Oẽ quod non est ex fide, peccatum est, oportet ergo nos obedire ecclesiæ non solum corripienti, vt peccare desistamus, sed & iuste præcipienti, vt tale, vel tale quid agamus, quod videtur ad salutem, ad lucrum & custodiam religionis, seu communis charitatis Christianæ necessarium. Pastoribus negligentibus non solum dicitur quod infirmum, & confractum fuit non solidasti, non reduxisti, sed additur quod pingue & forte fuit, nõ custodiuisti. Sic euocatus a superiore iudice, vel pro deponenda veritate quã nouit, vel pro purgãda infamia, tenetur obedire, alioqui excommunicationis vinculo ligatur, si contumax fuerit.

Ad confirmationem, quã dicitur. Transgressio legis humanæ si sit peccatum, consequens erit ex multitudine humanarum legum abundare delicta, id est plura & grauiora peccata in republica contingere. Respondeo id ne quaq; consequens esse. Nam legibus humanis hominum coercetur audacia, tutiorq; sit inter improbos bonorum hominum vita, in ipsis denicq; improbis formidato legis supplicio refrenatur nocendi cupiditas, sicuti docet Paulus ad Romanos decimo tertio. Vnde legum conditores reicq; publicæ moderatores habentes considerationem ad æquitatem naturalem eternę legis, attendentes quid populo expediat, prescribunt tempora, personas, opera, & modos, quibus respublica, quam susceperunt gubernandam, in pace conseruetur, & securius viuat secundum leges æternas, & incommutabiles

biles. De his latius in solutione argumenti octaui.

Ad septimum argumentum respondeo quod in mandatis decalogi præcipitur vt habeamus in honore parentes, & ita obediendum est eorum præceptis & statutis iustis. Nam ipsum, quem vicarium dei in terra habemus in his, quæ ad deum sunt, tanq; deum audire debemus. Et ita cogitantes ea facere quæ deus præcepit, etiam cogitamus facere quę parentes tam spirituales, q; carnales recte præcipiunt. Saluatoris autem sententia, Sine causa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum, patet ex sententijs ibidem a saluatore præmissis. Nam Iudæos calumniantes quod discipuli illotis manibus manducarent, arguit Christus, Vt qd & vos, inquit, transgredimini mãdatum dei, vt traditiones vestras statuatis, ipsum dei mãdatum commemorat cum sequutus adiecit. Deus enim dixit. Honora patrem tuum, & matrem, vos autem dicitis, quicũq; dixerit patri aut matri, munus quodcumq; ex me tibi proderit, & irritum fececistis mandatum dei propter traditionem vestram. Loquitur ergo saluator contra constitutiones hominum, legibus diuinis obuiantes, quale erat illud. Satius est mun⁹ in templo offerre q; necessitati parentum subuenire. Constitutiones autem Apostolorum & sanctorum patrum non solum non sunt cõtrariæ diuinis legibus, sed & magnum afferunt ad euangelica præcepta facilius exequenda adminiculum. Pro intellectu verbi saluatoris dicentis. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & ad cognoscendum qualiter obseruatio mandatorum sufficiens sit ad salutem. Primum sciendum ẽ secundũ doctrinã Pauli apostoli, quam & explicauit Aug. in lib. de spiritu & litera, quod obseruatio mandatorũ non secundum literam, sed secundum spiritum viuificantem sufficiens est ad salutem. Nam litera occidit, spiritus autẽ viuificat. Et hanc obseruationem mandatorum secundum spiritum viuificantem ignorabat adolescens ibidem, qui cũ ignorans dei iusticiam & suam volens constituere, diceret se omnia mandata obseruasse a iuuentute sua, responsum habuit a Christo, Adhuc vnum deest. Si sola præcepta in decalogo expressa & carnaliter intellecta sufficerẽt ad salutem

Quõ intelligatur si vis ad vitã ingredi serua mandata.

non esset necessarium credere in Iesum saluatorem mundi incarnatū & passū, nō esset opus regeneratiōis lauachro, de quibus nulla expressa fit commemoratio in pręceptis decalogi. In præceptis decalogi multa sunt implicita & abstrusa, quę & ipse saluator latius declarauit in suis euangelijs, vt quod non solū opera forinsecus facta, veluti furtū, homicidium, adulterium, & desideria, quibus concupiscitur vxor aliena, aut res aliena, sed etiam alia multa, vt gula, crapula, auaritia, quibus qs abutit rebus suis, & non cupit aliena, immundicię item multę in speciebus luxurię, quas turpe ē nominare, in mandatis domini intelliguntur prohibita, quæ tamen non videntur expresse prohibita vllo pręcepto decalogi, de quibus & Apostolus dicit. Qui talia agūt, regnum dei non possidebunt. Deinde benefacere proximo, esurientibus panem dare, corripere peccantes, cæteraq; misericordię opera crassioribus & carnalibus hominibus non videbuntur mandari vllo decalogi pręcepto, nisi sensus & intelligētia eiusdem decalogi ex euangelica & apostolica doctrina redderetur clarior & illustrior. Vnde Iudæos legem decalogi carnaliter & crasse intelligentes arguit saluator loquens ad discipulos Matthęi vltimo. Nisi abundauerit iustitia vestra plusq; scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regum cœlorum. Sic & ipsos carnaliter intelligentes præceptum sanctificādi sabbarum, calūniantes discipulos Christi, quod ipsi sabbatum violarent, dum transirent segetes, & esurientes vellerent spicas, & ederent, arguit Christus. Nō legistis, inquit, quid fecerit Dauid cū esuiret, cum intraret in domum dei, & cōmedit panes propositiōis, quos non licebat edere, nisi solis sacerdotibus, aut nō legistis, quomodo sacerdotes in templo sabbatū violāt & sine crimine sunt. Dico autem vobis, quia templo maior est hic, si sciretis quid esset, misericordiam volo, & non sacrificium, nūq; condemnassetis innocentes. Innocentes, inq;, id est esuriētes discipulos, quorū magis debuistis misereri, qui hoc coacti famis necessitate fecerunt. Itē & alibi arguens eosdē Iudęos, decimatis mentā & anethū & cyminū, & relinquitis grauiora legis, misericordiam & iudiciū, liquantes culicem, camelum autem

tem glutientes. Verum ne hæc minora præcepta arbitrarentur esse seruanda, adiecit. Hęc oportuit facere & illa non omittere. Deinde omnia ad salutem necessaria, continentur quidem in euangelijs, sed multa reperiunt illis generaliter dicta, quæ propter ignorantiam hominum explicatione indigent latiore, quę & apostoli, vt Petrus, Paulus, Ioannes, & Iacobus diuinit⁹ inspirati, qui & facta eius intellexerūt, quibus & post resurrectionem sensum aperuit, vt intelligerent scripturas, latius studuerunt explicare. Vnde neq; saluator in aliquo quatuor euangelistarum expresse docuisse legitur circuncisionem carnis, cęteraq; veteris legis sacramenta per mortem Christi esse abrogata, quæ tamen lex vetus docet esse pacta, & fœdera sempiterna. Quę sane præcepta propterea appellantur sempiterna, quod veritas euangelica in illis figurata permanebit in æternum. Vnde & calix sanguinis Christi, dicitur calix sanguinis noui & ęterni testamenti.

Qua ratiõe veteris legis præcepta dicãtur pacta sempiterna.

Intelligentia ergo verbi saluatoris dicentis ad adulescentem. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, veram videbis, si consideres seriem sententiarum, quas saluator tum adolescenti respondēdo, tum occasione illius discipulos docendo proposuit. Manifestum est autem tres euangelistas historiam de ipso adolescente commemorasse, & saluatorē respondisse verbum illud ad adulescentem, eundemq; diuitem, q interrogabat Iesum. Magister bone, quid boni faciā vt habeam vitam æternam, cuius interrogationis sensus erat. Magister tu es bonus, dic ergo mihi, quibus operibus bonis, quibus operum meritis potuero assequi vitam ęternam. Saluator autem non mox respondit illi, Si vis ad vitam ingredi, & cæt. sed præmittit, Quid me dicis bonum, quid me interrogas de bono? nemo bonus nisi deus vnus, plane insinuans opus esse fide, qua credatur, nemo esse bonus, nisi solus deus, & omnis homo esse mendax, Non esse qui faciat bonum vsque ad vnum, id est, ad vnum me Christum. Et ita neminem posse aliquid boni facere ad assequendum vitam æternam, nisi qui ex bonitate dei miserentis factus fuerit bonus. Hoc ergo

voluit Christus dicere ad adolescentem, quando bene deum simul & hominem me esse nosti, qui propter hominū salutē in terram descendi, tunc recte me dicis bonum, & quando bene deum & temetipsum noueris, tunc optime quęris quid boni facies. Aliter docendus est homo, iam gratiam agnoscens aut constitutus sub gratia, aliter nondum agnoscens gratiam. Homo nondum constitutus sub gratia cum sit adhuc cæcus, infirmus, captiuus, monstrandus est sibi esse deformis & captiuus, monstrandus est illi medicus, alioquin nihil boni poterit facere. Iam autem sub gratia constituto dicendum est, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vnde propter clausulam, quam de hoc adolescente interiecit Marcus dicēs. Intuens eū Iesus, dilexit eum. Sunt qui dicūt verba hęc esse adolescentis, iam sub gratia constituti, quem tamen adhuc spinæ tribulationum & diuitiarum pūgūt. Hoc ergo p̄misso, cōmuniter adiecit saluator. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Et nūeratis mādatis decalogi adolescēs ex simplici quadā intentione, zelum dei habēs non secundum scientiam, ignorans q̄ dei iusticiam, suam volens constituere, in operibus confidēs, existimans custodiā mandatorū consistere in hoc solum, quod honorauerit parentes & abstinuerit a furto, adulterio, & homicidio, nō cōsiderata dilectiōe dei & p̄ximi, qua resecāt cupiditates diuitiarum & concupiscentię voluptatum, aut superbus & auarus, sed non mentiendo, respondit. Hæc omnia, inquit, obseruaui a iuuentute mea, quod audiens saluator, non mox arguit eum arrogantię, aut mendacij, sed secundum Marcum euāgelistam, intuens eum Iesus, dilexit eum, insinuans eūdem adolescentem hoc non mentiri, sed simplici quodam credulitatis aīo respondisse. Deinceps subiungit, Adhuc vnum tibi deest, turbaris & vagaris erga plurima, vnū est necessariū, charitas videlicet, qua totus adhęrēs deo, tua restringantur desideria, idcirco vade & vende omnia quęcumq; habes, et da pauperibus. Sic enim Lucas & Marcus recitant, Solus autem Matthęus prętermittens sententiam saluatoris dicentis, Adhuc vnū tibi deest post interrogationem adolescentis apposuit clausulam, Si vis perfectus esse, & cōtinuo sub

Adhuc vnum tibi deest.

subiunxit, Vade & vende oīa, &c. Vñ & occasiōe huiꝰ doctrinę saluatoris, duo iā olī errores cōtra traditiōes Christianę ecclesię emerserūt, Vnꝰ Pelagianorū, q respiciētes ad opa foris facta, aut faciēda, ignorāteśq; dei iusticiā ex ꝓbo saluatoris dicentis ad adolescentē, Vnū tibi deest, vade & vende omnia quę habes, & cęt. concluserunt diuites baptizatos, ni si omnia relinquant, non impleuisse opera pręceptorum, nec eos posse habere regnum dei, quem errorem cum cæteris Pelagius tandem conuictus, ore proprio anathematizauit, quemadmodum recitat Augustinus in epistola ad Paulinū.

Vnū tibi deest, vade & vēde omnia quæ habes.

Alter emerserat error Vigilantij, qui arbitrabat saluatorem nec consuluisse, nec præcepisse adolescenti, aut vlli diuiti, vt omnia simul relinquant, sed melius esse, si quis moderate rebus suis vtatur pro loco & tempore occurrens necessitatibus pauperum, quem errorē destruit Hieronymus contra Vigilantium, sic loquēs. Quod autē Vigilantius asserit eos melius facere, qui vtūt rebus suis, & paulatī fructus possessionū diuidūt paupibus, q̄ illos qui possessionibus venū datis simul oīa largiuntur non eis a me, sed a dño respondebitur. Si vis perfectus esse vade & vende oīa quæ habes & da pauperibus. Ex qua Hiero. doctrina plane patet Hiero. interpretari textum de perfectione, quę est non pręcepti seu consilij. Sed tūc manet difficultas, qualiter ista clausula congruat ei quod pręmittit. Adhuc vnū tibi deest. Ad hęc igit̄ intelligendum non erit inutile præconsiderare triplicem in scripturis reperiri perfectionē Christianæ vitę. Vna est pfectio cōsummata seu pręmij in futuro sęculo, quę ē pręmiū sanctorum, secundum quam quis est absq; peccato, absq; macula & ruga, de qua Apostolus ad Philippenses tertio, & ad Romanos. Velle adiacet mihi, perficere autem nō inuenio. Alia est perfectio viæ, quæ est necessitatis & præcepti, de qua dicit apostolus Paulus, vt possitis resistere in die malo, & in omnibꝰ perfecti stare. Et Iacobi primo. Scitis perfecti, ī nullo deficiētes. Et saluator, Estote ergo perfecti, sicut pater vester cœlestis pfectꝰ est. Et rursus, Ambula corā me, & esto pfectus. Huiuscemodi perfectio non est aliud q̄ charitas, vel subsistentia charitatis qualiscumq; fuerit charitas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si adsit, perfectione quadam vię homo perfectus est, iamq; in animo renunciat omnibus quæ possidet, paratus in animo, omnia pro Christo perdere. Sunt qui saluatorem arbitrantẽ hic loquutum de ista perfectione propter clausulam antecedentem, qua dicitur, adhuc vnum tibi deest, ac si dicat, amor diuitiarum te facit alienum a regno dei. Si vis ergo perfectus esse, id est, habere perfectionem necessariam ad assequẽdum vitam ęternam, vade & vende omnia, quę habes, ac si dicat renuncia omnibus quę possides, abnega temetipsũ, & sequere me, disce esse pauper spiritu, disce propter me cõtemnere omnes diuitias. Non enim damnauit Iesus possessionem diuitiarum, sed affectum, amorem, & curam, volens nos oportere interdum ea etiam relinquere, quę auocãt animos nostros a præcepto dei, & veritate euangelica, & sic ꝟbum istud saluatoris, Vade & vende omnia, & c. foret interpretandum, quemadmodum interpretantur ea, quæ ponuntur Matthæi quinto. Si quis percusserit te in maxillam, præbe ei alterã, qui vult tunicã tuam tollere, dimitte ei & pallium. Hæc enim, vt venerabilis, inquit Augustinus, præcepta quędam sunt secundum præparationem cordis, non semper secundum exhibitionem operis. Tradidit enim saluator documenta patientię, vt quibuslibet iniurijs illatis Christianus animus sit patiens, & ad plura ferenda paratus, Tradidit & documẽta pietatis & misericordiæ, & refrenãdi oẽm affectionem, quę mentem alienat a deo. Si oculus tuus, ingt, aut pes tuus, aut manus tua scãdalizat te, abscide, ꝓijce abs te, oĩ petẽti te da ei, & volẽti mutuari a te, ne auertaris. Sic et in hoc loco, inquiũt, intelligitur, Vade & vende omnia, ac si dicat, si mandata custodijsses, proximum tanq; temetipsũ dilexisses. Verum hæc interpretatio non videtur congruere ei, quod postea ita dixit Petrus. Ecce nos reliquim⁹ omnia, & secuti sumus te, & c. Proinde communiter intelligunt doctores id esse perfectionis cuiusdam, & non præcepti, sed consilij, & secundum quam homo etiam a licitis abstinet, vt expeditius deo vacet, & ei quæ dei sunt, cogitet. & de hac loquitur hic Christus secundum diuum Hieronymũ in epi

Damnat Christus nõ diuitiarũ possessionẽ, sed amorem.

in epistola contra Vigilantium, & in epistola ad Demetriadem de virginitate seruanda. Et secundũ hunc sensum introducẽda ẽ series sententiarũ. Arguit saluator adolescentẽ, q̃ asserebat se omnia mãdata custodijsse, & dicit illi, Adhuc vnum tibi deest in mandatis, quod nimium tenax es, plus diuitias tuas q̃ deum & proximum diligens, diues es, non poteris intrare in regnum cœlorum, nisi desieris esse diues. Paupertas ergo in aĩo tibi deest, facilius est camelum intrare per foramen acus q̃ diuitẽ, hoc ẽ, diuitijs seruientẽ in regnũ cœlorũ. Vnde & propter hãc varietatem sunt qui dicunt adolescentem hoc simplici credulitatis animo & interrogasse, & respondisse pro eo quod Marcus interposuit, intuens eum Iesus dilexit eum. At vero Hieronymus docet adolescentem hæc & interrogasse, & respondisse tentantis astu & mentientis affectu, verum qualiscumq; fuerit intentio adulescentis, parum admodum refert, sufficiat scire, quod Saluator voluit ostendere illum non debite respondisse, nec omnia mandata plene custodijsse. Sed de his hactenus, longius forsitan digressi, q̃ præsentis argumenti negotium postulat, latius de his in tractatu de consilijs euangelicis.

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Cæterum ne ex verbo Christi dicentis, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, fallaris & putes opera mandatorum a libero nostro arbitrio esse meritoria iustificationis nostræ, operæ prætium est attendere Christum non dixisse, Si vis peruenire ad gratiam, aut ad remissionẽ peccatorum, aut ex impio iust⁹ fieri, serua mandata, sed, Si vis inquit, ad vitam ingredi, serua mandata. Obseruantia enim mandatorum, cuius sit via ad obtinendum vitam ęternam, non tamen est via meritoria remissionis peccatorum aut gratiæ primę, seu charitatis, sine qua nemo potest ita seruare mandata, vt perueniat ad vitã ęternam. Ad ĩã credẽtes congrue dicitur, Si vis ad vitam ingredi, & cætera. Ad nondum autem credentes dicitur. Si crediderĩs & baptizatus fueris saluus eris, sed iam credens, neq; saluus permanebit, neque ad vitam æternam perueniet, nisi mandata dei custodierit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad octauum argumentum quod assumit, legem euangelij esse legem libertatis, non solũmodo ea ratione, quod a dominio peccati liberat, sed & propterea, quod minus grauat, præceptaq; pauciora & leuiora habeat, q̃ lex vetus.

Respondeo hoc vtiq; verum esse, quia per legem euangelij, efficiuntur homines liberi a iugo præceptorũ legis Moysi, quæ magis onerabat, tum ex difficultate oneris illius legis, tum ex multitudĩe pręceptorum legis illius, tum ex infirmitate hominum, quibus lex illa erat data, quorum erat ferre seu portare legis onera. Grauitas oneris legis illius pensatur ex difficultate externorum operum, quorum plurima in lege illa ex seipsis erant grauia ac difficilia. Infirmitas autem seu imbecillitas hominum, sub lege illa patet, qa datio legis illius ex se, gratiam non conferebat adiuuãtem. Lex per Moysen data est, inquit Ioannes, gratia autẽ & veritas per Iesum Christum facta est. Multitudo præceptorũ manifesta est. Nam vt inquit Rabbi Moyses, ducenta & octodecim sunt præcepta affirmatiua secũdum numerum mẽbrorum hominis, trecenta autem & .65. præcepta negatiua secundum numerum dierum anni, in quibus vniuersis custodiendis, singulisq; pollutionum generibus cauendis, tanta, inquit, erat difficultas, vt vix vnum ex mille inueneris mũdum. Inter hæc omnia præcepta erant paucissima moralia. Cęteris omnibus igitur iudicijs, ceremonijs, & obseruantijs Christi morte sublatis, remanent in lege euangelica sola moralia præcepta, superadditis præstantissimis quibusdã sacramẽtis numero paucissimis, & obseruatione facillimis.

Lex Moysi grauior lege euãgelij ex tribus declaratur.

Hic iam dixerit fortassis quispiam, Lex Moysi iuxta Pauli Apostoli doctrinam, fuit imposita hominibus illis adhuc imperfectis, tanquam adhuc paruulis, & sub pædagogo degentibus, paruulis autem atq; infirmis, imponenda sunt non onera grauia, sed leuia ac facilia, perfectioribus adijciuntur altiora. Videtur igitur quod lex Moysi debuerit pro illo populo minꝰ onerosa esse, & præcepta cõtinere faciliora. Et hanc quoque sententiam videtur corroborare doctrina Christi, Matthæi quinto, adijcientis legi antiquorum præcepta quędam perfectionis, obseruatione difficillima.

Respon-

Respondeo iuxta Pauli Apostoli doctrinam, ad Gal. 4. Paruulus adhuc rudis ac petulans, nondum est amans iustitiam, suarumq; sequax est passionum, & ideo sua libertate vti non potest, neq; suis viuere legibus quasi hęres, sed sub tutoribus, aut sub pædagogo elementis quibusdam ętati illi congruis ad tempus instruendus, ac manuducendus est, coercenduscq; monitis, præceptis, & externis operibus, quibus lasciuiens refrenetur ætas, donec venerit tempus perfectę discretionis adeundæ hæreditatis, vt iam non amplius solo timore ducatur, neq; sub solis viuat temporalibus elementis, sed ex se ea quę iusta ac recta sunt faciat, & tum illi sunt intimanda, declaranda, expressecq; vetanda, quę dũ paruulus erat, capere non poterat, cuiuscemodi sunt interni motus animi, concupiscentiarũ et cupiditatum, quę in veteri lege populo adhuc carnali non sic expresse erant vetitæ sub comminationibus mortis corporalis aut temporalis pœnæ infligendæ, quemadmodum neq; motus interni charitatis, humilitatis, patientię, mansuetudinis illis proponebant sub spe æterni & cœlestis regni. Atq; ita sane mãdatis veteris legis Moysi, in euangelio Matthæi. 5. alijsque in locis sunt superaddita mandata quædam moralia difficillima his, qui nondum habent spiritum euangelij, cuiusmodi sunt, non aspicere mulierem ad concupiscendum, pro persequentibus & inimicis orare, eosq; diligere, & non resistere illis, sed patienter ferre iniurias illatas, animamq; pro fratribus ponere, relinquere omnia propter Christum, crucifigere carnẽ cum vitijs & cõcupiscentijs suis. Hęc & id genus alia perfectiõis opa populis carnalibus nondum suaui iugo Christi deductis difficilia, lege Moysi non sic expressa, præcipiuntur in euangelio, sed non inde sequitur, onus euangelij hominibus sub euangelio esse grauius, q̃ onus legis veteris erat hominibꝰ sub lege Moysi degentibꝰ.

Lex euangelij docet & adiuuat, lex Moysi solũ docet.

Nam spiritꝰ euangelij, qui legẽ charitatis scribit in visceribus hominum facit huiusmodi pręcepta esse leuia & suauia, sic animas intus afficiẽs, vt regnum mundi & omnem ornatum sęculi contemnant propter amorem domini nostri Iesu Christi. Spiritus autem legis Moysi solum indicans,

quid nam esset faciendum, & non adiuuans ad implendum, timorem incutiebat populo illi, cū diu adhuc manebat carnalis. Sed non inde sequitur, per legem euangelij Christianos esse liberos a præceptis & obediētia suorum parentum, prælatorum, & superiorum potestatum. Nam & supra præcepta legis Moysi etiam oportuit veteris legis populum suis parentibus & superioribus obedire in multis operibus, ad quæ alioqui non obligabatur populus ille iure diuino. Vnde Paulus Apostolus spiritu suo Apostolico, præuidens homines quosdam reprobos futuros, qui praue essent intellecturi libertatem euangelicam per Christum nobis impensam, totiens, totq; reiteratis vicibus inculcat & exaggerat nos iā factos Christianos, oportere subditos esse parentibus, præpositis, principibus, & sublimioribus potestatibus.

Iam si quis dixerit, Qui liberatur ab vna seruitute, & denuo premitur alia, vel æquali, vel maiori, non magis est liber, cū prius extiterat, veluti qui liberatus ab vno vinculo corporali, rursus constringitur alio æquali, aut fortiori, sed canones & decreta Pontificum, legesq; superiorum potestatum, sunt multo grauiores & plures, quam olim præcepta veteris legis, Ergo per legem euangelij non efficiuntur homines magis liberi, cū erat veteris legis populus.

Huic respondeo, secundam propositionem antecedentis falsam esse, sicuti ex superioribus manifestum est. Nam huiusmodi leges positiuæ adiectæ præceptis euangelij, congruunt ad lucrum fidei, & Christianæ charitatis, ad fouendum tranquillitatem, & pacem reipubl. Atq; ita non sunt onus grauans, sed alleuians. Neq; Papa, neq; Imperator potest imperare hominibus sibi subiectis, veluti seruis & mancipijs, neq; pro suis item lucris aut commodis canones aut leges imponere, sed pro lucro, commodo, & salute subditorum, quibus ceu filijs tanquam pater & pastor præesse debet, non tanquam dominus gubernans libidine domi nandi.

Ex his igitur manifestum est, quo nam modo, qua insuper ratione super veteris legis populum fuerit iugum a-

sperū

sperum atq; amarum, & onus graue. Nempe seruilis ille timor, quo populus ille legi vnius dei cœli & terræ coagulabatur, pœnam habebat atq; animi amaritudinem. Onus insuper mandatorum graue erat, cum propter multa difficilia externa opera illic & iussa & vetita, tum propter imbecillitatem virium populi illius adhuc rudis, qui quatenus manebat in lege Moysi, non inde transiens in Christum, nondum habebat spiritum dulcedinis adiuuantem.

Insuper ex superioribus liquidum est, quo nam modo, & qua item ratione iugum Christi sit suaue, & onus præceptorum eius leue, & c. Quantūlibet enim ipse Christus iusserit aut prohibuerit internos animi motus, onus tñ leue est propter iugum Christi suaue, cœlitus humeris animarum nostrarum immissum. Vnde iugum, de quo Christus, a iungere appellatum est, euangelica charitas ex fide in Iesum mediatorem, qua ad inuicem iungimur, tanquam vnius corporis membra, mirabili quodam nexu spiritus sancti, adherentia Christo vt capiti nostro. Nobis itaq; tali nunc ad inuicem iugo copulatis Christo, mandata eius non sunt grauia, id est, molesta, nobis quasi inuitis imposita, sed iucunda & delectabilia super aurum & topasion. Quod si per iugum Christi velis intelligere legem Euangelicam, & per onus laborem in custodiendis mandatis, in eandem recurris sententiam. Nam charitas facit omnia esse voluntaria, & ita leuia & suauia. Iugum charitatis cūius sit via arcta tumidis, elatis, superbis camelis seu gibbosis, id est, sarcinis cupiditatum oneratis, cæterisque omnibus, qui nondum intrauerunt angustam fidei portam, quam & pauci inueniunt, currentes in campos licentiæ secundum viam amplam, id est, secundum propriam concupiscentiam, seu secundum amorem sui, secundum amorem mundi huius, aut carnis suæ, qui sane amor sui ducit animam ad perditionem, attamen larga & suauis omnibus iam factis paruulis & humiliatis, ambulantibus in ea dilatato corde, id est, amantibus & diligentibus, dicente propheta, Viam mandatorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

Iugum Christi suaue, & onus leue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex huiusmodi ergo saluatoris testimonio, non recte concluditur, parentes & ecclesiæ prælatos, non posse dare mãdata, aut ordinationes, quibus teneamur obedire. Nam & charitas, qua & nos inuicem superiores arbitramur, facit nos lubenter, ac spontanee obedientes esse parentibus & seniorib⁹, omnibus reddit debitum, cui honorem honorem, cui tributum tributum, cui obedientiam obedientiam. Pro intelligenda autem doctrina Petri, cæterorumq; Apostolorũ, & seniorum, in Actibus capite. 15. definientium præcepta veteris legis, propter eorum grauitatem & multitudinem, nõ esse imponenda populo Christiano iam per Christum in libertatem vocato, Sciendum est quod Petrus coarguit Iudæos, qui confisi in operibus legis Moysi, putabãt sese nõ posse iustificari sine carnis circũcisione & obseruatione legaliũ sacramẽtorum. Vnde in principio eiusdem capitis sic recitat Lucas. Quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, dicentes eis, quod nisi circumcidamini secundum morẽ Moysi, non poteſtis saluari, atq; ita facta seditione nõ modica aduersus Paulum & Barnabam, ordinatum est, vt ipse Paul⁹ & Barnabas, & quidã alij ex ipsis sup hac quæstione ascenderent in Hierusalẽ, ex quibus manifestum est, quosdã male docuisse fratres, tradentes neminẽ posse saluari sine opibus legis Moysi, iugũq; legis Moysi, quę & lex dei erat, adhuc post Christũ datũ, habere vi obligandi ex ratiõe voluntatis diuię, quasi præcipiẽtis ac definiẽtis, sine illis salutẽ esse nõ posse. Hoc autem falsum esse in concilio Apostolorum & seniorum Hierosolymis solenniter celebrato & conuocato, declarauit Petrus, approbauerunt Barnabas, & Paulus, iudicauit Iacobus Hierosolymorum episcopus. Ad eum enim tanq; ad iudicem ordinarium in propria dioceſi residentẽ pertinebat pronuntiare Apostolorum sententiam, etiam in præsentia Petri vniuersalis ecclesię episcopi. Postquam tacuerunt Paulus & Barnabas, respondit Iacobus, inquit scriptura, Viri fratres, &c. Priusquam tamen Iacobus definiret, magna conquisitione & examinatione facta, de quæstione il la, Vtrum de circumcisione lex Moysi esset ad salutẽ necessaria, surgens Petrus in cõcilio, primum communstrans se diui

Consiliũ uniuersale Apostolorũ temporibus.

Declaratur textus actuum 15.

diuinitus electũ, ad prędicandum gentibus, diuinitusq; edoctum explicat deum purificare corda gentium ex fide absq; circumcisione & obseruatione veteris legis, & concludens, ait, Nunc ergo vos, inquit, quid tentatis deum, imponentes eis iugum legis Moysi, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus, sed credimus vnumquemq; tam gentilẽ, q̃ Iudęum saluari gratis per fidem in Iesum, sine fide non est circũcisus Iudęus melior gentili incircumciso. Fuit quidem populo Iudęorum ad tempus lex imposita, sed ex operibus legis sine fidę nõ potuit iustificari. Lex enim spiritualis erat continẽs ceremonias, vmbras, figuras, & signa Christi tunc futuri, quo aduenięte transierunt vmbræ, figuræ. In vtriſq; igitur q̃uis ad salutem necessaria est fidei gratia, neutris tamẽ imponenda nunc sunt legis Moysi sacramenta. Hãc Petri sententiam approbauerunt Paulus & Barnabas, narrantes q̃ta deus per eos prodigia & signa ostendisset inter gẽtes. Atq; ita tandẽ iudicio suo eandẽ sentẽtiã cõfirmat Iacob⁹. Postremũ placuit Apostolis & senioribus cũ tota ecclesia viros mittere ad Anthiochiã, &c. Sed videamus iam consequenter etiam ex doctrina Apostolorũ in eodem loco consequens esse eum, qui iam per gratiã Christi salutem est assequutus, oportere obedire non solum præceptis diuinæ legis, sed & ecclesiæ prælatorum mandatis, ac ordinationibus ad lucrum & custodiam charitatis in plebe.

Apostoli in generali cõcilio, cur phi buerũt quædam in se licita, quæ neq; diuina, neq; naturalis lex uetat.

Cũ omnes ceremonię veteris legis publicato iam Christi euangelio forent extinctę, tamen & ibidẽ Apostoli ad lucrũ & custodiã pusillorum iusserũt ad tempus seruari quędã ceremoniarũ præcepta, veluti abstinere a sanguine animantis, et a bestia suffocata, a carne idolis immolata, & a fornicatione, quam gentes communiter sibi licere existimabãt, quamobrẽ necessariũ fuit eam simul cũ alijs in se licitis prohibere. Hæc ad literã fuerunt in exordio fidei prohibita, nõ ad obseruandũ ceremonias legis, sed propter necessitatem seu vtilitatem illi tempori congruentem, vt videlicet expeditius atq; sobrius Iudæi & gentes simul habitãtes coalescerent, Iudæi nempe propter veterem consuetudinẽ abhominabãtur sanguinẽ & suffocatum. Esus autem cibi idolis immolati ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

lati, si gentibus fuisset admissus, potuisset dare Iudæis occasionem suspicandi de reditu earum ad idololatriam. Ad coagulandum igitur Iudæos simul & gentes in vnitatem fidei & Christianæ pacis, quædam in principio vetuerunt Apostoli, quę transeunte tempore, & cessante prohibitionis causa facta sunt licita. Fornicatio autem simplex, quę naturali iure illicita, & illic prohibetur, propter gentes, quæ putabant eam non esse peccatum. En vides candide lector Apostolos in generali synodo, docente spiritu sancto ex causa prohibuisse quędam, quæ neq; naturali, neq; diuino iure erant in se illicita, aut vetita. Demum in fine eiusdem capitis dicitur. Perambulabat Paulus Syriam & Siliciam, cõfirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorũ & seniorum. Vides igitur ex apostolica doctrina obediendum esse præceptis seniorum. Nec obstat si qui sint qui legibus positiuis subesse contemnunt. Nam præfectus ecclesiæ, non tam ad singula membra, q̃ ad vniuersum corpus ne pereat habet attendere. Ad ea quę ex doctrina Augustini ad inquisitiones Ianuarij assumũtur in eodem argumento cciauo, Respondeo quod Augustinus ibidem respondens quæstionibus Ianuarij in fine libri contra illos loquitur, qui religionem Christianam oneribus humanarum constitutionum imprudenter onerare præsumunt, non habentes consideratione, an ita præcipi expediat communitati ecclesiæ ad ędificationem, aut pacis ac fidei, aut bonorum morum. Vnde Augustinus ibidem nihil facit obseruationes illas, quæ neq; sanctarum scripturarum autoritatibus continent, neq; in cõciliis episcoporũ statuta inueniunt, nec cõsuetudine vniuersæ ecclesiæ sũt roboratę, neq; habẽt aliqd ad exhortationẽ melioris vitæ. Sub talib⁹ aũt non cõtinentur leges ieiuniorũ, aut festorum solenniũ, aut cõtinentię, & celibat⁹ ministrorũ ecclesię, quę & in cõciliis episcoporũ statuta sunt, et vniuersalis eccl'ę cõsuetudie roborata ad lucrũ fidei, charitatisq;, & pacis cõis, cęterarũq; virtutũ custodiam, aut ad pacẽ & trãquilliratẽ in rep. fouendã adminicula. De gb⁹ & Hiero. loquit in ep'a ad Licinĩ, Vnaquęq; prouincia i suo sensu abũdet, & p̃cepta maiorũ leges

Doctrina Aug. ad inquisitiones Ianuarij, de cõsuetudinibus ecclesiasticis.

leges apostolicas arbitret. Apostoli quidẽ diuinit⁹ iformati docuerunt dei populũ nõ debere grauari multiplicibus ceremoniis veteris legis, vmbris solũ & figuris Christi tũc futuri declarant hominẽ per fidem in Iesum iustificari gratis sine operibus pręuijs, sed nõ ideo cõsequens est, qui põtifices etiã Apostolorũ tpibus potuerant ecclesijs iã in vnã remp. cõgregatis, dare pręcepta, seu statuta ad Christianæ fidei cũstodiã. Nã & apostoli ab exordio tẽpus sanctificãdi sabbatũ in diẽ dominicũ transtulerunt. Item solennitatem paschalẽ & pẽtecostes statuerũt celebrandas, quarũ meminit & Lucas in actibus, & Ioannes in Apocalypsi, itẽ a suffocato & sanguine, & a cibo simulachris immolato iusserunt abstinere, quæ tamen neq; naturali, neq; diuino iure erant vetita. Vnde et Apostolus viro contentioso & molienti contradicere obijcit consuetudinem tanq̃ pondus, & momentum in his quæ agenda sunt & seruanda in ecclesia Christi. Si quis, inquit, videt cõtentiosus nos talem consuetudinẽ nõ habem⁹, neq; ecclesia dei. Quia fuerũt hęretici, qui ex Aug. doctrina in eodem libro conati sunt asserere ecclesiã nihil posse præcipere, quod alias non sit a deo præceptum, & idcirco nullam ecclesiæ constitutionẽ obligare transgressorem ad culpam.

Animaduertendum est Augustinum ibidem recitare multas obseruantias celeberrimas a populo Christiano custodiendas, quas non reperimus, aut Christum, aut Apostolos iussisse in sacris literis, sicuti anniuersaria celebratio dominicę passionis, resurrectionis, assensionis diei dominicæ post sabbatum, & quadragesimæ obseruatio, ieiuno stomacho sumere corpus & sanguinem domini, cæteraq; id genus alia multa, de quibus cũ per vniuersam ecclesiã costodiunt, ĩsanię, atq; demẽtię, iqt, ẽ dubitare an ea seruare oporteat.

Ex scriptis sanctorum patrum, etiam eorum qui fuerunt vicinissimi Apostololorũ tpib⁹, reperimus pluria esse seruata & custodita in ritib⁹ sacramentorũ, in modis exorcizãdi, baptizãdi, consecrãdi, & ordinãdi sacerdotes ac episcopos, q̃ in euãgelij codice nõ reperiunt. Ipse quoq; Paulus coarguit eos, q̃ mensis suis eucharistię sacramentũ miscebant, addens etiã sese, cũ ad Corint. veniret, nonnulla de hoc ordinaturũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde Christus tribuens successoribus potestatem gubernā di suam ecclesiam, simul dedit eis potestatem disponēdi, quę ad ecclesiæ ædificationem, exaltationem, & charitatis custo diam pertinerent, quemadmodum Paulꝰ præcepit episcopis a se ordinatis, vt constituerent per loca & ciuitates presbyte ros atq; episcopos, imponens eisdem ne vlli homini cito manus imponerent. Rursus in exordio nascentis ec clesiæ, cum nondum potestates sæculares erant, Christianę, multa non expediebant statuta, quæ iam expediunt ecclesię, cum reges & principes sunt fidei Christianæ defensores, de quo latius alibi. Ad verbum Iacobi Apostoli appellā tis legem Christi, legem perfectæ libertatis, Respon deo illud Iacobi testimonium non obstare præceptis & con stitutionibus humanis ædictis, aut ad lucrum ac custodiam Christianæ fidei ac charitatis, aut ad fouendam reipublicæ pacem seu tranquillitatem, aut coercendum contumaces atq; rebelles. Sicuti enim iam patuit, lex euangelij dicitur lex p fectæ libertatis, non tanquam liberet Christianos in hac vi ta ab omnis seruitutis incommodo, aut ab obedientia subli mioribus potestatibus debita, sed quia non premit tanta ser uitute, q̄ta Iudæi etiam sub gratia constituti in euangelicā legem traslati ante Christum premebantur, liberans non so lum a dominio peccati, sed etiam ab oneribus sacramentorū, obseruantiarum, & ceremoniarum veteris legis. Et hæc est sententia, quam intendebat Augustinus in libro ad quæstio nes Ianuarij, dicens, Leui iugo nos Christus subiecit, & sarcinę leui, sacramentis numero pauciſſimis, obseruatione facillimis, significatione prestantiſſimis, societatem noui po puli colligauit. Sacramenta autem veteris legis, quibus po pulus ille coagulabat, erāt numero plurima, factu difficilia, significatione obscura, & talia quæ solum promittebant & nondum præstabant gratiam, qualem Christus largitur in sacramentis suis legis euangelij. Deinde & in ver bo apostoli Iacobi considerandum est quod lex euangelij di citur lex perfectæ libertatis in hac vita, sed nō perfectiſſimę libertatis, qualis erit in futuro sæculo merces nra, libertas ab omni malo. Cōsiderandi etenim sunt ex scripturis sacris

Lex Christiana, lex perfectæ liber tatis.

multi

multi libertatis gradus, sicuti in primo libro demonstrauimus. Hactenus igitur illud egimus, vt ostenderemus prę cepta Apostolica, institutaq; canonica adiecta legi euangelicę, pro fouenda fide & charitate, & ecclesiastica pace, non esse habenda tanquam onera, quæ Christianos grauant, aut im pedimenta præstent ad viuendum secundum euangelium Iesu Christi, sed potius tanquam adminicula quædam, quę exonerant onus peccati in carne habitantis, alleuiant, & ad viuendum secundum regulam euangelij incitāt, animosque expeditiores faciunt, sicuti perspicuum est in legibus corpo ralis ieiunij, quo interni motus praui, carnisq; concupiscen tiæ supprimuntur. In legibus item de festis celebrandis, & sacris audiendis, quibus iussum est cessare a seruilibus ope ribus, vt mens deo vacet, & in fide & charitate, cæteriſque internis motibus virtutum proficiat. Vnde & ipse Paulus ingenue fatetur sese accepisse a deo potestatem super Christi anos iam per Christum liberos, non autem in destructionē aut detrimentum, sed in ędificationem ecclesiæ.

Nō omnis trāsgressio uolūtaria humanæ legis est criminalis.

Ad nonum argumentum, quo concluditur omnem transgressionem humanę legis, esse peccatum inobedientię, & criminale peccatum Respondet Bernardus in lib. de dispensatione & præcepto, declarans consequentiam esse inualidam. Non enim quæ libet, inquit, inobedientia est criminalis, deijciens a statu salutis. Nam ipsi nos iam dei gratia sanati, non possumus ita obedire etiam in præceptis dei, quin sæpe numero peccemus, non tamen continuo vt aliqd præterimus, perimus. Nam neq; vnius necessitatis, vtilitatis, aut dignitatis sunt quæ iubentur, neq; pari cura præcipiuntur, nec pari voluntate negliguntur. Est interdum volūtas erroris, interdum infirmitatis, interdū contumaciæ, idcirco non eiusdē culpæ est voluntas, quę p inobedientiam labit. Vnde & in lege diuina, venialia peccata criminalia reputantur, cum per contemptum vtuntur, inquit, in vsum & cō suetudinem, & tunc non peccati species, sed peccantis intē tio pensatur. Ad scripturam quæ citatur ex primo libro Regum, docens repugnare superiori, esse quasi scelus idololatriæ, & nolle acquiescere, esse quasi peccatum ariolan

Universidad de Deusto
Biblioteca

di. Respondet ibidem eandem scripturam huic sentẽtiæ nõ aduersari, sed & magis eam confirmare. Non enim definit scriptura scelus idololatriæ esse, non acquiescere, sed nolle, in quit acquiescere, vt non ipsius iussionis simplex trãsgressio, sed superba voluntatis contemptio, scelus idololatrię reputetur. Aliud ẽ nõ acquiescere, aliud nolle acquiescere seu obedire, illud interdum est erroris, interdum infirmitatis, istud vero odiosę est contumacię, quemadmodum & ipsum repugnare. Non ergo qualiscumq; mandati præteritio crimina lem facit inobedientiam, sed repugnare & nolle obedire. Et vide si non his conformiter doceat Apostolus Paulus. Qui potestati, inquit, resistit, dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Qualiter autem sit accipiendum quod Bernardus adiecit, Toties sine crimine trãsgredit, quotiẽs in trãsgressione defuerit huiuscemodi recalcitrãs & contẽtiosa volũtas iã mox dicturi sum⁹.

Deinde quod in argumento assumitur, inobedientiam Adę fuisse criminale peccatum, Respondet, quod frustra quælibet inobedientia comparatur antiquæ illi inobedientiæ in paradiso. Nam hæc sub pœna mortis erat interdicta, quæ nõ solum obligabat personam, sed & vitiabat naturam totam humanam, quæ & grauissima est iudicata ex defensione rebellionis, quando deo causam requirente peccati, vt ad ad pœnitentiam prouocaret, nolens mortem eorum, maluerunt declinare cor suum in verba maliciæ ad excusandas excusationes in peccatis.

De obedientia quãdo est criminalis, quando uenialis.

Pro maiori intellectu eorum quæ in argumento nono, & in argumento sequenti assumuntur de obedientia, ex libro de dispensatione & præcepto, Sciendum est, quod Bernard⁹ disputat illic contra quosdam, qui terrebant homines a vouendo obedientiam, eo q; monacho in oi sua actiõe crimen insidiat inobedientiæ, quod reprobat ostendens, q; nõ qualiscũq; mãdati preritio, criminalẽ facit inobedientiã, sed repugnare & nolle obedire. Toties ergo sine crimine transgredit qs (subintellige secundũ speciẽ inobedientiæ) q̃ties defuerit huiuscemõi recalcitrãs & cõtẽtiosa volũtas. Talis cui cõtẽpt⁹, ẽ inobediẽtię formalis species opposita virtuti obe-

obediẽtię. Vñ & ait ibidẽ, Solus contẽptus, inqt, virtuti ĩsi diat obediẽtię. Et ita secũdũ spẽm inobediẽtiæ, nõ ẽ vnq; criminale peccatũ trãsgredi simplicia statuta positiui iuris, nisi fiat trãsgressio ex contemptu. Cũ hoc tñ stat transgressionẽ p̃cepti humani ꝓdeuntẽ ex volũtate nõ sic contẽnente, etiã interdũ esse mortale peccatũ oppositũ alij virtuti, veluti cũ opus oppositæ virtutis cadit sub humano pręcepto. Proinde mortaliter peccat etiã is, q; absq; cõtẽptu, absq; vlla rõnabili cã vescit carnibus in quadragesima, abstract⁹ & illect⁹ a sua cõcupiscẽtia, vnde trãsgressor sit maioris aut minoris culpæ reus, nõ tã ex intentione pręlati intendẽtis aut criminaliter aut venialiter obligare transgressores, q̃ ex qualitate p̃cepto rũ, & ex fine atq; autoritate pręcipientiũ. Ber. aũt loquit ibi dẽ de corporaliũ statutis obseruantiarũ, quę vt statuta quędã puniunt in regula ꝓfessorũ, quę a p̃positis dispensationẽ admittũt, quę et neglecta puniũt leniori cẽsura, quę p se aut ꝓpter se nec bona sunt, nec mala, sed neq; diuĩa institutiõe, ne q; ꝓpria ꝓfessiõe sunt fixa, qualia sũt risus interdict⁹, vt silẽtiũ interdictũ, secus ẽ de spũalibus, quæ in regula sunt tradita, & de his, quę ꝓpria ꝓfessiõe sũt fixa, qualia sũt loci stabilitas, cõtinentia, pauptas. Istorũ trãsgressio absq; contẽptu criminalis ẽ, si fiat absq; rõnabili cã. Vñ aliud fractio voti, aliud p̃ surreptionẽ aut obliuionẽ trãsgressio humãi mãdati. Et hãc esse Bern. intentionẽ patet, nã et ibidẽ cõcludens, sic loquit. Hęc ergo gñalis sit regula vniuersorũ, q; ꝓpter se, aut p se nec bona, nec mala sũt, aut diuina institutiõe, aut ꝓpria cuiuspiã ꝓfessiõe fixa nõ sũt, vt nõ iussa licite vel admittũt, vel omittunt, Ita iussa sine culpa nõ negligunt, sine crimine nõ contẽnunt, vbiq; ẽ culpabilis neglectus, cõtẽptus aũt damnabilis. Differũt aũt neglect⁹ & contẽptus, q; neglect⁹ ẽ languor quidã inertię, contẽptus vero est supbię tumor. Et hic sane contẽptus in oi specie mãdatorũ dãnabilis est, p̃ cõtẽptũ itelligẽs volũtatẽ, qua qs ita contẽnit superioris p̃ceptũ, vt velit ꝓpter huiuscemõi cõtẽptũ sciẽs & deliberate nõ obedire superiori. Nam & Bern. contemptũ distinguit a voluntate, qua qs vel per obliuionem, vel per surreptionem, vel per infirmitatem aliquid contra superioris facit mandatũ.

Neglectus quid sit

Contemptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic & diuus Thomas secũda secundę docet, omnẽ inobedientiã esse mortale peccatũ, sed inobedientiã, inquit, voco voluntatẽ, qua quis contẽnit superioris preceptũ. Cũ aũt facit aliquid non propter precepti contemptum, sed propter aliquid aliud, non est secundum speciem inobedientia, licet sit inobedientia quædam generaliter dicta, quæ est circumstantia quædam pertinens ad omnis peccati speciem. Nã & omne peccatum est transgressio quædam mandati superioris testatis, vnde & obedientia sic generaliter accepta ponitur loco generis a sanctis patribus in descriptione peccati.

Sic & accipitur in nonnullis scripturę sacræ locis.

Voluntas trãsgrediens humanã legem triplex.

Et quoniã omnes res melius diuisione innotescit, hãc voluntatem contemnentem trifariam diuidamus. Quędam est voluntas, qua quis vult non obedire superiori, cõtemnẽs aut superiorem aut illi⁹ legem, veluti cũ quis vult aliquid facere, vel omittere ea intentione, vt faciat contra superioris voluntatem. Hic sane modus constituit criminalem inobedientiam, dicente saluatore. Qui vos spernit me spernit, & talis inobedientia est speciale peccatum. Alia est voluntas, qua quis generaliter statuit non obedire superiori ex crimi nali errore, arbitrans superiores non habere potestatem precipiẽdi quicq; aliud cq̃ deus ipse in specie preceperit. Talis error est in docentibus non oportere vlli homini, sed soli deo obedire. Ex tali autem voluntate transgredientem superioris mandatũ mortaliter peccare patet ex scripturis. Nam quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere.

Item qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui aut ẽ resistũt, ipsi sibi dãnationẽ acquirũt, Apost. ad Rom. 11. & secundæ ad Timo. 3. Inter peccata mortalia numerat parentibus esse inobedientes. Et vtroq; istorum modorum, nõ peccati species, sed peccantis intentio pensatur. Tertia inobedientia, scilicet voluntas, qua quis non sic ex criminali error statuit non obedire, sed iam pridem in omnibus licitis & honestis iudicans obediendum esse, etiam paratus obedire propter superuenientem seu accedentem occasionem, trãsgreditur superioris præceptum scienter & deliberate, non per surreptionem, non per obliuionem, sed vel propter libidinẽ a cõ

a concupiscentia abstractus & illectus, vel ad vitandum molestiam & laborem in exequutione precepti, non habita vllius pię vtilitatis vel necessitatis consideratione, quemadmodum accidit cum quis, vt vitet famis molestiam, frangit ieiunium, aut dũ tractus concupiscentia, vescit carnibus contra ecclesiæ præceptum, non habita consideratione ad corporalis refectionis necessitatem, vtilitatem, vel aliam vllam piã & rationabilem causam. Species quædam contemptus est absq; iusta necessitate & pia vtilitate scienter negligere superioris præceptum. Vnde & rationabili legislatoris intention obuiat, qui vel ex contemptu, vel absq; causa rationabili opus statutum non seruat. Et secundum hunc tertium modum, contingit interdum mortale, interdum veniale peccatum. Varietas autem propter quam contingat nunc mortale, nunc veniale esse peccatum, accidit multis de causis. Primum propter discrimen causarum insufficientium. Deinde propter discrimen humanorum præceptorũ, quæ multum inter se discrepant. Non enim vnius ponderis, necessitatis, vel dignitatis, vel vtilitatis sunt, quę iubentur. Postremum propter dispares intentiones hominis præcipientis. Nec enim pari culpa negliguntur, inquit Bernardus, quæ non pari cura præcipiuntur. Sed de his tractauimus latius in superiori libro. Sed contra hoc forsitan obiecerit quispiam, secundum scripturas tantum tribuendum est prælatorum iussionibus, quantum si diuinitus traderẽtur, quod probant non Bernardus, & Benedictus solum, sed & Hieronymus, Augustinus, cęteriq; patres per scripturam, Qui vos spernit me spernit, Qui vos audit, me audit. Quæ dicũt facite, obedite prępositis vestris, & subiacete illis. In huiuscemodi scripturis ecclesiastici patres intelligunt nos oportere obedire prælatorum mandatis etiam in his, quæ alias non accedente superiorum mandato forent indifferentia. Siue deus, inquit Bernardus, siue hõ vicarius dei, quodcumq; præceptum tradiderit pari cura est obediendum, & quod prælatus prępcpit, non aliter est accipiendum, cq̃ si deus ipse præcipiat, sed deo prępcipienti quicquã, non obedire semper est criminale peccatum, ergo & non obedire

Obiectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homini precipienti videtur semper esse mortale peccatum?

Sed ad hoc respondet Bernardus ibidem, negans secundam partem antecedentis. Nec enim precepta euangelica vnius sunt ponderis & dignitatis. Sunt quædam euangelica præcepta maxima, quædam media, quædam vero minima. Minimorum preceptorum trãsgressiones non crimina, sed venialia sunt peccata, qualia sunt leuis ira & ociosũ verbum, stultiloqua quædam & vaniloqua ociose dicta, facta, & cogitata. Huiusce modi peccata sunt contra dei mãdatũ, & tamẽ venialia sunt, non criminalia, nisi cũ per contẽptum vertuntur in vsum, & consuetudinẽ, & tũc nõ peccati species, sed peccantis intentio pensatur. Quamuis ergo vnus deus sit, qui per omnem inobedientiam offenditur, non tamen vnius ponderis sunt, quę iubentur. & ideirco non semper criminalis culpa contrahitur ex transgressione. Si in traditionibus diuinis, non omnis inobedientia est crimen, consequens profecto est, nec omnem inobedientiam esse crimẽ. In traditionibus humanis, non qualiscumq; mandati præteritio criminalem, inquit Bernardus, facit inobedientiam, sed repugnare, & nolle acquiescere, quemadmodum legimus primi Regum. 15. Quasi peccatũ ariolãdi est repugnare, & quasi scelus idololatrię nolle acquiscere, de q̃ in superioribus.

Sicuti in præceptis quædã magna, quædam media, alia minima, Ita et in præceptis humanis.

Ad decimũ argumentũ ex supradictis patet, antecedens esse falsissimũ, videlicet trãsgressionẽ legis humanę non esse peccatũ, nisi ꝓpter concursũ naturalis aut diuinę legis, alioqui obligãtis ad exequendũ, vel omittẽdũ opꝰ illud. Nã opꝰ illudq; iure naturali & diuino ẽ i se licitũ, plerũq; acceden te sola humana ꝓhibitiõe fit illicitũ, veluti in die ieunij tẽpantia custodita pluries comedere, & bibere, aut carnes mãducare, vt apud Aug. in epla ad Casul. Opa insup, nõ precepta vlla lege diuia, aut naturali plerũq; tũt debita sola lege vl̃ iussiõe diuina, vt rus colere, & ad forũ & ecclesiã ire, ad q̃ nulla diuia lege filius obligat, veniũt i obligationẽ accedẽte solo p̃cepto paterno. Nec enim ex iure diuio tenet gs facere hoc vl̃ illud opus sola lege humana p̃ceptũ, q̃uis parẽtibꝰ & p̃latis hoc precipiẽtibus, subditus ex iure diuio teneat illud facere, qbus nõ precipientibus nõ esset ad illud faciẽdũ obligatus

ligatꝰ. Atq; ita doctrina Gersõis hac in pte nullatenus ẽ recipiẽda, secũdũ eã nẽpe lex hũa, non nisi esset insinuatio q̃dã seu itimatio legis diuię tũc obligãtis, sicut doctria magistri vl̃ cuiuslibet alterius dicẽtis. Vide ne illud feceris, qa peccabis in legẽ dei, quẽadmodũ prętẽdit exemplũ de medico ibi dẽ ab Gersõe introductũ. Et cũ vltra i argumẽto adñcit. Solus deus potest infligere pœnã post hãc vitã tolerãdã. Fateor vtiq;, sed nõ ide seq̃t autoritatẽ hũam nõ posse dare prę cepta affirmatiua, aut negatiua, q̃rũ trãsgressor fiat reus pœnæ post hãc vitã inferẽdæ. Nã qui potestatẽ humanã contẽmnit, in illa cõtemnit, atq; offẽdit deũ ipsũ, iuxta illud. Qui vos spernit me spernit. Si vero humana potestas ita contẽnerẽt, vt in contẽnendo illã deus ipse nõ offenderẽt, iam nec; peccaret, nec; reus supplicij post hãc vitam fieret qui legem humanæ potestatis contemnens transgrederẽt, nec; lex ipsa quã contemneret esset iusta, & in foro cõsciẽtię obligatoria.

Atq; ita ad probationem, qua dicitur legislator nõ potest transgressorẽ suę legis obligare sub vlla pœna, quam nõ potest ipse infligere. Respondeo, quod transgressor legis humanæ peccat & reus sit pœnæ, non ex sola voluntate humana, sed ex volũtate diuina, quã transgressor offendit violans legem humanæ potestatis. Et cum vltra in argumento ex Gersone citante testimonium Aug. dicentis, peccatum esse dictum, vel factum, concupitum contra legem dei æternam, concluditur tansgressionem, purę legis humanæ non esse peccatum. Respondeo argumentum non bene concludere, trãsgressio nẽpe legis aut præceptionis humanæ est cõtra æternã legẽ dei iubẽtis superiorũ p̃ceptis obediendũ esse. Q̃uis autẽ sola humana voluntate superioris habẽtis rõnabilẽ p̃cipiẽdi causã inducta sit lex humana, ortaq; sit obligatio ad iussi opis executionẽ, lex tñ diuina & naturalis, ꝑternaq; dei volũtas sp ꝑquissima disponũt & iubẽt nos oportere seruare leges illas, sic autoritate humana voluntate superioris æditas & ipositas. Quẽadmodũ obligatiões ex cõtractibꝰ, stipulatiõibꝰ, iuramẽtis, votis aut, pmissiõibꝰ oriũt ex solis hoim volũtatibꝰ, attñ illis obligatiõibꝰ et iuribꝰ sic hũa volũtate ptis cõtrauenire, ẽ cõtra diuinã et naꝛalẽ legẽ.

Transgressio pœnæ legis humanæ quõ sit contra dei legem æternam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item cuius voluntatibus hominum, & iuribus imperatorū facta sit diuisio rerum & dominiorum proprietas, secundū quam dicimus hoc esse meum, & hoc tuum, rebus tamē iure diuisis, & consensu humanæ voluntatis appropriatis, naturali & diuino iure est illicitū auferre alteri, quod suum est. Voluntas item humana, quāuis non possit efficere, vt furtū, luxuria non sint peccata, aut quod liceat furari, aut luxuriari, vtcp tamen potest sua spente aut donans, aut nuptias cōtrahens, efficere, vt hanc rem possidere seu detinere, & huic mulieri commiscerī, quæ prius erant furtum & luxuria, iā sint opera licita & iusta.

Obiectio.

Hic iam si dixerit quispiam, ex hoc consequens esse, legem humanam non obligare, nisi simul concurrat autoritas diuinę legis, iubentis aut vetantis. Atcp ita verissima fuerit eiusdem Gersonis sententia, docentis transgressionem humanæ legis non esse peccatum, nisi propter concursum legis naturalis & diuinæ. Respondeo vtcp verissimum esse, transgressionem legis humanę non esse peccatum, nisi & simul transgressio illa sit diuinæ legis transgressio. Nemo enim peccat, nisi qui deum ipsum offendat, & contra aliquam illius legem & voluntatem iubentem agat, sed non inde sequitur, ipsam legem non adducere, sed intimare solum obligationem naturalis & diuini iuris, quæ alioqui etiam extaret lege humana, necp ędita, necp imposita, quemadmodum Gerson opinatus est, putans legem humanam nō adferre obligationem, sed insinuare solum obligationem diuinam, quemadmodum & Lutherus praue docuit, tradens superiores potestates imperando nō plus facere, q̄ magistros legē dei intimando ac docendo. Ad id quod consequēter in eodem argumento. 10. assumitur, nullum legislatorem alium a deo posse præcipere actum interiorem, propterea cp illum punire non possit. Respondeo quod ecclesia necp præcipit, necp vetat, necp punit nudum interiorem actū secūdum seipsum, sed præcipiens aut vetans virtutis actum externum, simul & in obligationem ponit actum internum, sine quo actus ille externus fieri non potest. Vnde hęreticus verus & perfectus, pure mentalis, non est excommunicat⁹,

Soluio.

Ecclesia quonam modo possit præcipere, aut uetare actum internum.

q & proinde absolui potest libere a quolibet sacerdote paroco. Verum si actus quispiam exterior fuerit ex sua hæresi subortus, etiam cptāuis fuerit occultus, veluti si hęresim occulte scripserit, vel quempiam occulte docuerit, iam excōmunicat⁹ est per bullā in cœna dñi. Atcp ita patet aliud esse de crimine externo penit⁹ occulto, quod excommunicatiōe punitur. Aliud de crimine solo mentali, sola voluntate aut proposito concepto, quod ecclesia per excommunicationis censuram non punit. Ad sententiam autem Bernardi in eodem decimo argumento dicentis, non qualiscumcp mandati prætcritio criminalem facit inobediētiam, sed repugnare & nolle obedire. Ea insuper, quę per se nec bona sunt, nec mala, aut diuina institutione, aut propria professione, nō iussa per superiorem potestatem, licite quidem vtrincp vel admittuntur, vel omittuntur. Iussa vero, sine culpa non negliguntur, & sine crimine non contemnuntur. Ex qua Bernardi doctrina, plane videtur consequens esse, transgressionem pure legis positiuæ, non esse vnquam criminale peccatum, nisi fiat ex contemptu, quemadmodum & ipse Bernardus in eodem lib. de dispensatione & pręcepto repetitis vicibus definit inobedientiam nō esse criminalem, nisi adsit superbiæ contemptus. Respondeo intellectum huius sentētię Bernardi patere ex his, quæ dicta sunt in solutione argumenti præcedentis.

Hæreticus sola mē tali hæresi non est excōmunicatus.

¶ *Secunda pars tertij capituli, in qua soluuntur nodi, ac perplexitates difficultatū undecimi, duodecimi, & decimi tertij argumentorum.*

VNdecimum argumentum multiplicia variacp sumit media tum ratione naturali demonstrata, tum ex scripturis sacris desumpta, tum testimoniis sanctorum patrum declarata & ideo ad plane dissoluendum omnia, quæ in hoc argumento vndecimo adferuntur latius, ac fusius est differendum diutiusep immorandum.

Ad primū igitur cum dicitur, sola diuina voluntas semp est recta, & indeuiabilis, humana errare potest & deficere. Nō videt igitur superior humana voluntas esse regula, secundū quam subditi viuere debeant, alioquin ipsi sese conformātes

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi possent obediẽdo peccare, ab ęterna dei lege deficiẽtes.

Respondeo, Q̃uis sola diuina lex æterna, quæ est ipsa dei voluntas obligans sit prima regula, sunt tamen ab illa deriuatæ leges particulares ac regulę insitæ humanis mentibus, sub illa mouentes ac imperantes, secundum quas deus vult homines viuere & gubernari, quemadmodũ sola diuina voluntas, tametsi prima omnium rerum causa efficiens & mouens, non propter hoc sunt alię causæ mouentes aut operantes ex potestate accepta ab eadem prima causa. Supra demonstrauimus potestatem dandi præcepta, & statuẽdi leges in foro conscientiæ obligantes, esse nõ ex humana adinuentione, sed ex ordinatione dei loquẽtis atq; docentis, tũ p scripturas sacras, tũ per lumẽ rõis internæ oportere remp. moderari per superiores potestates, quemadmodũ inquit ipsa Sapientia increata. Per me principes operantur, & potentes decernunt iusticiã. Per me reges regnant, & cõditores legũ iusta decernunt. Atq; ita statuta seu pręcepta humana, eatenus habẽt vim obligandi, quatenus seruiunt rationi naturali seu regulis iuris naturalis aut diuini, a quibus si fiant aliena, & prorsus inutilia, aut in dispendium reipub. iam desinunt habere vim obligãdi. Ad id aũt quod secundo in eodẽ argumento. 10. assumptũ dicit, Contingit principes & prælatos ecclesiæ nonnũq; esse ambitiosos, auaros, minime pascentes gregẽ cõmissum, & horũ cathedras esse cathedras pestilentię, quas oporteat fugere. Videt igit illis nõ esse obediendum, neq; parendum sententijs & legibus eorum.

De põtificibus sceleratis obiectio.

Respondet Aug. secundum doctrinam Christi, cathedrã pontificis, non propterea esse cathedram pestilentiæ, q; prælatus sedẽs in illa, sit prauis ac improbis moribus, sed ꝓpterea, q; vel potestatẽ sibi vsurpat, nemine episcopatũ dãte, aut ordinante, vel adfert doctrinam falsam, & ab euãgelio Christi alienã. Deplorandũ quidẽ sęculum hoc, q̃ præsides sceleratí præficiuntur cathedræ Christi, in sedibus Apostolorũ, & sanctorum episcoporũ constituti, sed nõ propter hoc debet turbari, inquit S. Cyprianus, fides nostra, vt ipsi de ecclesia & cathedra Christi recedamus propter sceleratos hoẽs sedẽtes in illa. Sicut enim Iudas erat verus Apostolus, & tamen iuxta

iuxta euangelistam fur erat, traditor & auarus, eodemq; tẽpore pontifices, scribæ & Pharisæi, veri erant sacerdotes, sedentes in vera cathedra Moysi, & tamen attestante domino nostro Christo, auari erant & hypocritæ. Ita & contingit huius tẽporis pontifices, pastores, & sacerdotes, veros esse sacerdotes, & sedere in vera cathedra Petri & Apostolorũ. Verũ nõ ẽ subditorũ scrutari, quales cõtingat esse p̃latos, sed ipsorũ ẽ cognoscere, quales ipsi esse debeãt, & nr̃i ẽ negotij attẽdere ad eorũ doctrinã, quã vel p se, vl̃ p suos tradũt, iuxta euãgelij cathedrã, nr̃m est cõsiderare, q; a deo ptãs est data ipsis, & q; in eis Christum & Apostolos honoram⁹, quorũ loca occupant, & q; nos sub eis etiã prauis & auaris viuere debeam⁹, q̃ diu ab eccl'a tolerantur, & q; ea quę dicũt facere oportear, & q; eccl'a ab exordio sui, ad hæc vsq; tpa sub eis viuendũ esse docuit, & nõ esse faciendũ secundũ opa eorũ. Q̃d si aliã doctrinã cõtra euangelij regulã nobis afferant, iã secundũ doctrinã apostolicã nõ oportet obedire doctrinę illorũ, sed nec cõicare eis, qa iã eorũ cathedra, est pestilentiæ cathedra. Nõ sic aũt est de cathedra eorũ, q aut docẽt, aut doceri faciũt euangelij fidẽ, q̃uis ipsi secundũ eã nõ viuãt. Aug. in quęstionib⁹ veteris & noui testamẽti. In cathedra pestilẽtię sũt, q ordinẽ ab ecclesia in Petro cœptũ, & hoc vsq; tps p traducẽ succedentiũ episcoporũ seruatũ perturbãt, ordinẽ sine origine vẽdicantes. Ampli⁹ & lib. 2. cõtra Petil. ca. 51. Et sup. Ioan. ca. 46. docet prauorũ põtificũ cathedras nõ esse pestilẽtiæ cathedras. Nã & secundũ doctrinã Christi, cathedra in qua sedebãt scribæ prauí & pharisæi, nõ erat pestilẽtiæ, sed Moysi cathedra. i. doctrina Moysi, et potestas seu autoritas docendi legem Moysi, & nõ solum potestas docendi, sed & potestas dirigendi & gubernandi populum in lege dei & fide, & moribus, qualem potestatem habuit Moyses a deo sibi datã, q potestatem habuit iudicandi populum, & constituendi iudices, decanos, & centuriones, reseruatis causis maioribus ad se deferẽdis. Hæc potestas p Moysen in Aaron deriuata secundũ seriẽ successiõis in Iudæorũ synagoga, deuoluta erat ad põtifices, scribas, & pharisęos, q̃s Christ⁹ in cathedra honorãdos esse docuit, q̃s et saluo honore cathedræ redarguit.

In episcopis locum Christi & Apostolorũ occupantibus, Christum & Apostolos honoramus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propter homines igitur infames sedentes in cathedra, non cathedra, sed vita est detestanda. Aliud vita episcopi, aliud cathedra illius. Vita praua, Cathedra bona. Et idcirco quæ secundum cathedram dicunt, facite, inquit saluator, secundum vitam eorum nolite facere. Si omnes per totum orbem, inquit Augustinus ad eundē Petilianū, tales essent episcopi, quales vanissime criminaris, cathedra tibi quid fecit ecclesiæ Romanæ? in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet, vel ecclesiæ Hierosolymitanæ, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioānes sedet, qbus nos in vnitate catholica connectimur, & a quibus vos nefario furore sepa raſtis. Quare cathedram Apostolicam appellas cathedram pestilentię? si propter homines sedentes in cathedra, quos putas legem loqui & non facere, nunquid domin⁹ Iesus ꝓpter pharisæos non seruantes legem, cathedrę, in qua sedebāt, vllam fecit iniuriam? Hactenus Augustinus.

De pontificibus prauis sedētibus in cathedra Petri.

Ex scripturis igitur est manifestum pontifices prauos sedere super cathedram Christi, modo & ipsi vt dispensatores super familiam Christi id quod dispensant ad cathedram pertineat Christi. Et q̄uis ipsi interdum, vt homines sicut & cæteri ex Adam nati non secundum cathedram vixerint tamen q̄diu vt dispensatores tolerantur, nihil contra cathedram dicentes, sed potius ea quę cathedræ sunt, vel per se vel per suos & docentes & iubentes, sunt vt pontifices honorādi. Quod si dixeris eorum cathedras ob id esse pestilētiæ cathedras, quod ad subditos perditionis exempla transmittunt conuersatione sua praua, quasi fetore quodam pestifero gregem inficientes. Respondeo. Q̄uis praua sit eorum vita, non tamen pernitiosa est doctrina, non pestilentia sunt sacramenta, non falsa, & reproba est lex, & doctrina, quā seruari iubent. Quod si non sint legitima ordinatione vocati, & super familiam constituti a domino aut illius vicario, iam alienum vsurpant, & eis iam vt schismaticis non ē obediendū. Sic tradidit ab initijs fidei ad hæc vsq̄ tēpora per successionem tota Christianorum schola. Vnde & vetustissimus ille Irenæus libro quarto aduersus hęreses Valentini, cap. 43. Presbyteris, inquit, qui in ecclesia sunt obedi

obedire oportet his qui successionem habent ab Apostolis, qui cum episcopatus successione certum veritatis charisma secundum placitum patris acceperunt, reliquos vero, qui absistunt a principali successione, & quocumque loco colliguntur suspectos habere, vel quasi hæreticos, & malę sententiæ, vel quasi scindentes & elatos. In libro quarto de ecclesiasticis scripturis & dogmatibus, declarauimus hanc successionem esse accipiendam secundum ordinationem ecclesiæ apostolicæ, in qua episcopi legitima ordinatione sibi succedunt, apostolis videlicet accipientibus potestatē a Christo, successorib⁹ vero eandem potestatem accipientibus ab Apostolis mittentibus & ordinantibus, & per illos cęteris successoribus accipientibus eandem ordinationem & potestatem ad hæc vsq̄ tempora. Ad scripturas quibus præcipitur ne commisceamur fratribus criminosis, & vt abstrahamus nos ab omni fratre ambulante inordinate, & vt exeamus de medio eorum, Dicimus, quod Dauid, Esaias, Hieremias, & apostolus Paulus iubebant populo recedere & exire de plebe mala, a qua tamē ipsi se nulla corporali cōuersatione separabant. Ex quibus discimus, q̄ non coīcare prauis hominibus, non commisceri cum eis, sed abstrahere se ab eis, exire de medio eorum, non secundum omnem, sed secundum quendam specialem separationis modum debemus accipere. Id enim, & in scripturis multis est obseruandū. Sicut in eo quod dicitur, Deus neminem tentat, nō omni sed quodam tentationis modo deus intelligendus est nō tentare quemq̄ ne falsum sit, quod alibi dicitur. Tentat vos dominus deus vester. Tentauit deus Abraham, est enim tentatio adducens & suggerens peccatum. Est & tentatio probans fidem & incendens charitatem. Item in eo quod scriptum est, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, non omnem, sed quendam credendi modum intuebatur Christus, secundum eam videlicet fidem, quæ Apostolo distinguente per dilectionem operatur. Item quod dicitur. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet inæternum, non secūdum omnem manducandi modum debemus intelligere. Sunt nempe Apostolo attestante homines qui manducant,

Successio pōtificū.

Exire de medio eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& bibunt indigne, hi iudicium sibi manducant & bibunt. Sed secundum quendam certum & specialem manducandi modum debemus accipere, secundum quē manducare carnē & bibere sanguinem Christi, est manere in Christo, de quo dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Manere in Christo est fide & charitate vegetari vt membrum, in eo corpore Christi, quod est ecclesia. Sic & in materia hac, Exire de medio iniquorum hominum, separari ab eis, secundum quendam specialem separationis & exeundi modum, semper sunt nobis præcepta, eorum vero contraria semper prohibita, vt videlicet communicare & commisceri eis, sit aliquo modo participem se facere criminibus eorum, vel consentiendo, vel approbando, vel tacendo, & non corripiendo seu corrigēdo, vbi & quādo opportunū est. Exire, inquit Augustinus, de medio eorum, & separari ab eis, est corde nō consentire, & ore non parcere eis, vbi & quando oportet, vt corde & consensu longe simus ab eis, quamuis forsitan præsentes corpore cum illis esse vel oporteat, vel expediat, vel nihil prohibeat. Vnde signanter annotauit Augustinus in libro tertio contra Permenianum, quod Apostol⁹ non frustra dixerit, Auferte malum a vobismetipsis, & non dixit, Auferte malum a congregatione vestra, ac si dicat, Auferte a cordibus vestris audaciam imitandi, pestilentiam consentiendi, pigritiam corrigendi, & negligentiam vindicandi, ita tamen vt in vindicta adhibeatur prudentia, ne ledantur frumenta. Et quamuis ipse Augustinus in libro retractationum per literam Græcam declarauit, id non sic esse intelligendum, vt malum seu vitium auferrent ex seipsis, sed sic potius, vt hominem malum auferrent ex massa bona per ecclesiasticam disciplinam. Eadem tamen Augustini expositio satis aperit, quæ nam sit specialis illa communio cum prauis semper nobis interdicta.

Auferte malū ex vobisipsis.

Aliud recedere a prauis secundū mētem. aliud secundū corpus. aliud tollere eos.

Vnde in scriptura sacra, aliud est a prauis seu sceleratis hominibus exire, & separari ab eis secundum mentem, quod est neque consentire prauis operibus eorum, neque fouere ea. Aliud corporalem communionem nostram subtrahere

here ab eis, & corporaliter recedere ab eis. Aliud tollere eos de medio nostrum, id est, de cōtubernio ecclesiæ nostræ ejicere illos, quod est prælatorum officium, quorum interest scandala tollere de ecclesia. Sunt autem huiusmodi diligenter obseruanda in doctrina Apostolica. Nam primum non fouere, videlicet quoquo modo eorum peccata, est præceptum negatiuum, obligans ad omne tempus, & pro semper. Sed duo posteriora sunt præcepta affirmatiua accipienda secundum intellectum, quem habuerunt Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, cæteriq; scripturę sacræ expositores, qui docent huiusmodi præcepta habere causas finales, quibus cessantibus, suspenditur & ipsorum præceptorum efficacia, alioq; nisi videlicet scripturæ illæ hoc pacto intelligerentur, scriptura esset contraria scripturę iubenti in ecclesia corporaliter tolerari zizania, ne conuulcetur triticum.

Vnde & cum peccatoribus & publicanis manducauit magister noster Christus, cum suo quoque traditore vsque ad vltimum osculum vixit, quem & ad Apostolatum elegit. Ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est. Ipse insuper cum circumcidendus esset & offerendus foret pro eo legale sacrificium, non deuitabat templum, quod ab eo vocabatur spelunca latronum, in quod & boni intrabant & mali. Cyprianus, sicuti Augustino asserente didicimus, cum auaris & rapacibus, non laicis solum, sed & clericis, atque episcopis panem domini manducabat, & calicem bibebat, pacatissime vixit inter collegas, id est, episcopos, qui fundos insidiosis fratribus rapiebant, qui esurientibus in ecclesia fratribus, largissimo argento abutebantur, nec terrebatur verbis Apostoli dicentis, Ne commisceamini illis, nec cibum sumite cum eis. Sufficiebat enim illi a talibus recedere corde, vita, & moribus disiungi, quia non poterat ab eis corporaliter separari.

Si videamus, inquit, in ecclesia esse zizania, non tamen ob id debet impediri aut fides, aut charitas nostra, vt qui zizania in ecclesia Christi esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Non dixit, suspicamur, arbitramur, opinamur, confici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,credimus, sed cernimus,inquit, aperte docens manifestos peccatores pro loco & tempore esse in ecclesia tolerandos,cum quibus & ipse in sacramentorum communione pmanebat. Hactenus Augustini sententia fideliter recitata. Apostolus ergo cum denuntiat nobis, vt abstrahamus nos ab omni fratre ambulante inordinate, & ne cõmisceamur cum fornicarijs,auaris,ebriosis,& rapacibus Christiano nomine appellatis,& ne cum eis cibum sumamus,id precipit,ne quoquo modo per cõuersationem nostram sim⁹ participes criminis eorum. Id autem præcipue prestamus, si q̃tum in nobis est super huiuscemodi criminosos luctum habentes,facimus vt per prælatos tollantur de medio ecclesię,id est,de societate & contubernio ecclesiæ, ne ecclesia videatur fauere criminibus eorum. Et ad id precipue vergit intentio Apostoli,primę ad Corinthios quinto,vt per seueritatem ecclesiasticę disciplinæ de medio nostrum tollatur .i. de ecclesia separetur,quisq; tale crimen commiserit. Et id q dem vbi vel periculum est, vt modicum fermentum totã corrumpat massam,vel spes,vt is qui crimen commisit, pudore tandẽ resipiscat. Non hoc postulat Apostolus a Corinthijs, vt vniuersos huius mundi fornicarios & adulteros deuitẽt, sed illud exigit,vt si quis est nomine Christianus, huiuscemodi criminibus obnoxius,ne commisceantur eidem.

Præceptũ ne cibũ sumamus cũ criminosis, quõ intelligitur.

Nã talibus commisceri, vel cederet in confusionem Christianę ecclesię per illius commixtionem fermentandæ,vel esset in crimine fouere delinquentem. Eos autem qui foris sunt a Christo alieni,vt sunt infideles & pagani, diuino relinquit iudicio. Videbis autem hanc esse sententiam ex serie sententiarum Apostoli,dirigentis in principio capitis sermonem ad Corint.eos præcipue, qui ecclesię presidebant & pastores erant,quorum intererat tollere scandala de ecclesia, vbi ex superioribus cõcludens iussit, auferte malum a vobismet ipsis,malum inquam,fornicarium,auarum,& ebriosum, q̃bus verbis,inquit Augustinus,Apostolus satis ostendit, nõ temere & quomodolibet,sed per iudicium ecclesię, secundũ saluatoris doctrinam de correptione fraterna,auferendos esse malos a communione ecclesiæ. At vero si per iudicium auferri

auferri non possint propter aliquam seditiosam factionem, habentes sociam multitudinem,tolerentur potius,ne triticũ conculcetur. Ante iudicium autem ecclesiæ,q̃uis nos a communione quemquam prohibere non possumus,nisi aut sponte confessum,aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum atq; conuictum. Tamen & ex lege charitatis tenemur vel ad illius correctionem, vel ad nostrã aut aliorum cautelam, etiam pro loco & tempore ab eodem subtrahere nostram communionem corporalem. In omnibus enim obseruandum est,ne vel substractio,vel communio conuersationis nostræ, sit dispendiosa ecclesiæ. Malis sociatur, qui aut malum aliquid cum eis agit, aut agẽtibus fauet,aut in corripiendo est piger,aut personam gerens ecclesię nõ arguit publice,vt ceteri timorem habeant, vel per desidiã corrigendi,& negligentiam vindicandi, non remouet contumacem a gradibus honoris & ecclesiasticæ communionis, seruata secundum dei precceptum prudẽtia,ne in separando ledantur frumenta.

Ad scripturas autem quibus significari videtur, deum odio habere solennitates,sacrificia, sacramenta impiorum, insuper & omnia opera sacerdotum sceleratorum esse immunda,polluta,deo abominabilia, Respondeo,sicut & hactenus responderunt ab initio sancti patres,Cypri.Aug. & ceteri doctores,q; deus nõ loquit̃ cõtra Calendas suas,& contra sacrificia & sacramẽta sua ab ipso instituta,& spũ illius suggerẽte,seruata,sed contra solẽnitates & sacrificia hominũ.i.contra ea quę ab humanis volũtatibus absq; fide & misericordia custodiunt̃,cuiuscemodi sunt vel sacramẽta & doctrinę hæreticorũ,vel iã post Christum sacramenta Iudęorum,vel sacrificia in cultu idolorum. Scriptura in plęrisq; locis generaliter loquitur contra omnia impiorum sacrificia,interdum contra falsa ab ipso non approbata. Proinde in eisdem scripturis sunt considerandæ sententiæ cohęrentes,vt vnicuiq; scripturæ sua tribuatur sententia. Sed ꝑ oĩm intellectu scire oportet, q; deus non acceptat ad salutem operantis vllum sacrificiũ opus foris exhibitum, nisi fuerit intus contriti & humiliati cordis sacrificium.

Quõ deus odio habeat impiorũ sacerdotũ & pontificũ sacrificia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deinde non erit forsitan inutile cõsiderare, quod Esaias nõ dixit. Quo mihi multitudo victimarum mearum, sed victimarũ inquit vestrarũ. Nõ dixit Calendas meas, & solennitates meas, sed solennitates vestras, inquit, & calendas vestras odio habuit anima mea. Quemadmodum & alibi ait. Stercus solennitatum vestrarum & fetorem thuris vestri vltra non feram. Deus autem sacramenta sua & verba sua, benedictionem suam, & legem suam, & altare suum, & potestatem, ac sacerdotium suum agnoscit etiam in sacerdotib⁹ malis, approbans ea, vt sua dona, sua munera sancta, non vt hęc prosit eis in scelere perseuerantib⁹, sed vt ipsa dei sancta etiam per malos dispensata prosint his, qui hæc rite accipiunt. Nam sanctum est quod deus dat etiam p ministros dispensantes non sancta conscientia, sicut bona est paupertas eleemosyna etiam per ministrum improba voluntate dispensata. Quamuis autem spiritus sanctus in pluribus scripturę locis aduersus impiorum sacrificia generaliter loquatur contra omnes qui absq; fide & misericordia præsumũt iusticiã assequi ex operibus & sacrificijs nudis, tamẽ Esaię primo, & Esaiæ vltim. Aggei secundo, & Malachię primo cæteriscp in locis multis loquitur de tempore nouę legis cõtra Iudaicum populum, qui occidit mediatorem dei & hominum Iesum Christum in ceremonijs, & sacrificijs illis designatum, qui & eundem vsq; nunc blasphemare non desinit, arbitrans se sanctificari ex legis Moysi ceremonijs & sacrificijs, quę etsi olim tanq; vmbrę Christi tunc vẽturi grata deo fuerunt, tamen iam aduenientę gratia, & veritate cõpleta sunt & esse desierunt. Et ideirco huiuscemodi omnia, quę ipsi Iudęi nũc offerũt in synagoga sua contaminata sũt, irrita, & falsa. Manus enim eorum sanguine sunt plenæ, dum repudiantes mediatorem Iesum in hodiernum vsq; cõsentiunt in eius mortem. Esaias igitur reprobat non solum indigne offerentes, sed & ipsa etiam holocaustа, sacrificia, calẽdas, & solẽnitates dicens se amplius nolle ea odio habere, abhorrere ea, & ea sibi esse molesta, & quod vltra non feret ea. Deus sub lege Moysi, cuius odio habebat & abhominabatur sacerdotes indigne offerentes, non tamen pro eo tempore

Manus Iudæorum quomõ plenæ sunt sanguine.

pore odio habebat, aut abhominabatur ipsam legem, aut ipsius legis sacrificia & ceremonias, quibus pro illo tempore se coli voluit, & mandauit. Ex quibus consequens est Esaiam texere prophetiam de tempore, pro quo non amplius curreret præceptum de huiuscemodi sacrificijs obseruandis. Et hoc est diligenter obseruandum in prophetis, quod interdum loquantur contra ipsam legem Moysi, contra ipsa sacrificia, tanq; prophetantes tempus futurum, in quo non amplius huiuscemodi lex obseruata, & sacrificia erũt bona, deo placita, sed abhominabilia deo, & exosa. Interdum vero loquntur non contra legem, aut legis sacrificia, sed contra indigne offerentes, vel contra confidentes in nudis operibus, & sacrificijs, arbitrantes huiuscemodi obseruantijs se placare deum, absq; fide & misericordia.

Oseæ autem capite nono, ad literam loquitur contra sacrificia Iudęorũ añ aduẽtũ Christi positorũ i captiuitate sub Aegyptijs & Assyrijs, vbi Iudæi sedẽtes absq; tẽplo & absq; altari, libabãt dijs alienis, comedẽtes idolothyta, & panẽ luctus. i. sacrificiũ mortuorũ; qui erãt cibi in lege phibiti, vbi nõ solũ offerẽtes, sed & comedẽtes immũdi erãt cum non placerent deo nec offerentes ipsi, nec oblata.

De tali genere baptismi interpretatur & id Ecclesiastici trigesimoquarto, Qui baptizatur a mortuo, quid ei prodest lauatio? In huiuscemodi enim verbo, inquit Augustinus, baptismata sunt denotata paganorũ, qui homines mortuos colunt, in quorum nomine baptizantur in templis deorum. Vel, vt idem inquit, huiuscemodi verba apud antiquos & Græcos codices aliter scripta, alium insinuant sensum cohęrentem sententiæ sequenti. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid ei prodest lauatio? Sic hõ q ieiunat in peccatis suis, & iterũ eadẽ facit, quid proficit humiliando se? Et hunc sensum habẽt nũc latini codices, ex quo nequaq; consequẽs est hoẽm baptizatũ a mortuo. i. peccatore nõ mũdari, sed eũ nõ pmanere mundũ, si eadẽ faciat. Deinde & manifestum est, q scriptura ibidẽ ad literam, nõ de baptismi sacramẽto, sed de lotione, qua lauabant hi, q tetigerant mortuum, quos oportebat expiationis aqua lauari &

Universidad de Deusto
Biblioteca

mũdari, vt patet Num. 19. Atq; ita textus ille nihil ãgit contra baptismi sacramentum a prauo ministro dispensatum.

Aliud ergo est de falsis sacramentis quæ fiunt in idolorum templis. Aliud de Christianorum sacrificijs, & sacramentis. Nam huiuscemodi Christianorum sacramenta, & sacrificia cum sint veri dei sacramenta, etiam a prauis sacerdotibus Christianis aut hęreticis indigne dispensata, & si obsint ipsis indigne sancta ipsa tractantibus, in se tamen sunt sancta & deo placentia, & prosunt recte accipiẽtib⁹. Sancta sunt vbi est aqua cũ chrismate in trinitatis nomine ministrata. Sãctus panis, & potus consecratus sancta sunt dei munera, cũius dispensationes, id est actiones, quib⁹ dispensantur prodeuntes ex impia, superba, aut hæretica voluntate sunt mãlæ & abhominabiles deo, & ita dei benedictio a sacerdote malo exhibita, mala quidem est sacerdoti indigne benedicenti, sed ipsa, in quantum est bonum dei verbum, bona est accipienti. Secus est nunc de ceremonijs, & sacrificijs veteris legis, quę solum erant instituta, vt ad tempus seruarentur tanq; vmbrę, signa, & figuræ rei futuræ, quæ suo tempore complenda erat. Et idcirco iam adueniente Christo veritatis luce remanent quidem illa Christianis tantum ad intelligentiam prædictę atq; iam impletę prophetiæ legenda, sed non facienda, quasi adhuc expectãdum esset vt veniret lux, quę sub illis vmbris & figuris promissa erat, quibus fit vt nunc in Iudęorum synagoga, neq; offerentes, neq; ipsa oblata deo placeant. Pro certissima itaq; fidei regula ex apostolica doctrina tenendũ est, & nullatenꝰ dubitandũ Christianorũ sacramenta etiã a prauis sacerdotibus dispensata prodesse rite accipientibus. Et id quidem non ex merito ministri dispensantis, sed ex opere operato dispensato, per quod deus sanctificat hominem rite accipientem, quemadmodum declarauit Paulus apostolus primæ ad Corin primo & tertio cap. Obiecerit forsitan quis sententiam Hiero. improbantis sententiam eorũ, qui putant eucharistiam facere imprecantis verba, non vitam, necessariam esse solennem orationem nõ sacerdotis merita. Respondeo. Hieronymus improbat errorẽ eorũ

Quãuis in Christiana ecclesia praui sacerdotes offerentes nõ placeãt, sacrificia tamẽ & deo oblata placẽt.

In Iudæorũ ecclesia neq; offerẽtes, neq; oblata seu sacrificia deo placẽt.

eorum qui putant sibi proficere si qualitercumq; dicant cõsecrationis verba, & se digne & laudabiliter eucharistiam facere, si dicant orationem solennem. Et ad id digne faciendum non esse necessarium ipsis, vt habeant vitæ sanctimoniam. Hoc autem falsum, sed non inde consequens est sacramenta, aut sacrificia Christi per illos celebrata esse irrita, & non prodesse sumentibus. Nam preces quæ nomine ecclesiæ fiũt a prauis episcopis & sacerdotibus pro populo exaudiuntur a dño, neq; credenda est hæc doctrina esse solũ Thomistica, aut Scotica sentẽtia, siquidem Thomas & Scotus, venerabiles viri non fuerunt primi huius doctrinæ inuentorers, & huiuscemodi non ex suis cerebris confixerunt, sed & sic docuit vniuersalis ecclesia ab initio ex doctrina Christi & Pauli Apostoli, qui Corin. facientes schisma super hac re coarguebat, quemadmodum iam olim libro secundo cõtra Permenianum tradidit Augustinus, Verba bona, inquit, quæ pro populo dicuntur in precibus, etiam si a malis dicantur episcopis, exaudiuntur tamen non pro peruersitate præpositorum, sed pro deuotione populorum. Vnde hoc quod dicitur, Scimus quia peccatores deus non exaudit, non dei, sed hominis cęci est sententia. Certum ex scripturis est, deum interdum audire peccatores, tam pro alijs, q̃ pro se deprecantes. Verba bona Balaam alienigenæ imprecantis olim pro populo exaudiebantur a domino, Numeri. 22. Publicanus peccator orabat, vt iustificaretur, & iustificatus est, vt desineret esse peccator. Quod si ecclesiæ præpositus non Christi, sed hæreticorum sacramenta, quæ Christus non instituit, dispenset, iam falsa sunt sacramenta, irrita, & idcirco reiteranda, cuiusmodi sunt Arrianorũ baptismata. Si autem ipse prępositus vera Christi sacramenta, aut sancta dei ῥẏba dispẽsans fuerit fictus. i. foris pietatis formã exhibẽs, int⁹ aũt rpale lucrũ aut fauorẽ spectans, fugiet quidẽ ab eo spiritus sanctus. i. deest saluti eius, & aufert se a cogitationibus illius, tamen non deserit illius ficti sacramentum, quo per eundem fictum idem spiritus sanctus salutem operetur aliorum, dicente Apostolo Paulo, Si volens hoc facio, mercedem habeo, si autem inuitus, i. propter commoda

De precibus nomine ecclesiæ factis pro populo a prauis sacerdotibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lucraq; carnalia hoc facio dispensatio mihi credita est, id est, illis prodest, quibus hoc dispẽso non mihi qui inuitus, aut fictus facio. Errant autem hęretici, quia non distingunt inter habere, & recte habere, inter dispensare, & recte dispẽsare, nam & dispensantur reuera ad salutem aliorum etiam interdum ea, quæ non recte dispensantur ad salutem dispensantium. Hactenus libro secundo contra Permenianum.

Ad doctrinam Apostoli primæ ad Corin. 5. iam patuit responsio Apostolum videlicet loqui de criminosis per censuram ecclesiasticam, vel iam sublatis, vel iam tollendis de medio fratrum. Sed hac censura debet prælatus vti cum cautela & prouidentia, ne ledantur frumenta. Proinde iniustus si propter aliquam seditiosam factionem non possit ab ecclesia separari. tolerandus est in sacramentorum officijs, nec oportet id cõcedere, q; maculosus alĩ purificet, seu a sordibus abluat, aut immundus mundet. Christus enim est, q intus purificat, intus abluit & mundat. Siue ergo apersido siue a fideli dispensatore sacramentum quisq; accipiat non sacrificat, nisi deus. Vnde & olim ipsi hęretici Donatistæ scripturis conuicti, recte quidem senserũt dicentes. Si minister iniquus occultus est, verum dispensat sacramentum, quo mundatur is qui accipit. Sed errabant ęstimantes peccatores publicos non vera dispensare sacramenta. Deinde & Cyprianus ipse, sicuti iam patuit falso putauit hęreticorum, & schismaticorum sacramenta esse irrita, propterea q; tales ecclesiastica communione præcisi extra ecclesiam bene dicere, aut consecrare nequeant, tamen vere credidit, sicut iam diximus veracia esse sacramenta iniustorum sacerdotũ in ecclesia, etiam eorum, quorum crimina sunt manifesta.

Quamuis igitur huiuscemodi criminosis in ecclesiæ constitutis sacramenta non prosint, q̃diu perseuerauit in crimine, vtiq; tamen prosunt alijs, qui sacramenta ab eis rite accipiunt. Ad verbum prophetæ arguentis eum, qui cum fure currit, aut ponit cum adulteris portionem suam.

Respondeo. Propheta coarguit eum, qui sua societate participem se facit criminis furti, vel adulterij, quasi furem vel adulterium in suo peccato fouens vel tacens, aut negligens correptionem cum posset emendare. Aliud est furem vide

videre currere cum eo in peccatũ furti vel adiutorij. Aliud est furem videre & cum eo accedere ad altare & accipere diuinum sacramẽtum. Similiter aliud est odire ecclesiam malignantium, id est, malignitatem ecclesię, & non sedere consensu cordis cum impijs, id est, corde non habere conplacentiam, aut corripiendi negligentiam in malicijs eorum. Aliud est inter impios & cum impijs corporaliter non conuersari. Multum interest inter tolerantes, qui lugent & ingemiscant, quia hęc displicent, & inter consentientes & negligentes corripere, quibus hęc placent aut saltem non displiceant, quasi proximorum mala nihil ad se pertineant. Ad argumenta diui Cypriani probantis hęreticos & schismaticos non posse remittere peccata, ex eo quod non habeãt spiritum sanctum, atq; ita omnia eorum sacramenta esse falsa, irrita, & inania. Respondens Augustinus. Non accipimus inquit, quod de baptizandis hęreticis, & schismaticis Cyprianus dixit, quia hoc ecclesia non accipit, pro qua Cyprianus suum sanguinem fudit. Pro solutione autem argumentorum Cypriani sciendum est primum, quod ipse Cyprianꝰ aliter sentiebat de sacerdotibus hæreticis, schismaticis, excommunicatis ceteriscq; ab ecclesia prescisis. Aliter de sacerdotibus prauis, auaris, fornicarijs, & ceteris nondum ab ecclesia separati. Nam sacramẽta dispensata ab istis, qui sunt adhuc in ecclesia, quæ sanctum spiritum habet Cyprianus credidit vera esse sacramenta. Dispensata vero ab illis qui iã sũt extra ecclesiã, vbi spiritꝰ sanctus esse nõ potest credidit esse irrita, & inania, & ita reiterãda. Diuꝰ ergo Cyp. credidit prauos sacerdotes, episcopos, fornicarios, et auaros, fœneratores nondũ extra ecclesiã aut sua spõte, aut per censurã ecclesiasticã cõstitutos dispẽsare vera sacramẽta & eos dẽ q; diu mãserint in ecclesia noĩe ecclesię facere quod facit. Et idcirco sacramẽta ab illis dispensata vera esse nõ reiterãda. Et in hac parte Cyp. cũ alijs catholicis recte sentit. Decẽs aũt hęreticorum, schismaticorũ, & cæterorũ ab ecclesia pscitorum sacramenta ab illis dispensanda irrita esse falsa, inania & iterãda, errant contra antiquam ecclesiæ catholicę consuetudinem. Proinde & illius temporis

De sacramẽtis hæreticorum & excõmunicatorũ Cyprianus sensit, q; sacramentis prauorum sacerdotũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proinde illius temporis Romani pontifices, Stephanus & Cornelius. Item & posteriores, Augustinus & cæteri inniten tes veteri consuetudini Romanę ecclesiæ, intellexerūt ex scripturis sacris, sacramenta Christi vera esse, per qualeslibet administrentur. Ad baptismum, inquit Augustinus, quod verbis euangelicis consecratur non pertinet cuiusq; vel dantis, vel accipientis error, siue de patre, siue de filio, siue de spiritu sancto aliter senserit, q̄ cœlestis doctrina insinuat. Et ita apud hęreticos extra ecclesiam vera sunt sacramenta, vera dantur sacramenta ab eis, & vera accipiuntur ab eisdem, sed gratia sancti spiritus seu fructus sacramenti non nisi p spiritum sanctum suo sacramento assistentem, seu præsentē accipitur, siue per bonum ministrum, siue per malum dispē setur. Et hanc sententiam Augustinus, & alij patres roborauerunt validissimis scripturæ testimonijs, & præsertim ex sententia Pauli, primæ ad Corin. 2. redarguentis Corin. qui iā ex huius occasione schismata in ecclesia cœperant facere, quibusdam gloriantibus in baptismo Pauli, quod a Paulo baptizati essent, quibusdam quod ab Apollo, cōtra quos clamat, cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis. Cum enim quis dicat ego sum Pauli, ego Apollo, nonne homines estis? Quid est Paulus, quid ē Apollo, nisi ministri eius cui credidistis, neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat deus. Qui ergo gloriat non in homine, sed in deo glorietur. Quibus verbis Apostolus Paulus plane docet salutem non esse ex merito hominis sacramenta dispensantis, sed ex virtute dei intus per sacramentum operantis.

Sacramentum quod accipitur, si tanto melius est, q̄to melior est minister, per quem traditur, tanta erit sacramentorum varietas, quanta in dispensantibus ministris meritorū diuersitas, & ita meliorem baptismum dedit Paul⁹ q̄ Apollo. Contra quem errorem aduersus eos, qui iam schismata propter diuersa merita hominum ministrorum facere cœperant, clamat ibidem ipse Paul⁹. Gratias ago deo meo, quod neminem vestrum baptizaui, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Et cum in argumento assumitur,

extra

extra ecclesiam non esse locum veri sacrificij, non esse verū altare, non esse verum sacramentum. Respondeo. Apud eum qui est extra ecclesiam nō potest esse verū sacrificiū, vera eucharistia, verū baptisma, verum Chrisma veritate, q̄ p- ficiat ad salutē eius, q est extra ecclesiā. Vtiq; tñ extra ecclesiā huiusce mōi munera Christi sūt vera ῾῾itate sacramenti.

Quō sacramentū uerū nō est extra ecclesiam.

Pro quibus plane intelligendis quędam conuenit prę noscere, quod aliud est sacramentum, aliud sacramenti virt⁹ seu effectus. Sacramenta Christi, extra ecclesiā Christi, & dispensantur & accipiūt, sed non prosunt, nisi his qui aut sunt aut efficiuntur ecclesiæ membra. & ita sacramentum, cuius extra ecclesiam interdum habetur, & accipitur, gratia tamē sacramenti non nisi ab eo, qui est in ecclesia obtinetur. Verum dei signum, & characterem Christi, & verā propheta rum scripturam cognoscimus etiam apud falsos homines, prauos, adulteros, traditores, sicut vera sunt apud Iudęos, et paganos dei munera, sensuum vigor, sanitas corporis, verū aurū, & frumentum, quæ & in vtilitatē nostram dispensant interdum nobis. Ita & apud Antichristos, qui siue int⁹ siue aperte foris esse videantur, possunt esse vera euangelia, doctrinę salutares, & vera sacramenta, quę sunt Christi munera, & per quę non ipsi, sed Christus cōmunicat suum spiritum nobis cupientibus esse membra in corpore Christi, q̄d est ecclesia. In omnibus enim sciendum est, quod sacramēta Christi sortiuntur effectum non ex merito eorum, per quos dantur, sed ex virtute ipsius Christi, de quo dicit, Hic est qui baptizat. Neq; qui plātat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat, deus. Et idcirco quāuis ministri sint impudici, & immundi, sacramenti sanctitas polluī nō potest. Aliud itaq; est sacerdotē remittere peccata ex suę vitę merito. Aliud est sacerdotem remittere peccata per sum ministerium deo dante intus incrementa. Insuper quē admodū aliud est posse via facti aliquid facere. Aliud ē via iuris seu iuste posse aliqd facere. Sic aliud ē posse via facti sacramēta, aut cōficere, aut accipere, aut dispēsare. Aliud est via iuris seu licite hęc posse facere. Et idcirco nō oportet cōsequēs esse, si hęretic⁹ nō habeat ius baptizādi, q̄ ergo non

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum est baptisma quod dispensat. Item hæreticus episcopus etiam nominatim excommunicatus, & ab ecclesia præcisus, cuius iure non possit conferre ordinis sacramentum, si tamen quempiam ordinet, is vere est ordinatus, neq; est cū ad ecclesiam venerit reordinandus. Nam multa contra ius dantur, nec tamen ideo vel nulla vel non data dicuntur.

De sacramentis et absolutionibus ministratis ab hæreticis, & excōmunicatis.

Deinde aliud est veraciter aut habere, aut accipere, aut dispēsare sacramenta, aliud salubriter hæc facere, is qui aut perseuerat in crimine, aut extra ecclesiam separatus, veraciter q̄dem & habere, & accipere potest baptismum, eucharistiam, ac sacerdotalem ordinem, sed extra ecclesiam, neq; habet, neq; accipit, neq; dispensat hæc salubriter sibi, cuius interdū proficiat in salutem aliorum. Ex his igitur manifestum est, q̄ nā pacto quædā prohibeant iure irritāte fieri, quę si tentētur fieri irrita sunt. Alia fieri prohibētur, quę tamen si fiāt, veraciter fiunt & obtinent firmitatem, hæretici, scismatici, excommunicati, nominatim ab ecclesia separati, quædā facere prohibentur, quæ tamen si faciant, veraciter faciunt. Prohibentur solenniter baptizare, eucharistiam conficere, v̄bis tamen euangelicis, aut baptizantes, aut eucharistiam conficientes, vera faciunt sacramenta. Quædam rursus facere prohibentur, quæ si facere tentent irrita sunt & inania, nempe hæretici & excommunicati, tales sunt potestate iurisdictionis ecclesiasticę spoliati, & ideo neq; excōmunicare aut ligare, neq; absoluere alios a cēsuris aut peccatis possunt, quæ si facere tentent, nihil efficiunt. Et ideirco nulla potest ab eis fieri remissio peccatorum seu sacramentalis absolutio. Aliud proinde est de potestate remittendi & retinendi peccata, & de potestate ligandi & absoluendi.

Aliud de potestate baptizādi et cōficiēdi eucharistiā, bñdicēdi & cōsecrandi sacerdotes. Sic ab initio sp intellexit eccl'a, sacerdotes q sūt iurisdictiōis, tā i foro priuato, q̄ i foro publico posse amittere, sed nō ea q̄ sūt sacerdotalis ordinis. Et ideirco oēs cēsurę, excōmunicationes, & a peccatis vel a cēsuris absolutiōes emanātes ab excoīcatis cōtra ius irritās, sūt casse & innanes, tanq̄ late nō a suo iudice. Dixi signāter, cōtra ius irritās factæ, quę cēsura vel absolutio sacramētalis facta a

cta a pastore occulte hęretico, aut gñaliter excoīcato tolerato ab eccl'a, & nondū iudicialiter & noīatim cōuicto, vera ē & valida, quēadmodū salubriter ꝓuisū ē timoratis cōsciētijs ꝑ decretū vniuersalis eccl'ę i Cōstantiensi cōsilio, vbi statuit, ꝙ nemo deiꝑceps a coīone alicui⁹ in sacramētorū receptiōe, aut administratiōe, vel in alijs ꝙbuscūq; diuinis intus et extra prętextu cuiuscūq; sentētię aut cēsurę ecclesiasticæ ab homie vel a iure gñaliter ꝓmulgate, teneaī abstinere vel aliquē vitare, vel interdū ecclesiasticū seruare, nisi specialiter a iudice in personā, aut in collegiū fuerit huiusceмodi sententia publicata & denunciata specialiter & expresse excepta inie ctiōe manuū violēta in clericum a deo notoria, vt nulla tergiuersatiōe, nullo iuris suffragio valeat excusari.

Secundum limitationem hanc sunt accipienda, quæ super hac re Gratianus recitat. 24 quæstione prima, docens eum, qui ligatus est non posse alium soluere, vel ligare. Canones enim & decreta, quæ sic docent non includunt occulte, aut generaliter solum & non nominatim excommunicatos. Quod si decreta quęuis aut magistrorum veterum dogmata expresse decernunt etiam eos qui generaliter solum sūt excommunicati non posse absoluere, vel ligare, iam hęc ipsa sunt per Constantiēse consiliū secundū illam partē abrogata. Atq; ita consequens est, quod prelatum generaliter aut occulte excommunicatum ita seruare suę iurisdictionis vsum & executionem vt etiam valida sint, quæ interim ligat aut soluit, quia decretum consilij Constantiensis rigorem canonum de vitandis sic generaliter excommunicatis misericorditer relaxat, non solum quo ad communionem in receptione aut administratione sacramentorū, sed etiam quo ad communionem in alijs quibuscumq; tam intus, cū & extra diuina. Proinde glosa eadē causa, & quæst. docēs in summa, ꝙ omnis hæreticus, q̄tumuis occultus, est excōmunicatus, & ideirco excōmunicare alios non potest. hæc inquam glosa ędita ante indultum consilij Constantiensis, iam autoritatē nō habet. V n scięndū ē, quēadmodū prelat⁹ mortali peccato ligat⁹ potest aliū soluere a peccato, & ligare sua sna, q̄ valida erit et firma, si nō suo decreto irritāte, obstet eccl'a.

Sententiæ & censuræ iudicis occulte excommunicati sūt validæ.

Ita improbus iudex & criminosus, etiam hæreticus, potest secundum iuris ordinem iustam ferre sententiam, quam & ecclesia ratificat, quam diu eundem in suo officio tolerat.

Sic Petrus de Palude in quarto, scribens etiam ante sæculum Constantiensis concilij docet excommunicatum occultum posse excommunicare alium, probans id per decretalem, ad probandum, de sententia & re iudicata.

Amplius autem scire conuenit, quod q̄quam non prohibemur a sic generaliter excommunicatis sacramenta recipere, vel eosdem collaborantes in orando, aut sacramenta ministrando vitare, vtiq; tamen prohibemur naturali & diuino iure sic generaliter excommunicatis non ministrare sacramenta, nec; in publico, si excommunicatio multis pateat, nec; in priuato, si soli sibi constet, quāuis enim contra ius diuinum & naturale sit sanctum dare canibus, non est tamen cōtra ius diuinum exigere sanctum a canib⁹, quia illic absq; fructu & vtilitate, sanctum in sterquilinium mittitur, & grauat in damnationem, quod institutum fuit ad medelam.

Istic autem sanctum ad vtilitatem spiritualem a canibus & immundis reuerenter acceptum in templum dei colligitur. Accessurus ad Eucharistię sacramentum, attendere debet non ministri dispensantis, sed suam ipsius conscientiam, non sacerdotem a quo recipit, sed semetipsum debet iudicare. Probet, inquit Apostolus, seipsum homo, & cet. Si nosmet ipsos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur a domino. Sanctum enim est quod deus dat, etiam per ministrum dispensantem non sancta conscientia. Proinde Augustinus in libris contra Petilianum, contra Cresco, & cōtra Donatistas toties exaggerat, iteratisq; vicibus inculcat populū esse securum, qui deum patrem, & matrem eius ecclesiam tenet, qualescumq; sint ministri, vt nemo glorietur in homine ministrante, sed in deo intus operante. Ex supra dictis igit habes, quod sicut iā post indultū Constātiensis concilij sacramētalis absolutio impēsa a pastore generaliter vel occulte excommunicato, aut infecto Lutherana vel alia hæresi, nō est propter huiuscemodi excommunicationem generaliter latam, irrita, sed valida. Ita & licite potest subditus, si nō aliud obstet

obstet ab eodem scilicet excommunicato absolutionem petere & accipere, q̄diu ipse in suo pastorali officio toleratur ab ecclesia. Censetur autem tolerari, donec specialiter, & nominatim fuerit a corpore Christi, quod est ecclesia, separat⁹, aut suspensus ab officio. Verum hęc in nullo suffragātur, ipsis sic generaliter excommunicatis, q in graue damnum & detrimentum animarum suarum contemnentes ecclesiæ claues, sese impudēter diuinis ingerunt, sacramēta aut accipiētes, aut dispensantes, qui non nisi authoritate pontificis sūmi valent ab huiuscemodi censuris liberari. Non eorum igitur sed aliorum multorum saluti voluit huiuscemodi suo decreto ecclesia consulere. Quod si nobis obijcias. Ius diuinū in scripturis, quibus præcipitur vnicuiq; Hęreticū post vnā et secūdam correptionē, ad Tit. 3. deuita. Et rursus. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere illum in domum, nec aue dixeritis ei, qui dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Respondeo ex supradictis huiuscemodi prohibitiones iuris diuini causas habēt, qb⁹ cessantibus, cessant & ipse prohibitiones. Oportet quidem vitare hæreticos, vbi & quando visum fuerit necessarium, vel ad eorum correptionem, vel ad nostram & aliorum cautelam, sic vt ī vitando eorum consortio, seruetur prudentia, ne ledantur frumenta. Et quia huiusmodi sunt iuris naturę limites, idcireo decretum ecclesię, cum nequeat ius diuinum tollere, nō suffragatur nobis quo minus teneamur a communione talium abstinere, dum visa fuerit necessitas, vel pro reductione eorum, vel pro cautela salutis nostrę aut aliorum. Amplius autem sciendum, quod & si valida sit censura ecclesiastica ac etiam sacramentalis absolutio, aut lata, aut impensa ab excommunicato pastore, vel a iudice hęretico tolerato in suo officio, quod prius rite ab ecclesia acceperat, censurę tamen & absolutiones impensæ a Lutheranis, vel alijs hæreticis, sacerdotibus non pastorib⁹, qui nemine episcopatum, aut curam pastoralem dante sese ingerunt curis & regimini ecclesię, sunt irritæ & inanes. Et idcirco a talibus absoluti remissionem non accipiunt peccatorum. Hoc etiam addendum, quod aliud est de ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luthero, q iam nominatim est declarat⁹ hæreticus & excoi-catus, Aliud de fautoribus, & sectatoribus doctrinę illi⁹ nō dum sic denunciatis. Ex supradictis igitur memoriæ mandandū est episcopum, aut prælatum, aut iudicem nominatim excommunicatum, ea quæ sunt iurisdictionis perdidisse. Proindeq; eum, neq; posse excoicare quemq̄, neq; sententiā, aut censuram, neq; absolutionē a peccatis, vel ab excō municatione dare neq; iudicare neq; cōmittere. Episcopū vero prelatum, aut iudicem solum generaliter & nō nominatim excommunicatum, vel suspensum ea quæ sunt iurisdictionis in foro pœnitentiali non perdidisse per eundem etiam sic excommunicatum, occultum tamen & ignoratum, ratione publici officij gesta, & iudicata esse valida, veluti si vt iudex sentētiam tulit, excoicauit, absoluit, aut bñficiū cōtulit.

De gestis per excommunicatos.

Cæterum ad sciendum, quomodo episcopi auari, fœneratores, adulteri, hęretici etiam extra ecclesiam nominatim reiecti potestatem habeant dandi spiritum sanctum, & remissionem peccatorum, aduertendum est quod ecclesiastici patres, vt Hieronymus in epistola ad Hedibiam, quęstione nona, & Augustinus in quęstionibus veteris & noui testamenti ex scripturis sacris docent Apostolos multoties accepisse eundem spiritum sanctum. Primum ex eo tempore quo crediderunt in Christum, semper habuerunt spiritum sanctum pro modulo atq; mensura. Cum quis incipit credere in Iesum accipit spiritum sanctum etiam antecq̄ baptizatur. Petro prædicante verbum fidei, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audierunt verbum dei, & ait. Quis prohibit, vt nō baptizentur hi, qui acceperunt spiritum sanctū, sicut & nos. Deinde Apostoli prima resurrectionis die acceperunt etiam spiritus sancti gratiam, qua peccata dimitterent & baptizarent, & filios dei facerent, & spiritum adoptionis credentibus largirentur, ipso saluatore dicente. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et hæc est gratia gratis data, quæ per impositionem manuum infunditur, ordinatis etiam his, qui praua intētione & in peccato sacramentum ordinis accipiunt, q̄uis debite pręparati, & rite acipientibus, gratia gratificans augeatur.

Spiritus sanctus multocies datus Apostolis.

Postre

Postremo in die pentecoste accipiunt spiritum sanctum, quo induuntur virtute ex alto accipiētes diuersitatem linguarū, ad prędicandum Christi euangelium cunctis gentibus, nullo indigentes interprete. Hactenus Hieronymus, & Aug. & aliorum patrum ex scripturis sacris intellectus, quo poteris considerare argumenta diui Cypriani hac in re non cōcludere. Nam cum primum obijcit. Hæretici & schismatici non habent spiritum sanctum. Spiritus enim sanctus effugiet fictum & auferet se a cogitationibus, quę sunt sine intellectu. Non habent igitur potestatem remittendi, & retinendi peccata. Primum admitto antecedente ad sensum, quod non habeant spiritum se sanctificantem, dicim⁹ consequentiam esse inualidam. Nam & apud Cyprianum episcopi auari fundos insidiosis fraudibus rapientes, & fœneratores intus in ecclesia tolerati vere baptizant, cæteraq; sacramenta dispensant, qui tamen spiritum non habeant sanctificantem suas ipsorum animas. Deinde respondet Aug. ad antecedens, quod ficti & iniqui, q̄uis spiritum sanctum non habeant ad suam ipsorum salutem, spiritus tamen sancti⁹ ministerium eorū nō deserit, qui per illos salutē opatur aliorum. Spiritus sanctus effugiet fictum, id est, deest saluti eius qui fictus est, non tamen deserit ministerium eius, vide Augustinum libro secundo contra Permenianum, & signāter cap. vndecimo in libris contra Donatistas. Vnde spiritus sanctus, qui replens orbem terrarum nusq̄ deest, etiam per ministerium eorum qui sunt extra ecclesiam operatur, & multipliciter datur, id est, ad multa datur officia, dicente Paulo Apostolo, Diuisiones gratiarum sunt diuisiones ministrationum, sunt idem autem spirit⁹. Interdum datur ad iustificationē & meritum accipientis, vt in sacramentis baptismi & pœnitentię. Interdum ad robur & constantiā fidei Christianę, vt in confirmatione. Interdum ad faciendū signa & miracula, quo modo datur etiam malis, & impijs, sicuti reprobi quidam in iudicio dicturi sunt, Domine in nomine tuo dęmonia eiecimus & virtutes multas fecim⁹. Interdum ad prophetiam, sicut in Balaam, & Caipha & in omnibus bonis prophetis operatur spiritus sanctus.

Interdum ad ministerium seu officium ecclesiasticum seu sacramentum, cui ipse spiritus adest inuisibiliter operans salutem aliorum. Et ad hunc spiritus sanctus datus est Apostolis post resurrectionē Christi, dicente, Ecce ego mitto vos, &c. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quod tractātes Chrysostomus, Hieronymꝰ, Augustinus, dicunt Apostolos tunc accepisse quandam potestatem spiritualis gratiæ, non vt mortuos suscitent, & miracula faciant, sed vt dimittant peccata. Vnde sequitur, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Qualislibet sit is, qui dispensat Christi sacramentum, nihil sacramento officit, adest enim spiritus non semper ad salutem hominis dispensantis, sed ministerio hominis ad salutem accipientis. Fecit deus salutem per Iudam, quem ad prædicandum Euangelium misit, fecit per improbos sacerdotes, scribas & pharisæos, ad quos destinauit leprosos sanandos. Vnde mulier & laicus etiam paganus non Christianus, baptizans in aqua verbis euangelicis a Christo institutis, verum dispensat sacramentum, & apud eos est spiritus sanctus, non quidem iustificans illos dispensantes, sed per eorū ministeria, quibus est præsens sanctificans eos, qui rite ab eis suscipiūt. Vnde & iam hęreticus quispiam Lutheranus verum dispēsat baptisma, & veram conficit eucharistiam, et quā diu latet & toleratur ab ecclesia nōdum denunciatus, nominatim vere absoluit a peccatis Hic iam tres occurrunt obiectiones. Prima, Si in verbo saluatoris, Accipite spiritū sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. sit solis sacerdotibus data potestas remittendi peccata, & saluator verbū illud intellexerit, non solum de ea peccatorum remissione, quæ fit p sacramentum pœnitētię, sed & de illa quæ fit per baptismū. Quemadmodum & verbum illud intellexerūt Cypria. Origen. Chrysost. & Ambr. cur ergo mulier, laicus aut paganꝰ, non poterit etiā interdum remissionem peccatorū dare per sacramentū pœnitentiæ, & in necessitate sacramentū absolutionis impendere, aut eucharistiam conficere. Hoc aūt si fuerit admissum, videbit forsitan vera esse Lutheranorum sententia, docentium quemlibet Christianum esse sacerdotē, & pro lo

Baptismus Christi a Iudæo, uel a pagano non baptizato, uerum est sacramentum.

pro loco & tempore posse facere omnia ecclesiastica officia.

Secunda obiectio. Augustinus dicit vtrumcp esse sacramentum, videlicet baptismum & ius seu potestatē dandi baptismum. Illud, inquit, datur homini cum baptizatur, istud homini cum ordinatur. Si ergo mulier & laicus habēt in necessitate ius seu potestatem baptizandi, consequens videtur & eos tali in necessitate esse sacerdotes.

Amplius autem obijcitur tertio. Si potestas seu ius remittendi peccata, siue per baptismum, siue per sacramentū pœnitentiæ datur homini Christiano dum ordinatur sacerdos, poterit ergo sacerdos quiscp cum voluerit baptizare, absoluere, & eucharistiam conficere. Sed ad primum horum dicimus, cp ex scripturis semper intellexit ecclesia, Aliud esse de potestate remittendi peccata in sacramento pœnitentię, Aliud de potestate baptizandi, Aliud de potestate consecrandi eucharistiam. Nam semper intellexit ecclesia per vniuersum orbem, quod eucharistiæ sacramentum nemo potest cōficere, nisi q rite fuerit ordinatꝰ sacerdos ab eo, q habet ordinādi potestatē, quā Christus cōcessit Apostolis & eorum successoribus. Proinde quispiam non sacerdos, si tēteret consecrare panem & vinum in eucharistiam, nihil efficit, sed totum est irritum & innane, id est, nullum sacramentū. Baptismus vero ad inuocationem patris, filij, & spiritus sancti, per immersionem in aquam collatus perficit ad salutem tam paruulis, quam adultis in necessitate accipientibus, a quocumcp fuerit dispensatus siue a sacerdote, siue a nō sacerdote, etiam a muliere & pagano, seu Iudæo. Sacramentum baptismi sic posse ministrari, non solum per sacerdotē, sed & interdum per alios intellexit ecclesia, ex Actibus Apostolorum, in quibus diaconi nondum sacerdotes, leguntur baptizasse. Et ex scripturis quibus significatur, quod Christus misit discipulos suos baptizare antequam essent sacerdotes. Venit Iesus in terram Iudæam, & illic, inquit Ioannes, morabatur cum discipulis suis & baptizabat, q̄uis ipse non baptizabat, sed discipuli eius. Et quāuis Chrysostomus hoc tractās, videatur affirmare discipulorum baptisma, nihil amplius habere baptismate Ioannis, & vtrumcp fuisse

expers ea gratia, quæ ex spiritu sancto est, & vtriq; vnã fuisse causam, videlicet adducere ad Christum in spiritu sancto baptizandos. Augustinus tamen ad Gelucianum, & cæteri probatissimi arbitrãtur, quod in illo baptismo discipulorum dabatur spiritus sanctus, licet nõ ea manifestatione, qua post ascẽsionẽ in linguis igneis datꝰ ẽ, sicuti ipse spũs supra Christũ hoẽm descẽdit ĩ specie colũbæ. Vñ alio tpe, alĩsq; verbis baptismum instituit, & potestatẽ baptizandi dedit Christꝰ, alio autem tempore, alĩsq; verbis dedit potestatem remittendi peccata. Nam baptismi sacramentum fieri per immersionem aquę sub nomine trinitatis, instituendum significauit, dum ipse baptizatus a Ioanne trinitatem manifestauit, dum auditur vox patris in nube testificans de filio, & spiritus descendit in columba specię. Ipsum aũt instituit, aut dum Nicodemum instruens, dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Aut dum postea veniens in terram Iudææam, misit discipulos suos baptizare & docere in signis & virtutibus. Post resurrectionem suum baptismum iam institutum, obseruari præcepit dicens discipulis, Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Vnde inter circumcisionem & baptismum fuit medium tempus quoddam, quando circumcisio, & baptismus simul cursũ habuerũt, vt & recte agerent, qui circumciderentur, & remissionem peccatorum acciperent, qui a Christo vel discipulis eius baptizarentur. Baptismus igitur est institutus, priusquam Apostoli essent ordinati sacerdotes, & per eosdẽ Apostolos dispẽsatus, atq; ita potest non sacerdos conferre verum baptismi sacramentum. Sic senserunt ecclesiastici patres, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus & successores ad hæc vsq; tempora. Deinde & Philippus vnꝰ ex septem diaconis, non sacerdos baptisabat, sicuti patet in Actis Apostolorum.

De institutione baptismi.

Potestatem autem remittendi & retinendi peccata post resurrectionem dedit, eamq; post susceptionem baptismi habere non possunt, nisi qui sunt in ecclesia veri sacerdotes, quibus ipse Christus dixit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

Vnde

Vnde Ambrosius libro primo de pœnitentia, Ius hoc remittendi & retinendi peccata, datum in verbo saluatoris, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, solis permissum est sacerdotibus. Et ius hoc recte vendicat ecclesia illa, quæ veros habet sacerdotes, hæreses autem vendicare non potest, quæ sacerdos dei non habet. Munus spiritus sancti est officium sacerdotis, & ita non sacerdotes, quamuis verum conferant baptisma, non tamen veram conficiunt eucharistiam, neque verum conferant sacerdotalem ordinem, non veram tamen dant sacramentalem absolutionem & remissionem peccatorum.

Ius remittendi peccata, solis datũ est sacerdotibus.

Ad verbum eiusdem Ambrosij dicentis, Nihil interest, vtrum per pœnitentiam, an per lauacrum hoc ius sibi datũ sacerdotes vendicant, vnum in vtroque est ministerium.

Respondeo non esse de mente Ambrosij ex iure diuino solos sacerdotes potuisse baptizare. Nam & ipse Ambrosius in commentarijs super epistola ad Ephesios, ex scripturis docet, quod in primatiua ecclesia omnes de clero & baptizabant & docebant quibuscumque diebus & locis fuisset occasio, sed nunc res aliter, inquit, est ordinata. Vult igitur Ambrosius, quod non ex ordinatione Christi, sed ex ordinatione ecclesiæ, nunc solis sacerdotibus licitum est baptizare, quod tamen in necessitate etiam concessum est laicis, quia præceptum ecclesiæ nequit contra necessitatem obligare. Vnde immersio aquæ super hominem facta in nomine trinitatis, est sacramentum ecclesiæ a quocumq; dispensetur, siue a laico, siue a pagano, vel Iudęo, aut muliere, sicut panis & vinum iam per sacerdotem consecrata in corpus & sanguinem, verum est sacramentum, etiam si a muliere vel pagano dispensetur. Quamuis enim hæc a muliere vel pagano nequeant consecrari, vtiq; tamen cum iam fuerint per sacerdotem consecrata, vera sunt, si dispensentur per eosdem sacramenta.

In baptismo autem consecratio fontis & chrysmatis, quæ non sunt de substantia baptismatis, quamuis per solos fiunt sacerdotes, tamen ipsis iam consecratis, si vtatur in baptizando, non sacerdos verũ dispensat baptismi sacramentũ.

Et per hæc patet solutio obiectionis secundæ ex verbis Augustini dicentis, ius baptizandi dari hominibus, nõ cũ baptizantur, sed cum ordinantur. Manifestum est enim neminem debere in ecclesia sibi vsurpare officium, nisi qui fuerit ab ecclesia missus, & ad officium illud ordinatus. Atq; ita, ius seu potestas solenniter baptizandi non competit, nisi ecclesiæ ministris missis & ordinatis, sicuti supra ex sententia Ambrosij declarauimus. Proinde laicus, cuius possit in articulo necessitatis verum baptismi sacramentum dispensare, solenniter tamen baptizare cum benedictione salis & aquę exorcismo ad solas pertinet sacerdotes. Extra necessitatem neq; clericus, neq; archidiaconus, neq; mulier, neq; laicus, neq; diaconus, cardinalis potest vlli homini sacramentum baptismi ministrare. Quod si quicunq; vir nõ sacerdos extra necessitatem fecerit, irregularis efficitur, quẽ admodum textus habet capite primo de clerico non ordinato ministrante. Nam conficere eucharistiam, absoluere in foro dei a peccatis, ecclesia semp intellexit esse officia sacerdotalis ordinis, & ex iure diuino solum ad sacerdotes pertinere. Vnde in Actib⁹ Apostolorum, quãuis legam⁹ diaconos baptizasse, non tamen legimus eos, aut obtulisse altari sacrificium, aut consecrasse eucharistiam, aut imposuisse manus. Vnde & in epistolis Pauli in libro Actuum Apostolorum, & in doctrinis eorum, quæ fuerunt in ipsis Apostolorum temporibus, legimus distinctionem inter ordines presbyterij, & diaconatus. Et dum tertio obijcitur, Potestas remittẽdi peccata, si datur homini cum ordinatur, ergo sacerdos quisq; poterit quemlibet cum viderit oportunum a peccatis vel absoluere vel ligare. Respondeo consequentiã esse inualidam. Quamuis forsitan in mortis articulo sacerdos quisq; in ecclesia possit absente pastore absoluere hominem a peccatis, alias tamen non potest. Quia soluere & ligare aliquem sunt officia eius, qui ius seu potestatem habet super illum. In nullo foro potest quis soluere, vel ligare quem cũq;, præterquã subditum. In ecclesiasticis autem officijs facere hominem subiectum homini eius ẽ, qui curã gerit ecclesiæ, Cum ergo Christus præfecerit ecclesiæ suæ Petrum, huius

Quisquis extra necessitatem non sacerdos baptizat, is fit irregularis.

fuit

fuit diœcesis distinguere, aut distinguẽdas committere alijs, qui vnicuiq; episcopo suum grægem designarent. Sic ex Apostolorum doctrina discimus episcoporum officium esse cõstituere per loca & ciuitates presbyteros qui præsint gregi. Paulus quantũlibet cœlitus esset in euangelium Christi vocatus, nihilominus tamen spiritu sancto iubente, in antiochia per impositionem manuum discipulorum Christi segregatur vnacum Barnaba ad ministerium euangelicum, atq; Apostolicũ, Actuum. 13. Qua segregatione facta perambulantes ciuitates, non solummodo prędicauerunt, sed & ieiunantes, atq; orantes per singulas ecclesias constituerunt presbyteros, ibidem capite .14. & capite vigesimo ad maiores natu ecclesiæ. Attẽdite, inquit, vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiã dei, quam acquesiuit sanguine suo. Item ad Titum. 1. Reliqte Crete, vt quę desunt corrigas, & constituas presbyteros per ciuitates, sicut mandaui tibi. Si quis sine crimine ẽ vnius vxoris vir, oportet enim episcopum irreprehensibilem esse. Ad hoc igitur vt quis populo præficiatur, oportet illum ad hoc deputari, & segregari superioris authoritate.

Paulus a præpositis ecclesiæ mittitur.

Hic iam si rursus insteteris. Non est baptismus, nisi qui dispensatur nomine ecclesiæ, neq; est eucharistia, nisi quę nomine totius ecclesię offertur, neq; absolutio vera, nisi quę nomine impenditur ecclesiæ. Nam in Apostolorum collegio cui dixit Christ⁹. Accipite spiritum sanctum, & c. ecclesia, inquit Augustinus, designatur, sed hæreticus & alius quisq; separatus a corpore Christi, quod est ecclesia, nõ amplius facit quicq; nomine ecclesię, ergo & cęt.

Respondeo, id quod dicimus fieri nomine ecclesię, si intelligatur fieri iussu seu iussione ecclesiæ falsa est prior antecedentis propositio. Ex supradictis enim manifestum est aliqd verũ dei mun⁹ dispensari cõtra eccl'ę iussum. Multa contra ius dantur, & accipiuntur, vbi tam voluntas dispẽsantis cũ volũtas accipientis est mala. Non tamen inde cõsequens est id quod dispensatur, offertur aut accipitur malũ esse, aut irritum, aut nullum. Non erat mala eucharistia, quã Iudas mala voluntate accepit. Amplius autem præpositus,

Fieri nomine ecclesiæ.

M i aua

auarus, fœnerator, fornicarius, raptor, etiã hęreticus, aut excommunicatus, per generalem sententiam iuris, aut hominis non amittit suæ iurisdictionis vsũ anteq̃ priuetur huiusmodi iurisdictione, vel vsu per superiorẽ potestatẽ. Et ideirco noĩe ac iussione ecclesię facit ea, quę sunt officij sui, q̃diu ab ecclesia in illo officio tolerat. Vt aũt ex corporalibus discat intelligere spiritualia. Sciendum est, quod quemadmodũ in corporali potestate possibilitas corporaliter ligãdi aliũ, perditur nõ semp p ablationẽ potestatis corporalis, sed interdũ p ligamẽ, vel obstaculũ appositũ corporali potestati, perditur enĩ possibilitas ligãdi aliũ nõ solũ dũ manus auferũt, sed etiam dũ ligãt illi, vel dũ extra potestatẽ eius efficit, alter quẽ præsentẽ habebat & ligare poterat. Sic & suo modo intelligat fieri in potestate spũaliter ligãdi & soluẽdi. Interdũ enim retẽta pastorali cura suspẽdit præpositus ad tẽpus ab administratione eius, vt cũcta quę interĩ facit irrita sint & inania. Interdũ prsus deijcitur a sua potestate. Dare potestatẽ, & exequutionẽ spũalis iurisdictiõis est dare illi subditũ aut subditos, quos regat, aut pascat, secudũ euangelicã legẽ. Præpositus ergo nomine ecclesiæ facit, q̃diu ecclesia eũ in suo officio tolerat. Quod si iã per sententiã ecclesiæ nominatim priuetur, & prsus, aut destituat̃ a potestate, aut suspẽdat̃ ab vsu illius, q̃ us iã ãplius nequeat, neq; in foro publico, neq; ĩ foro priuato aut ligare, aut soluere, aut peccata remittere, et retinere, cũ iã man⁹ sua spũalis. i. potestas suę iurisdictiõis sit vl̃ ãputata p destitutionẽ a pastorali dignitate, vel ligata, p suspẽsionẽ ab officio, seu iurisdictiõis exequutiõe, vtiq; tñ potest via facti eucharistiã cõficere, & baptizare, qa ea quæ sunt ordinis integra manẽt & indelebilia etiã apud separatos ab eccl'a & spoliatos sua dignitate pastorali. Et idcirco sacerdotes etiã ab eccl'a separati, baptizãt, eucharistiã consecrãt, & ordinãt noĩe & veritate Christi, q verbis euangelicis a se institutis inuisibiliter assistit qualescũq; fuerũt sacerdotes. Ex doctria Apostolica manifestũ ẽ, q̃ nemo potest sibimetipsi huiusmodi potestatẽ dare, nemo potest semetipsũ alĩs prẽficere, aut se p̃positũ cęteris cõstituere. Nemo assumat sibi honorẽ, ĩgt Apost. sed q vocat̃ a dño tãq̃ Aarõ. Neq; enim Christus semetipsũ præfecit ecclesię, sed a patre

missus

missus claues regni cœlorũ accepit, q̃bus q̃ad vixit vsus est, trãsiturus aũt ex hoc mũdo eas Petro dedit. Et ita neq; Petrus, neque Apostoli semeipsos constituerunt ecclesiarum præpositos, non sibiipsis vsurparunt potestatem remittenddi, & retinendi peccata, sed a Christo hęc potestas in eos translata ẽ. Et ab illis sub Petro & illius successoribus secũdũ successionis seriẽ deriuata ẽ in successores.

Cęterum redeamus ad testimonia sanctoq; in. ii. argumẽto recitata, q̃b⁹ Cyp. opinat⁹ ẽ baptismũ ab hęreticis ab ecclesia p̃scisis acceptũ nõ esse verũ baptismũ, neq; eucharistiã neq; ordinẽ aut cõfirmationẽ ab eis sic p̃scisis dispẽsata esse vera sacramẽta, Et qa in argumẽtis p sententia Cyp. supius recitatis multa simul cõfũdũt̃, cũ intermixti ponãt̃ diuersæ potestates, vt potestas excoĩcãdi, ligãdi, soluẽdi, remittẽdi, et retinẽdi peccata. Potestas baptizãdi bñdicẽdi eucharistiã, aut cõsecrãdi hoies ĩ sacerdotes. De q̃b⁹ cñ est rõ lõge diuersa. Idcirco in testimoniis patrũ diligenter est attẽdendũ, de qua & quali potestate accipiẽda ẽ vnius cuiusq; authoris sẽtẽtia. Et hęc sunt diligenter obseruanda in sanctorum decretis, quæ citat Gratianus prima quęst. pri & .24. quęstione prima. Nam interdum sancti lequuntur specialiter de potestate excõmunicandi ligandi, & soluendi, remittendi, et retinendi peccata. Cuius generis sunt potestates iurisdictionis siue in foro dei priuato siue in foro publico. Manifestũ est quod sacerdotes, pastores, prælati, & episcopi, ea quæ sunt iurisdictiõis possunt amittere, & multis ex causis spoliari suis dignitatibus seu pastoralibus curis, aut suspendi ab vsu & exercitio earundem, sic autem spoliati excommunicare, ligare, aut soluere non possunt, quę si tentẽt facere irrita, sunt & ĩania, Et sic plane vidẽt loqui, capitulũ audiuim⁹ .24. quęst. 1. Et ad talẽ effectũ spũs sanctus, sicut ab eo q̃ est extra ecclesiã non accipit̃, ita ab eo q extra ecclesiam nõ dispẽsat̃. Vñ cõcludit̃ ibidẽ, cũ ergo peccata dimittere vl̃ tenere, excoĩcare, vel recõciliare op⁹ sit spũs sãcti, & virt⁹ Christi, apparet quod hi qui extra ecclesiã nec ligare possũt, nec soluere, nec recõciliãdo ecclesiæ coĩonẽ reddere, nec excommunicãdo societate eius priuare, execrare possunt, cõsecrare nẽ valẽt, cõsecrare ĩq̃, ispẽdẽdo sẽ recõciliatiõis bñdictionẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interdum autem loquūtur specialiter de potestate baptizandi,& de potestate ordinis,quę est potestas aut consecrandi eucharistiam, aut imponendi manus, & benedicendi sacerdotes. Et sic venerabiles ecclesię patres ante mille annos imitantes veterem ecclesiæ Romanę morem, docuerunt, ꝙ homines ab hæreticis baptizati,aut per impositionem manuum confirmati,aut ordinati, cum ad vnitatem catholicæ fidei redierint,non denuo baptizantur, neq; rursus ordinantur, nec in eis reiteratur sacramentum, quod ipsis in forma ecclesiæ est ministratum. Sic docet Augustinus in libro de vnico baptismo contra Donatistas,& libro secundo contra Permenianum capite decimotertio. Sic Hieronymus aduersus Luciferianos de baptismi & confirmationis sacramentis sētit, docens hāc cōsuetudinē fuisse seruatā a primordijs Christianæ ecclesiæ. Nam & plurimi hæretici, eruperunt, inquit,adhuc vernente Ioanne Apostolo,qui baptizabant & manus imponebant,& tamen nullum eorum legimus rebaptizatum, nec super vllum legimus denuo manus ad accipiendum spiritum sanctum fuisse impositas. Sed in Apocalypsi legimus omnes ad pœnitentiam fuisse hortatos,qui vł in Nicolaitarum fide erant baptizati,vel apud Pergamenos hæreticos impositionem manuum acceperunt.

Rursus cum argumentis assumitur. Quomodo potest alium mundare,qui ipse immundus est,quomodo potest benedicere,qui ipse maledictus est,quomodo perfidus,blasphœmus,mortuus,& extra ecclesiam constitutus, potest dare ti dem,sanctitatem,& in ecclesiam alios inducere, qui semetipsum neq; mundare potest, neq; in ecclesiam ducere. cum dicit scriptura,Omnia quæ tetigerit immundus,immunda erunt,quę participatio iusticię cum iniquitate,fidei cum pfidia,morti cū vita,luci cū tenebris. Respondeo. Ex superioribus patet huiusce modi argumentis non moueri ipsum Cyprianum, apud quem erāt nonnulli episcopi auari,fœneratores,osores fratrū,raptores. Sicut ergo illis apud Cyprianū dispēsantib⁹ sacramēta,remittūtur peccata hoīb⁹,& mū dantur homines,non per eorum merita, sed per vim & meritum Christi præsentis eorum ministerijs. Sic & hęretico, vel

vel extra ecclesiā constituto ministrante alteri in necessitate baptismi sacramentum,remittuntur baptizato peccata, per vim Christi viuificantis eundē baptizatū,vt efficiatur mēbrum in corpore ecclesiæ, quę permittit & approbat,& cognoscit etiam dominicū characterem ab adulteris & auaris, & hęreticis ministris dispensatum. Cyprianus igitur putās sacramenta ab hæreticis excommunicatis præscisis dispensata,non esse vera sacramenta,ad hoc opinandum non mouebatur ex hoc,ꝙ sic præscisi ab ecclesia,sint immundi,scelerati,& spiritu charitatis vacui. Nam & tum etiam dixisset sacramenta a sceleratis ministris occultis dispensata, esse falsa & irrita,quod neq; ipsi hęretici Donatistę ausi sunt dicere,ex scripturis sacris euidenter conuicti,sed mouebat Cyprianus ex eo,ꝙ credidit spiritum sanctum non operari per eos,qui iam foris sunt & extra ecclesiam,quod falsum est.

Et ideo dum vltra obijcitur, hæreticus, schismaticus,aut alius quiuis ab ecclesia separatus, non habet communem & eandem cum sanctis ecclesiam, non habet eandem simboli legem, ergo non habet idem & commune cum sanctis baptisma,& cum vnum sit baptisma,sicut & fides vna, consequens videtur eum nec habere,nec dispensare verum baptisma, sicut nec habet, nec docet veram, seu falsam fidem. Respondeo. Baptismus,ecclesia,& spiritus sanctus ab inuicem possunt separari, vt illic sit verum baptismi sacramentum, vbi neq; ecclesia,neq; fides,neq; spiritus sanct⁹. Aliud sacramentū, quod habere etiam Simon Magus potuit, aliud operatio spiritus, quę etiā in malis hominibus fieri solet,sicut in Saul & ī Caipha. Aliud est operatio spiritus sanctificantis, quam non nisi boni in ecclesia habere possunt. Et sicut falsa responsio eius,qui dicit se abrenunciare Sathanę,& nō abrenuncīat,non efficit,vt baptismus quem accipit sit nullus. Sic & malicia,error,ac hæresis illius qui baptizat,non facit irritū, aut nullum esse sacramentum. Hæc est plana Hieronymi & Augustini resolutio, ex scripturis declarare, secundū antiquam ecclesiæ consuetudinem ab Apostolorum ecclesia deriuatam. Et cum obijcitur hæreticos esse falsarios,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ergo eorum sacramenta non vera, sed falsa esse sacramenta. Sicut falsarius monetæ, nō verum sed falsum aurū exponit. Respondeo. Falsarij in vna re possunt verū aliquod aut exponere, aut dare in reb⁹ alijs. Sic & hæretici ī intellectu vnius scripturæ falsam & hęreticam tenentes sententiā, possunt seruare in sacramentis veram formam, quam seruat ecclesia, quam & Christus instituit. Atq; ita possunt etiam extra ecclesiam constituti, habere & dispensare verū mun⁹, qđ Christus dispensandū īstituit, p quod & spiritus Christi operatur. Falsa essent sacramenta, si dispensarent formā aliā, q̄ seruat ecclesia. Falsum est baptisma Arrianorum baptizātium in nomine patris maioris, & filij minoris, & spiritus sancti vtriusq; serui. Et cum vltra assumitur, his qui non sunt ecclesiæ membra, non est excommunicandū, vtpote hęreticis, scismaticis, & cęteris ab ecclesia præscisis, non sunt igitur sacramenta ab illis petēda & accipiēda.

Respondeo argumentū recte vtiq; cōcludere, catholicos non posse ab illis nominatim pręscisis sacramenta petere, ni si occurrente necessitatis articulo, in quo etiam posset quis baptismum a Iudæo & Sarraceno accipere, sed non inde sequitur, sacramenta vera non esse, quæ ipsi via facti dispensant. Hic iam si rursus obieceris. Episcopi praui fœneratores, q̄tumuis sint ab ecclesia tolerati, non sunt tamen ecclesiæ membra, ergo non est communicandum illis, & ita nec obedire oportet pręceptis eor⁹. Respondeo id nō seq, In corpore Christi, quod est ecclesia, sunt non solū membra viua, sed & putrida, arida, seu mortua, quæ sane membra, q̄uis non cohæreant vinculo charitatis, vtiq; tamen cohærent secundum visibilem quandam sacramentorum formam. Secundum euangelij præceptum, ecclesia non semper debet tollere aut abijcere de medio sui membra mortua seu putrida, sed debet tolerare interdum ne forte vbi fuerint p̄scisa, vel ipsa reddantur insanabilia, vel alia membra lędantur viua, vel periclitetur compago corporis tota. Et ita est alia ratio de episcopis prępositis, & pastoribus prauis in ecclesia toleratis. Alia de iā prescisis et ejectis foras. Nā illis oportet obedire, q̄ diu in suis dignitatibus toleran̄. His aūt quos

q̄s & saluator iāprecepit haberi, tā q̄ ethnicos & publicanos, non oportet obedire, cū iā apte foris sint. Et idcirco man⁹. i. suas potestates ligandi & soluendi pdiderūt. Cæteris vero sceleratis sacerdotib⁹ nondum ejectis, nōdum sic priuatis potestate sua, oportet propter honorē cathedrę in qua sedēt, honorē impendere, cēsuris sententiisq; iuste latis parere. Verū qdem est eos esse arida seu mortua mēbra, & nō coīcare cæteris mēbris in vnitate fidei & charitatis, sed nō inde cōsequēs ē eos nō magis, q̄ prescisos esse in corpore Christi. Nā q̄uis nō sint nec tēplum spiritus sancti, nec vera mēbra Christi, nec habentia spiritū Christi, nec cohærentia sibi spiritualī vita, sunt tñ in corpore Christi & inter mēbra viua cohærentia Christo, secundum visibilem quandam formā, & exteriorem quandam professionem fidei, quā non sicut hi qui apte foris sunt, lacerāt, impugnāt, q̄uis forte vel intus corde nō credāt, vel foris secundū illā nō viuāt, q̄s ecclesia interdū p pace intus tolerat. Scriptura aūt cū dicit, Si gaudet vnū mēbrū, cōgaudent oīa mēbra, de se est manifesta, eā loq de veris mēbris cohærentibus sibi inuicē spiritu vitę. i. spū fidei & charitatis. Nā & in corpore mēbrum aridū seu mortuū nō patit̄, cæteris mēbris patiētibus. Deinde multa mēbra mortua, i. charitate vacua, nōnūq; foris prestāt multa spiritualis vitę officia, vt prælati intus sordidi, foris cādidi, docentes legē dei, & pascētes gregē creditū ỽbis & sacramentis euangelicis sibi p̄scriptis, sicut & inter Apostolos erāt, q̄ p inuidiā ỽbum dei prædicabant, & Christi sacramenta p cōtentionem dispensabant. Et cū vltra obijcit̄, Oīa eccl'æ mēbra sunt vni⁹ corporis, vni⁹ fraternitatis, societatis, & ciuitatis. Episcopi aūt praui & criminosi, sunt ciues in ciuitate diaboli, & mēbra ī corpore diaboli, dicēte saluatore, Vos ex patre diabolo estis. & apostolo, Si q̄s spiritum Christi nō habet, hic nō ē ei⁹. Iusti autē sunt ciues in ciuitate dei & societas Christi. Respondeo, Argumētum hoc solum probat prauos & criminosos, nō esse vera eccl'æ mēbra coīcantia in spirituali vita, nihil autē ꝓhibet id, quod est membrū diaboli dispensare verę dei mun⁹, verū Christi euāgelium, verumq; eius sacramentum.

De sacerdotibus sceleratis nondum ejectis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad scripturas autem in argumento citatas. Quæ societas luci cum tenebris, quæ conuentio Christi ad Belial, quid palea cum tritico? Nolite iugum ducere cum infidelibus, & id genus scripturas alias prohibentes communionẽ aut societatem fidelis cum infideli.

Respondeo. Societas illa & conuentio, quam significant scripturę non esse communem iustis & impijs accipienda est de societate & communione secundum interiorem consensum in eisdẽ vitę moribus, vt societatem quis intelligatur habere, & iugum ducere cum impijs, aut infidelibus, cum aut fauet infidelitati eorum, aut approbat, vel docere negligit, cum posset proficere. Corporalis autem cõmunio cum infidelibus nõ est illicita, nisi propter subuersionis periculum aut scandalum. Et ideo ad fidelium hominũ cautelam etiam ratione iusta per ecclesiam prohibenda est fidelibus corporalis conuersatio & societas cum infidelibus, cũ videlicet fideles sunt simplices, ac infirmi in fide de quorũ subuersione, probabiliter timeri possit. quemadmodum dominus deus Iudęis ad idololatriam pronis terrã promissionis ingressuris, prohibuit communionem cum gentibus, dicens. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis eorum, neq; sociabis cum eis connubia, Deutero. 7. Verum hic sciẽdum quod bifariam fidelibus interdicitur communio cum altero, vno quidem in pœnam illius cui communio fideliũ subtrahitur, secundum hunc autem modum ecclesia non potest prohibere communionem fidelium cum infidelibus, q̃ nunq̃ fidem Christi receperunt. Tales nempe cum foris sunt, & fuerunt semper, ecclesiasticus iudex punire non potest, dicente Apostolo. Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare, q̃uis propter peccatũ cõmissum & ipsi inter fidelẽ populum commorantes sint puniẽdi tpalibus pœnis secundũ iustas, & ciuiles Christianorum leges, quibus & ipsi perinde atq; fideles subijciuntur. Secundo aũt modo fidelibus prohibetur communio cum alio ad cautelam fidelium, quibus scilicet communio interdicitur, & hoc pacto ecclesia secundum conditiones temporum, locorum & personarum potest interdicere fidelibus ne comunicent infidelibꝰ paganis, aut Iudæis. Cũ infidelibꝰ aũt hęreticis, aut cũ apostatis qui a fide suscepta deuiarũt, sicuti & cũ sceleratis Christianis communionem ecclesia fidelibus prohibet, secundũ vtrumq; modum tam videlicet in cautelam bonorum fidelium, q̃; in pœnam illorum infidelium & sceleratorum hominum, quos per censuras ecclesiasticas repellit a consortio, & societate sua. Si societatem esse luci cum tenebris, & conuẽtionẽ esse Christi ad Belial, & iugum ducere cum infidelibus esset idem ei quod est corporaliter conuersari inter infideles & inter tenebras & filios Belial, seu peccatores, ergo & Christus, qui manducabat cum peccatoribus & publicanis cõtra prohibitionẽ hãc habuisset societatẽ, conuentionẽ, & iugũ duxisset cũ infidelibus. Paulus quoq; & cęteri Apostoli qui concedebant vocatis seu inuitatis ad cœnam infidelium vt irent si vellent, etiam in sacramentorum communione conuersantes inter prauos Christianos, qui euangeliũ Christi per inuidiam prædicabant, & sacramenta per contẽtionem dispensabant fecissent contra sua ipsorum præcepta. Si communicare, seu consentire peccatis hominum mala voluntate docentium euangelium Christi & male dispensantium sacramẽta Christi, sit idem ei quod est conuersari cum eis, in docendo, & audiendo euangeliũ, aut in communiõe sacramentorũ, ergo et Cyprianus consentiebat peccatis episcoporum, qui suo sæculo auari erant, raptores, & fœneratores, cum quibus in sacramentorum communione versabatur.

De corporali communione cum infidelibus.

Societas luci cum tenebris.

Mali qui vel ignoranter, vel scienter pro pace toleran tur in ecclesia, non obsunt bonis. Malos fratres Apostolus Paulus in ecclesia plorauit, & cũ illis euangeliũ Christi p̃dicabat. Eisdẽ q̃q; tpibꝰ, mali sacerdotes, scribę & pharisæi, hypocrite non obfuerunt Sacharię iusto in cõspectu dei, q & in tẽpore vicis suæ cũ malis pontificibus suũ explebat officium. Et postremum cũ contra dicta obijcitur ex verbo Apostoli ad Heb. iubentis obediendũ esse prępositis ob id quod ipsi perui gilant pro animabus nostris, ergo, vbi non vigilant pro nobis, neq; sollicíti sunt pro animabꝰ nostris, nõ oportet obedire eis quicq̃ pręcipientibus nobis, quia cessãte causa, cessare debet effectꝰ. Ad hoc corroborandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit quod dicitur in epistola ad Timo.6.cum docet seruos oportere honorare dños,adiecit,ne nomẽ dñi & doctrina blasphemet̃,ex q̃ cõsequens videt̃,seruos non oportere honorare dños,vbi nullũ tale est periculũ. Respõdeo cõsequẽtiam esse inualidã, ꝙ assit ad ꝓbandum assumitur, intelligit̃ de causis, ex qb⁹ pendet effectus tam in efficientibus,q̃ in finalibus,vt cessante latione solis supra nr̃m horisont̃ cessat & dies actu mẽ solis. Q̃tum vero ad pręsentem attinet materiam de opi-

Qñ intelligitur, cessante causa,cessat effectus.

bus tum prohibitis,tum præceptis homini propter causam, intelligitur de his,quæ solum sunt aut præcepta,aut prohibita,quatenus media sunt ad huiusmodi causam. Cũ enĩ opus aliquod nobis ponitur sub pręcepto aut prohibitione,intelliguntur & indirecte nobis aut prohibita esse, aut pręcepta,omnia media quatenus necessaria sunt ad eiusdem opis executionem,& non alias,veluti si præceptum mihi est subuenire pauperi,intelligitur & pręceptũ mihi esse ire ad locum, & ad alia facere,sine quibus pauperi subuenire nõ possum. Si pręceptum est audire sacrũ in loco sacro, oportet surgere, & in eundẽ locum ire. In proposito autem obedire prælatis, non est præceptũ solũ indirecte,quatenus videlicet sit mediũ q̃ peruenit̃ ad officia pastoralis curę,sedqa iam assequuti sũt pastoralem iurisdictionẽ i hs, q̃ iuxta tributam eis autoritatem præcipiunt,veluti citãdo,ad iudicium vocando,sententiam ferendo,excoĩcando, ipsis teneor obedire, quia incũbit illis inuigilare, non solum docendo & admonendo, sed & imperando. Vnde Paulus docens Titũ episcopũ, q̃ nã mõ ipse regere debeat gregẽ cõmissum,iubet vt arguat etiã imperando, Hæc,inqt,loquere,exhortare,& argue cũ oĩ impio, nemo adolescentiã tuam cõtemnat,ad Tit.2. Itẽ ad Philem. testat̃ sese in Christo habuisse fiduciam imperandi Tito ea,q̃ ad rẽ eius ptinebãt.i.ad salutem illius,quẽ tñ ꝓpter charitatem magis obsecrare voluit,nolens vti hac potestate imperãdi. Item nolens obedire sacerdotis impio ex decreto iudicis morit̃, Deut.17. Hoc ius imperandi illud, qđ ad rẽ subditi ptinet,habent etiam praui prælati. Nam & autoritas atque potestas iurisdictiõis est illis data,& ideo si ex illa potestate tale qd præcipiant,qđ ad officiũ eorũ pastorale pertinear,

ego

ego teneor obedire,etiam q̃is ipsi nõ ex amore salutis meę id habeant. Cessante autẽ in eis huiusce modi officio iurisdictiõe & dignitate pastorali,cessat & in nobis obligatio illis obediẽdi pastoralis autoritas & obligatio obediẽdi in subditis ex sese mutuo pẽdẽt. Improbi autẽ prælati,prorsus negligẽtes officiũ, ꝓpter quod datũ est bñficiũ,q̃uis nõ faciãt fructus suos,nõ tñ ob id mox sunt spoliati suis dignitatib⁹. Et proinde q̃diu tolerant̃ ab ecclesia oportet oues obedire illis secũdũ claues ipsis datas ligãtibus aut qd p̃cipiẽtibus.

Ad id qđ Paulus inquit .1.ad Timo.6. Quicunq; sunt sub iugo serui,dominos suos omni honore dignos arbitrentur,ne nomen domini & doctrina blasphemetur.

Respondeo hanc Pauli doctrinam magis confirmare sententiam propositam, oportere videlicet seruos obedire dominis suis,tam fidelibus q̃ infidelibus,vt expresse habet ibidem doctrina Apostolica. Nam si nomen domini & doctrina Christi blasphemaretur ab infidelibus ex hac ratione, ꝙ serui ad fidem conuersi,non obedirent dominis suis,quibus ante conuersionem iure gentiũ debitum pręstiabant obsequium,cõsequens est doctrinam Christi esse, vt serui ad fidem cõuersi debeant obsequi dominis suis infidelibus. Nã fides & gratia Christi non contrariatur iuri naturę,neq; eximit hoẽm iã credentẽ ab obligatiõibus iuris gentiũ aut naturę.

Responsio ad argumentũ duodecimũ.

Ad duodecimũ argumentum q̃ dicitur, Cõtingit principes & ecclesiarum pręlatos,ad principatus,ad dignitates ascendere nõ vocatos inspiratione diuina,nec missos a deo, quales sunt plærumq; huius sęculi põtifices,q̃ ãbiunt dignitates,nõ vt ꝓsint,sed vt pręsint,nõ vt pascant,sed vt pascantur,vt sint piscatores non hoim,sed denariorũ. Sed tales nõ sũt veri p̃lati,ergo nõ oportet obedire. Respõdeo. Cõclusio argumẽti extra casum est doctrię nr̃ę,q loquimur de veris principib⁹,de veris pastoribus & p̃latis,nõ de tyrãnis et aliis,q̃ p vĩ aut fraudes sese intrudũt nemine principatũ,aut episcopatũ dante. His em̃ cũ nõ sint veri principes,nec veri p̃lati,sed aut hęretici,aut schismatici, aut tyrãni nõ oportet obedire ex debito obediẽtię,licet aliq̃n oporteat tolerare iniurias eor̃,ac adiplere dura eor̃ ipia,mõ nõ sint cõtra dei le

Universidad de Deusto
Biblioteca

& id quidem nũc ſecundum virtutẽ patientię, nunc ſecundũ legem charitatis, propter vitandũ ſcãdalum, aut propter noſtrum aut aliorũ bonũ ſpirituale, procurandũ, vt p patientiã noſtram vincatur eorum malitia. Verum & ſi contingat prælatos huius temporis procurare ſibi paſtorales dignitates ex ambitione & cupiditate, non idcirco nõ ſunt veri prçlati. Proinde ad habendum verum ſenſum & intellectũ ſcripturarum, ac aliorum quæ in argumento aſſumuntur. Sciendũ eſt primum pro intellectu propoſitionis antecedentis, & ſi quis aut ambitioſa, aut cupida voluntate principatum, vel epiſcopatum ambiat & obtineat, efficitur tamen princeps aut epiſcopus per canonicam electionem populi aut eccleſiæ eligentis & ordinantis, deo illi poteſtatem dante. Nam aliud eſt quod dicimus hominem ſibi vſurpare principatum aut epiſcopatum, nemine principatum, aut epiſcopatum dante. Aliud quod dicimus indignũ ac inidoneũ, aut auarũ, aut ambitioſum, cauſa lucri ſollicitantem accipere & obtinere epiſcopatum ex autoritate populi, aut eccleſiæ ac ſuperioris poteſtatem dantis & ordinantis. In priori caſu loquitur Paulus Apoſtolus, primę ad Corin. decimo. Non enim, inquit, audemus inſerere noſmetipſos, aut comparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant, hoc eſt, vt inquit Ambroſius, qui non accepta poteſtate a deo dominari volunt, nomini ſuo vendicantes autoritatem, non miſſi a deo.

Aliud eſt vſurpare ſibi epiſcopatũ, aliud ex ambitione ad epiſcopatum peruenire.

In poſteriori autem caſu continentur, qui ambitione aut cupiditate petunt mitti, & procurant præfici populo, & inſtituui autoritate ſeu ordinatione eccleſię, vel ſuperioris poteſtatem dantis & ordinantis, quales erant, de quibus ſaluator, Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſęi. Pontifices, inquit Bernardus, erant Annas & Caiphas, præſidentes ex ambitione & cupiditate ſuper cathedram Moyſi, & qui non obedierunt eis, tanquam inobedientiæ rei fuerunt iudicati, etiam in ipſum dominum præcipientem & dicentem, Quæ dicunt facite. Proinde cũius omnis poteſtas, tã ſæcularis, cũ eccleſiaſtica ſit iuſta & a deo ordinata, etiam in impijs & ſceleratis præpoſitis, non tamen inde cõſequens ẽ, iuſtam & ordinatam eſſe eccleſiaſticam poteſtatem, eorum qui ſe

qui ſeſe ingerunt in epiſcopatus, & paſtorales curas, nemine epiſcopatum dante aut ordinante. Nam illi ſunt veri paſtores habentes eccleſias ex ſuperiori commiſſione, cũis nõ paſcant, & idcirco iudicium erit ipſis duriſſimum. Iſti autem qui ſemetipſos inſtituunt, non ſunt veri paſtores, non veri epiſcopi, & idcirco eccleſiaſtica poteſtas in eis nulla ẽ. Quamuis autem omnis poteſtas in eccleſiæ præpoſito, epiſcopo, aut principe iuſta eſt & ordinata, non tamen oportet quod omnis voluntas aut hominis dantis, aut populi eligentis, aut hominis accipientis recta ſit & iuſta. Non omnis voluntas, inquit Auguſtinus, a deo eſt, ſed omnis poteſtas a deo eſt. Aliud voluntas peccandi, id eſt, motus voluntatis, quo peccantes volumus. Aliud poteſtas peccandi. Neq; dixit Apoſtolus Paulus, non eſt voluntas niſi a deo, ſed non eſt, inquit, poteſtas niſi a deo, per poteſtatem non hominem in poteſtate, inquit, vulgarius ſed ipſum munus ſignificans. voluntatem autem peccandi, quam habemus a nobis, appellat Auguſtinus, non vim ſeu potentiam naturalem qua volumus, nempe & certum eſt illam non a nobis eſſe, ſed motum voluntatis peccantis, qui non eſt dei opus. Nam & ſi deus nobis concurrat dum male volumus, id eſt, dum concupiſcentiæ prauæ conſentimus. Ipſe tamen primitus inſtituens naturam, non præuenit eam imprimendo illi legem carnis, qua inuitaretur ſeu excitaretur ad volendum contra legem dei. Poteſtatem autem male volendi, qua peccare poſſumus & non peccare, habemus ab ipſo, qui inſtituens naturam, liberi eam condidit arbitrij, quo peccare poſſet, & non peccare. Poteſtatem igitur peccandi, videlicet faculſtatem liberi arbitrij, inſuper membra & vires, & cætera talenta, quibus peccando vtimur, habemus a deo. Quædam habemus a deo, vt conditore naturę, alia habemus a deo, vt irato iudice, faciente aliquid in nobis ob peccata noſtra.

Omnis poteſtas a deo, ſed non omnis voluntas a deo eſt.

Sic vtrumq; ex ſcripturis verum eſſe patet, videlicet quod Saul, non ex voluntate dei, ſed ex voluntate populi rex factꝰ eſt. Et nihilominus ipſe Saul datus eſt rex ſuper populum, per voluntatem dei, qui populo iratus condeſcendit malę voluntati ipſius. Filij Iſrael petendo regem peccauerunt, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eo quod rem malam peterent, quasi potestas regalis, aut habere regem sit malum, sed in eo, quod male petuerint regem confidentes in fortitudine mortalis regis se fore victores, dum magis sperantes in humano auxilio, q̄m in deo, contempserunt iudicem Samuelem, & illius successorem diuinitus eligendum petentes, sicut gentes solent, deum ignorantes sibi regem dari ex institutione, & electione humana non innitentes in huiuscemodi petitione, consilio, & auxilio domini dei sui, qui eduxerat illos de terra Aegypti, qui & vt ait Samuel sol⁹ saluauerat illos de vniuersis malis, & tribulationibus suis, qui etiam ad illud vsq; tempus gubernauerat per iudices cœlitus, a se datos, vocatos, & monstratos. Et quod petendo regem sic peccauerint, patet ex primi regum. cap. 8. vbi dixerunt ad Samuelem. Constitue nobis regem, sicut vniuersę habent nationes, & displicuit sermo Samueli, eo quod dixisset populus, da nobis regem, vt iudicet nos. Et ait ad Samuelem. Audi vocem populi huius, nō enim te abiecerunt, sed me ne regnem super illos, vbi patet, quod deus cōdescendit petitioni eorū iratus pro eo, quod abiecerunt dominum deum ne in persona Samuelis, aut alterius successoris diuina volūtate ordinandi regnaret super illos. Ante quidem insinuauerat Moyses in decimoseptimo capite Deuteronomij futurum esse, quod populus Israhel supra se peteret constituere regem, sed non iussit, vt pete-

Regalis potestas super populū Israel, quo nā modo fuerit a deo.

ret. Quamuis igitur initium regalis potestatis humanę super populum Israhel non fuerit ex primaria volūtate dei, vt regalē potestatē instituētis, Israhelitico populo translato ex Aegypto, quē sibi peculiarē gubernandū suscepit, p iudices & prophetas a se constituendos, vtiq; tñ fuit ex volūtate dei irati, vt merito populi retribuētis, seu malo desiderio populi satisfacientis. Deus enim populo duro & male petenti quędam concedit iratus, quę negat propitius. Regalis igitur potestas super populum Israhel est non ex primaria volūtate dei illam instituentis, aut eiusdem populi intentionem in petendo regem approbantis. q̄uis sit ex volūtate dei, vt irascētis & satisfaciētis eiusdē populi desiderijs.

Deus

Deus filios Israhel elegit in populum peculiarem vsq; in æternum reseruans illum sibi gubernandum nō per reges humana voluntate, aut solius carnalis cognationis aut sanguinis successione assumendos, sed per iudices gubernatores, cœlitus vocandos & instituendos, vt popopulus agnosceret suam salutem non ex humano gubernaculo, sed ex dei solius pendere auxilio. Hunc autem gubernandi modum in se meliorem, certiorem, digniorem, & vtiliorē perdidit populus iste temerariæ petēs sibi regem, lapsus in inferiorem gubernandi modum, qui est secundum regalem potestatem, qua gubernator populi regio iure posset filios & filias facere seruos & ancillas, & addecimare eorum hæreditates, ac possessiōes. Deinde & eadē regalis potestas, sic ppter peccatū populi posita sup populū Israhel, primitus a deo data est Sauli & filijs eius vsq; in sempiternum. Sed hic cum non seruaret mandata domini dei sui meruit huiuscemodi iure potestatis regię spoliari, quēadmodum ait ad illum Samuel Stulte fecisti, quia nō seruasti mandata domini dei, quę præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam præparasset dominus regnum tuum super Israhel vsq; in æternum, sed iam nequaq̄ regnum tuum vltra consurgit, primi Regum decimo tertio. Deus ergo quod semel dedit alicui, vt habeat in æternum, iusto suo iudicio aufert ob ingratitudinem, & peccati meritum. Nam gratiam meretur amittere, qui abutitur dono acceptæ gratiæ. Paradisum Adæ & semini eius semel datum vsq; in sempiternum deus abstulit, deijciēs eū cum sua posteritate in vallem lachrymarum, secūdū sui peccati meritū. Rursus post peccatū ipsius Saul eadem potestas super .12. tribus Israhel data ē Dauid, & ipsi⁹ domui vsq; in sempiternū, quæ domus denuo propter peccata Salomonis eadē regia potestate sup trib⁹ decē ē spoliata relictis domui Dauid solū trib⁹ duab⁹. Et q̄uis decē trib⁹ sub Hieroboā sint a domo seu regno Dauid alienatę, & separatæ ex voluntate dei, vt puniētis & vindicātis peccatū Salomōis. Sic enim dicit scriptura. 3. Regum .11. Hæc tamen non sunt facta ex voluntate dei, vt instituentis regnum Israhel, neq; ex voluntate dei, vt approbantis maliciam, seu malam

Universidad de Deusto
Biblioteca

voluntatem, vel ipsius Hieroboam regnum ambientis, vel ipsius populi iniqua voluntate sese a domo Dauid separantis. Quę ab homine aut fiunt, au petuntur mala volũtate, seu intentiõe peruersa, ea fiunt a deo voluntate bona ex amore finis, quem non intendit homo ipse in operando. Quis igitur deus iratus populo Israhel, voluerit & regnũ eius diuidere & decem tribus separare a domo Dauid, & Hieroboam regnare super tribus decem, non idcirco tamen sequitur, quod Hieroboam & decem tribus secundum voluntatem dei & bene fecerint se a domo Dauid separantes, quẽadmodum non oportet si deus voluerit filium suum tradere in mortem, quod idcirco Iudas, aut Iudæorum populus bene fecerit in mortem tradens illum. Ex huiuscemodi sententijs concordari possunt scripturę, quę inter se pugnare videntur, quibusdam dicentibus reges tales scilicet ambitiosos populum gubernantes non regnare ex voluntate dei, quemadmodum in Oseę loquitur. Ipsi regnauerunt & non ex me principes extiterunt, & non cognoui. Alijs ỳo dicentibus, omnem potestatem esse a domino deo & deum dedisse populo reges tales, quemadmodum apud eundẽ Oseæ loquitur. Dedi tibi, inquit, regem in furore meo. Et in Esaia. Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eorum. Et in Iob dicit Heliu. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Iam enim pluribus in locis dixim⁹ secundum aliquem vsitatum loquendi modum in scripturis sacris significari ex deo non fieri ea, quæ ipse non ex se, sed vt iudex facit ira prouocatus propter peccata populi. Et secundum alium loquendi modum in eisdẽ scripturis rursus significari deum hęc omnia facere. Sicut certo ipse ꝓpter homicidiũ perpetratum iudicatus ad mortem magis est sibi causa suspendij cꝫ ipse iudex illi. Vnde te & recte dicit illi iudex. Tu tibi, non ego, causa es mortis tuę, quia causam propter quam morieris, culpam videlicet homicidij, non ego, sed tu tibi feciſti. Nihilomin⁹ tamen quia iudex ipse est, qui exequutionem facit, & iusta lege infert mortem, idcirco etiam recte loquitur, qui dicit pœnam mortis & suspendium a iudice fieri. Et ita manifestũ

Deus hypocritas & ambitiosos constituit reges et præsides ecclesiæ suæ.

nifestum est in scripturis sacris reperiri geminum modum secundum quem deus aliquid dicitur facere. Vnus est quo aliqd facit ex se sua scilicet simplici volũtate bona, aut instituens videlicet naturam, donans bonum naturale, aut sua præueniente bonitate largiens gratiam absq; vllis hominũ meritis. Alius est modus quo significatur deus aliquid facere erga hominem, vt iudex, prouocatus videlicet hominũ meritis malis. Et secundum hunc geminum faciendi modũ quæ in quibusdam scripturæ locis dicuntur non fieri a deo, in alijs scripturæ locis a deo fieri legũtur, quæ & deus ipse facere dicitur. Et quemadmodum secundum posteriorem faciendi modum, deus infert mortem, damnationem, excæcat, indurat, abscondit mysteria regni, tradidit in reprobum sensum, in passiones ignominiæ mittit populo superbienti, operationem erroris, vt credant mendacio. Ita & secundum eũdem faciendi modum, dat populo regem malum, tyrannum, hypocritam, aut puerum, aut effœminatum. Sic deus in Oseę loquitur, Dabo eis regem in furore meo, Dabo pueros principes eorum, & cæt. Verum quia hæc omnia mala facit deus non ex se, sed propter causas in hominibus inuentas, quarum non ipse, sed homines sunt autores. Idcirco nõ ipse, sed homines dicũtur horũ malorũ causę. Et hoc significanter annotauit deus in scriptura cum non simpliciter dicit, se dare regem, & facere regnare hypocritam, aut tradere in reprobum sensum, sed addit se in furore dare, id est, se iratum dare, & facere regnare hypocritam propter peccata populi, & se propterea tradere & mittere operatiõem erroris, quia deum agnitum non coluerunt, & veritatem contempserunt. Et ita in alijs scripturę locis dicuntur hęc mala fieri non ex deo, sed ex creaturis, quia origo eorum propter quã fiunt est peccatum in creaturis. Et sicut in scripturis sacris vtrumq; verum est videlicet, quod deus mortem non fecit & quod tñ mors ipsa a deo est, hoc ẽ, ꝙ deus mortẽ non fecit, humanũ genus instituens, vt esset immortale, & semper viueret, sed tamen mortem inflixit peccatum humani generis vindicãs, Sic & vtrumq; verum est videlicet quod regnum Israhel fuit ex voluntate dei dantis, & monstrantis populo Saulem

Deus mortem nõ fecit & tamen mors a deo est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regem primũ. Et quod idem regnũ incepit non ex dei, sed ex hominũ volũtatibus. Similiter vtrũq; verũ est qd' videlicet deus separans decẽ tribus a domo Dauid, fecit Hieroboam regem super easdẽ tribus decẽ, & quod nihilominus decem tribus sese a domo Dauid separauerunt, & quod Hieroboam super illas decẽ tribus regnauerit, nõ ex volũtate dei, quẽadmodũ deus loquitur in scriptura, Ipsi regnauerũt, & nõ ex me, ipsi, vt inquit glossa interlinearis, Saul & Hieroboã regnauerũt nõ ex me. i. nõ ex mea volũtate, nec vt istitu ente gubernationẽ populi illius, nec vt approbãte desideria, quibus petiuerunt regnare seu habere regiam potestatem. Principes extiterunt & non cognoui, id est, non approbaui desideria populi deum negligentis, & vane sperantis in regia potestate mortalis hominis, aut se separantis a domo Dauid. Amplius autem sciendum est quosdam esse, qui assumunt prouinciam regendi populum, & pastorales curas, seu episcopatus vocati a deo excitati, ac diuina inspiratione tracti vt prosint populo, non vt prẽsint.

Hieroboam regnauit super decẽ tribus ex uolũtate dei & non ex uoluntate dei.

Et illi proprie dicuntur & instituti esse, & regere ex volũtate dei cõcedentis & vocãtis. Alij aũt sunt q assumũt huiuscemodi officia, inidonei, vel indigni non vocati a deo, nec excitati, sed sua praua cõcupiscẽtia tracti, ambiũtvl' a superioribus, vl' ab ecclesia p̃fici, aut elegi, aut postulari, vt p̃sint, nõ vt prosint, vt pascãt, nõ vt pascãt, vt sit piscatores nõ hoim, sed denariorũ. Et illi dicũt ascẽdere ad sacerdotia & regere ex p̃missione diuina, i. ex volũtate dei p̃mittẽtis malas eorũ volũtates agere, exsuę, puidẽtię gubernaculo dirigẽtis ac coopãtis ad ea quibus ascẽdãt ad huiuscemõi dignitates. Vñ & iusto suo iudicio puidet ea qb⁹ etiã idigni, aut ãbitio si ĩ huiuscemõi dignitatib⁹ mala volũtate istitui & p̃fici molliũt. Et huiuscemodi dicũt instituti aut electi, aut assumpti p̃missione diuina. Et qa prælati prorsus certi nõ sint qualiter sit vocati, neq; debẽt de suis viribus, aut idonestate facile p̃sumere. Idcirco significãt se esse p̃latos, p̃positos, aut episcopos p̃missione diuina, q̃ extẽsio noie etiã cõplectit diuinã cõcessionem ac inspirationem. Qui diuina inspiratiõe vocat, ac istituitur nõ icõgrua etiã rõe diuina p̃missiõe ĩstitui dicitur.

citur. Ad decimũtertiũ argumentũ q̃ concludit Christianos inter gẽtes cõmorantes, nõ oportere vllis legibus gẽtiũ obedire. Respõdeo illud falsũ esse, neq; sequit ex antecedẽte, qd' ad illud demonstrandũ assumit, q̃ dicitur, inter gẽtes absq; fide in Christũ neq; esse vllũ ius verũ, neq; vllam iustitiã verã, neq; vllã legẽ iustã. Nã Aug. ĩ dogmatibus suis passim tradens non esse vllã verã virtutem apud hoẽs a fide Christi alienos, veram virtutem appellat, secundum quã homo vere est bonus bonitate facientẽ remissionẽ peccatorum, & dignificante ad vitam æternam, veramq; iustitiam appellat, qua hõ vere est iustus. i. iustificatus a peccato, legẽq; iustã dicit, quã seruans hõ iustus fit, deoq; gratus, & acceptus, habes super his doctrinã August. in lib. 4. contra Iulianum. Veruntamen quemadmodum lex iuris naturæ de honorandis parẽtibus, de nõ adulterando, de nõ furando, & nõ mentiẽdo, scripta est in cordibus hoim, etiam eorum, q̃ sunt a fide vnius dei alieni, quam legẽ ipsi transgredientes peccant, rei q; fiũt in cõspectu dñi dei sui, quẽ ignorant, tamesi seruãtes illam non efficiantur iusti in conspectu domini, quippe non habentes fidem in mediatorem Iesum, sine qua nulla iustitia deo placens esse potest. Ita & apud eos multę sunt leges, multaq; ciuilia iura ex æquitate naturalis legis deriuata, a superioribus potestatibus rempublicam gubernantibus constituta, moribus & consensu populi roborata, quorum iurium transgressores ac contemptores, rei fiunt apud deum, etiam deum ipsum ignorantes. Vnde & vas electionis Paul⁹ legibus Romanorum ethnicorum est vsus, dum iniurijs affectus, coram tribunali Festi iudicis gẽtilis Cæsarem appellauit, subijciẽs se legi ethnicorũ. Et qualis nã fuerit huiuscemodi lex scriptura sacra aperuit recitãs, q̃ Festus ipse dũ in Hierusalẽ Iudęi aduersus Paulum postularent damnationem mortis, respondet ipsis, Non est consuetudo Romanis, damnare aliquem nisi præsentes habeãt accusatores, locũq; defendẽdi accipiat ad abluenda crimina Actuum. 25. Vnde & placuit deo, inquit Aug. orbem terrarum per Romanos debellare, vt eundem in vnam societatem reipublicę, legũq; perductum longe lateq; pacaret.

Quõ apud ethnicos sit lex iusta aut iurius uera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sunt itaq; apud ethnicos etiam leges iustę. Rex Nabuchodonosor cum seruus esset Idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulachrum adoraretur. Idem vero rex diuino correptus miraculo, piam & laudabilem legem constituit, vt quicunq; blasphemiam diceret in dominum deum Danielis, cum domo sua penitus interiret, Danielis tertio. Diocletianus imperator ethnicus vtilem & iustam legem constituit, vt nemini liceat nuptias contrahere cum filia, nepte, vel pronepote, nec cum matre, auia, vel proauia, nec cū amita, matertera, sorore, aut sororis filia, nouerca, nec insuper licitum esse habere duas vxores, habes hęc in Codice de incestis nuptijs. Docuit quidem Augustinus ibidem contra Ciceronem, q̄ secundum definitiones reipub. & populi ab ipso Cicerone illic designatas apud Romanos multorum deorum cultores non fuerit vnq̄ neq̄ vera respub. neq̄ verus populus, eo q̄ apud illos non fuerit cœtus multitudinis veri iuris consensu & verę vtilitatis communione sociatus, quandoquidem veri iuris consensus sine vera iusticia geri non possit, veræ item vtilitatis communio esse nō possit inter eos, qui impie viuunt, sed non inde sequitur apud eos non fuisse vllam legem iustam aut vtilem, secundū iusticiam aut vtilitatē presentis vitæ, tametsi huiusmodi legibus iustis absq; vera fide non sint assecuti veram iusticiam, qua redderent cultum vero deo debitum, neq̄ veram vtilitatem, qua assequerentur æternam vitam. Considerauit quidem Cicero ad hoc, vt sit bona respublica, & vt cœtus multitudinis sit verus populus, oportere multitudinem esse sociatam iuris consensu & cōmunione vtilitatis. Alioqui neq̄ populi nomine digna erit multitudo, si non iusticiæ legibus viuat. Sed quid nam esset verum ius, & quę nam vera iusticia, quę vera vtilitas ad assequutionem veri boni æterni necessaria ignorauit. Vnde & Plato in Hyperecho describit lucrū esse boni vtilis assequutionem, sed vtile nihil esse, nisi quod ad cōsequutionem veri boni potest conducere, quod vero ad hoc non confert, nec ipsum vtile esse nec lucrum, atq; ita laudandā esse veri lucri cupiditatem, eamq; omnibus natura ineſſe, vituperandā aūt esse opinionem falsam, quę dū verū vtile, & verū lucrū ignorat ap

Verum lucrum quid sit.

rat, appetitū naturę in aduersa retorquet, quæ nō sunt reuera vtilia. Augustinus igit nō intendit negare, quin apud gentes a fide Christi alienas possit esse ius & lex iusta, & respublica iustis legibus gubernata, secundum quandā præsentis vitę iusticiā, cuius consideratione, inquit, remota iusticia, qd sunt regna. nisi magna latrocinia? & ipsa quoq; latrocinia, quid sunt nisi parua regna, in quibus & ipsi latrones, prædones atq; tyranni legibus quibusdam inter sese diuidunt spolia. Eleganter & veraciter Alexandro magno quidā comprehensus, pirata interrogatus, quid ei videretur quod mare haberet infestū, libera contumacia respondet. Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum, sed quia id ego exiguo nauigio facio latro vocor, tu vero quia magna classe, imperator diceris. *Lex iusta apud Ethnicos.*

Hic iam si dixeris, infideles nō posse habere dominiū, vel præsidentiam, aut potestatē, aut iurisdictionem, seu facultatē iudicandi sup fideles, cum Paulus coarguat fideles qui apud iudices infideles agebant causas pri. ad Corin. 6.

Respondeo antecedens falsum esse, nam a dominio & præsidentia principis pagani, non eximitur subditus illius in hoc quod efficit Christianus. Cæsaris impij Neronis serui, erant Christiani cōuersi de familia ei⁹ ad fidē, dicēte Paulo Apost. ad Philip. 4. Salutāt vos oēs sancti, maxime autē qui de domo Cęsaris sunt. Ad verbū aūt Apostoli prohibentis fidelibus ire ad tribunalia infidelium iudicum.

Respondeo Apostolū prohibere fidelib⁹, ne vltro sese subijciāt tribunali iudicis infidelis habētes aliū fidelē iudicem. Verum nequaq; prohibet fidelib⁹ iam constitutis sub principe infideli ne in ius vocati eorum iudicio pareant in his, quæ iustis sententijs, & legibus discernunt, secus si quid contra Christum iubeant. Vnde & Paulus ingenue professus est tribunal Festi esse tribunal Cæsaris, neq; dixit Festo, non agnosco tribunal tuum. Non meus es iudex, sed coram tribunali Cæsaris, inquit, sto illic oportet me iudicari. Sed his iam rursus obijciet forsitan quisq; , Seruus domini infidelis si fiat Christianus eximitur a seruitute domini sui. Nā contra ius naturæ, nefasq; ē, vt quem Christus liberauit, blasphemus Christi in seruitutis vincu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſo detineat, vt habet textus cap. 1. de Iudæis & Saracenis. Ibidē q̄q; ex illa rōe, phibet canon, vt nullū manēcipiū Chriſtianū Iudęo ſeruiat. Vnde & ſic Iuſtinianus imperator iā oli añ annos ferme mille conſtituit, vt neq; Iudæus, neq; paganus, neq; hæreticus ſeruos Chriſtianos habeat, q̄ ſi inuē ti tali reatu fuerint, ſancimus, inquit, ſeruos omnibus modis liberos eſſe ſecundū anteriorē nr̄arum legū tenorē, addēs, In præſēti hoc aūt amplius decernim⁹, vt ſi gs ex prędictis Iudæis vel paganis, vel hæreticis habuerit ſeruos nōdū catholicę fide myſterijs imbutos, & prædicti ſerui deſiderauerit ad orthodoxā fidem venire, tū poſtq̄ eccleſię catholicę ſociati fuerint in libertatē modis oībus ſecundū præſentē legē eripiant. Hactenus ille, C. de epiſcopis & clericis. L. finali. Ex quibus cōſequens videt̄ p fidē Chriſtianā hoēm ſeruum fieri libęr a ſeruitute dñi ſui. Reſpondeo añcedens falſū eſſe. Nā Chriſtianiſmus nō tollit obligationē iuris gētium, iuſtā videlicet ſeruitutē. Deinde q̄uis nefas ſit, vt blaſphem⁹ Chriſti detineat Chriſtianū ſeruitutis vinculo in prędiciū Chriſtiani cultus, nō eſt tñ iniquū q̄ ſeruus ſubditus ſit illi in his quę iure ſeruitutis præſtare debet illi, iuxta Apoſtolum prędicentē, Serui eſtote ſubditi dñis vr̄is, nō tm̄ bonis & modeſtis, ſed etiā diſcolis. Neq; illi obuiat lex Iuſtiniana, nēpe illa nō aſſerit ſeruū manēt̄ in ſeruitute, nō debere eſſe ſubditū dño ſuo, ſed docet q̄ imperator poſſit dñm aut principē impio ſuo ſubiectū, ꝓpter infidelitatē et contēptū fidei priuare iure ac dominio illo, qd̄ dñs ille habebat in ſeruum. Atq; ita gloſſa in p̄dicta lege finali, recte cōmonſtrat legē illā nō eſſe cōtrariā doctrinę Apoſtolicæ. Nā Paulus cū prędicipit ſeruis, vt ſubditi ſint, intelligit̄ q̄ diu ſerui mānſerint, ſed nō prohibet Paulus ſeruos illos lege impiali poſſe fieri liberos autoritate ſuperioris habētis ius & dominiū in dños ſeruorę illorū. Cū ergo Iudęi cōmorātes in terris Chriſtiāi imp̄ij ſint ſubditi iperatori, imo & ſerui ei⁹, cōſequēs ē eū poſſe Iudæos iidē Chriſti cōrēnētes, priuare dominijs & bonis iure gentiū eiſdem debitis, nequaq̄ tñ ob hoc liceret priuato hoī Chriſtiano bona Iudęorū rapere, aut clanculū tenere, aut ſeſe ab obligatione Iudæis iure gentiū debita eximere.

Seruus chriſtianus quō teneatur ſubeſſe Iudæo, aut etiā ni co domino.

Quar

¶ *Quartū huius primi tractatus caput, in quo declaratur quemadmodum a paſtoribus ſacerdotibus & pontificibus ſceleratis, ſubditi licite accipiant eccleſiaſtica ſacramenta.*

Huius capitis prima pars in qua recitantur argumenta.

IN ſuperiori capite oſtēſum eſt Chriſtianos oportere obedire principibus ac prępoſitis reipub. pręfectis etiā diſcolis, eorumq; leges, præcepta, atq; imperia, quę ſecundum ius prælationis ſuæ ſubditis imponūtur, nō aduerſari Chriſtianę libertati. Reliquum eſt iam commonſtrare etiā ſubditos ſecundum Chriſtianā libertatem licite poſſe a ſuis ſuperioribus etiā prauis exigere, petere ac recipere eccleſiaſtica ſacramenta, & poſſe cum reuerentia adeſſe eorum ſacrificijs, prędicationib⁹, cęteriſq; diuinis officijs. Primum tñ recitabimus argumēta quędā, quib⁹ probari videt̄ id non licere.

Primum argumentum. Quiſq; pro viribus lege charitatis tenetur eniti ad inducendum ſacerdotem indignū, vt a celebratione ſacri, ſiue ſacrificij immolatiōe & a miniſterijs ſacramentorū ceſſet, ac pro reuerentia abſtineat potius, q̄ vt iniuriam faciat ſacramentis illa contrectans indigne, iuxta capitulum finale de temporibus ordinandorum. Sacerdotes in crimine iacentes monendi ſunt, & ſub interminatione diuini iudicij obteſtandi, vt in teſtimonium ſuæ damnationis in ſuſceptis etiam ordinibus non miniſtrent. Videt̄ igitur prorſus eſſe illicitum abſolutionis euchariſtiæ, vel alia quæuis ſacramenta ſcienter ſuſcipere ab indigno & infami ſacerdote cū talē q̄ſq; debeat potius a miniſterio retrahere ac impedire, q̄ ad miniſtrandum requirere, aduocari, ſiue inducere. Secundum argumentum.

Quiſquis ad celebrandū vocat, requirit, vel inducit ſacerdotē publicū fornicariū, aut alias in crimine perſeuerantē, is mortaliter peccat, ergo & ille qui euchariſtię vl̄ abſolutiōis ſacramentū exigit, aut petit ſibi diſpēſari ab huiuſmōi ſacerdote. Añcedens videt̄ manifeſtū ex decretalib⁹ multis, q̄b⁹ pręcipit̄, vt nullus miſſam audiat presbyteri, quem nouerit indubitāter, habere concubinam, ſi non eſt licitū audire miſſā eius multomin⁹ licebit īducere aut vocare eū vt celebret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic iam si dixeris, q̃uis sit prorsus illicitum ad celebrādum vocare sacerdotem publicum, fornicarium, alioquī nō paratū aut celebrare, aut sacramenta ministrare, nequaq̃ tamen videtur illicitum pro vtilitate mea vocare talem iam paratum, sic & celebrare & ministrare, sicuti licitum est accipere mutuum ab vsurario iam parato sub vsura mutuum dare. Sed huic responsioni obuiat.

Tertium argumentum. Q̃tumuis quis fuerit parati animi nefas aliquod perpetrare tenemur, nihilominus eum possum⁹ impedire ne in opus exeat, prę̃sertim quod in dei contumeliā, vel in alteri⁹ lesionem vergit. Sed celebratio missę̃ publica a sacerdote notorie spurco, & immundo, est deo cotumelioſa, cum per eam corpus & sanguis domini in sterquilinum peccatorum proijcitur, insuper & proximis scandaloſa, cum omne peccatum publicum, præsertim presbyteri, cuius est populo viam veritatis verbo, & exemplo vitę̃ communstrare q̃tum in se est proximū scandalizet. Quē admodum, inquit doctor subtilis dist. 13. quarti sententiarum, dicens certum esset de sacerdote publico peccatore, qđ ante pœnitentiam celebrans mortaliter peccet non solum, quia celebrat, sed & quia scandalizat. Cū ergo quisq̃ ex iure diuino teneatur sollicitare, & admonere alterum ne in opus exeat, per quod deo contumelia & proximo scandalum irrogatur. Consequens videtur semper & in omni casu illicitū esse vocare, aut inducere sacerdotem perseuerantem in scelere ad celebrandum, vel ad sacramenta ministrandum.

Et videtur hoc ipsum hac ratione corroborari ob nullum finem q̃tumuis bonum, licet mihi saracenum, aut blasphemum, hominem etiam paratum idololatrari, aut blasphemare, nomen Christi inducere, aut prouocare, aut vocare ad opus externum quo blasphemet Christum, aut ei iniuriam irroget, seu contumeliam. Si enim hoc licere dicimus, quid aliud agimus, q̃ quod docemus licitum esse facere mala, vt euenant bona. Quartum argumentum.

Beatus Gregorius Armigildū regē fecit martyrem. Propterea quod in festo Paschę̃ maluit securi interire, q̃ mandato patris de manu Arriani episcopi eucharistiam accipere

cipere vt habet textus. C. cepit. 24. quæst. 1. Ex quo dicto Gregorij, Petrus de palude in quarto sententiarum dicit, q̃ ab hęreticis siue sint occulti, siue sint publici non sunt sacramēta recipiēda. Imo meli⁹ inquit est mori q̃ de manu hæretici eucharistiam recipere, etiam in mortis articulo. Sic et diuus Thomas secunda secundę quęst. 100. articulo. 6. in solutione ad secundum argumentum docet non licere vnq̃, vt quis recipiat ordinem ab episcopo, quem scit simoniace esse promotum in episcopatum, etiam q̃tumuis occulta fuerit simonia. Et quantumlibet ipse etiam episcopus sub pœna excommunicationis iubeat vt alter ab ipso ordinem recipiat, non debet, inquit, alter ei obedire, etiam q̃uis alter ipse probare non posset ipsum episcopum sic esse simoniace promotum. Eiusdem sententię est glosa in cap. Si quis a simoniacis pri. quęstione pri. Et glosa in cap. Per tuas de simonia. Ex his videtur consequens, quod nemini liceat a suo pastore occulte hæretico aut Lutheranis insanijs infecto seu excommunicato accipere absolutionis, aut eucharistiæ sacramenta. Quintum argumentum.

Diuino iure præceptum est, non consentire alterius peccato iuxta Apostoli doctrinam, digni sunt morte non solum qui faciunt, sed & hi qui consentiunt facientibus, ad Romanos primo. Sed petere sacramentum scienter a sacerdote criminoso est consentire in peccatum illius. Nemo enim petit ab altero aliquid fieri, nisi & velit & consentiat, vt alter id faciat. Si ergo nulla ratione licet consentire, vt sacerdos indignus sacramenta dispenset, videtur igitur nequaq̃ esse licitum petere ab illo sibi sacramenta dispensari. Sextum argumentum.

Iure diuino illicitum est non solummodo consentire peccato alterius, sed & cooperari ei in opere quo peccat & proponere ei materiam, vnde sibi sumat peccandi occasionem etiam q̃uis illam occasionem sumeret ex malitia & praua sua dispositione. Sic & Paulus iussit, nolite communicari operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite, ad Ephesios quinto. Insuper Ecclesiastici octauo, præceptum legimus. Ne incendas carbones peccatorum arguens

eos.i. ne excites ꝓnitates seu inclinatiões ad peccandū, quæ sane inclinatiões incendunt ab his, q̃ cã sunt, vt hoẽs ad peccandum parati exeãt in exequutionem illiciti operis.

De locantibus domos usurarijs, meretricibus, cõcubinarijs, aut Iudæis.

Septimũ argumentũ, Vsurarijs, meretricibus, & focarijs, Iudæis, idololatris, q̃tũlibet fuerint parati aĩ in peccatis ꝑseuerare, nequaq̃ licitũ est locare aut vendere domus ad inhabitandũ, etiã cuĩs locantibus aut vendentibus solũ cupiẽtibus domus suas iusto precio aut vendere, aut locare, displiceant peccata illorũ, & nõ cõsentiãt in vsurarũ acceptiões, luxurias, aut idololatrias. De locantibus domos vsurarijs, habes caput primũ de vsuris, lib. 6. vbi textus ꝓhibet, ne qs locet domos alienigenis, & nõ illic oriundis locet domos, vel sub alio quocumq̃ titulo concedat sub pœna suspẽsionis ipso facto, si locans fuerit patriarcha, archiepiscopus, aut episcop⁹, sub pœna vero excõmunicationis, si ꝑsona fuerit ecclesiastica inferioris ordinis, sub pœna aũt interdicti, si locans fuerit ciuitas aut collegiũ. Cum ergo huiuscemodi sint pœnę graues, quę non inferuntur nisi pro mortali crimine, consequẽs videtur eũ, q̃ sic domos locat vsurarijs, mortaliter peccare, et eum insup, qui domos conductas habere ſinit, & nõ expellit illos. Et ne cauilleris ex verbis textus, & dicas his pœnis subiacere eos solum, qui domos locant vsurarijs ad fœnus exercendum, id est, ea intentione. Huic cauillationi obuiat glossa ibidẽ dicẽs probabilis ignorantia excusat illũ, qui locauit domũ ei, quẽ ignorabat vsurariũ, in dubio tamẽ præsumuntur ad hoc conducere, si consueuerũt vsuras exercere. Et cuĩs locare domos vsurarijs non alienigenis, non subijciantur his pœnis positiui iuris, non tamẽ consequens est sic locãtes nõ peccare criminaliter. Et qa par ratio videt esse de locante domum vsurarijs, & de locante domũ meretricibus, aut concubinarijs, aut idololatris, vel Iudęis, videntur omnia hęc æque esse iure diuino illicita propter cooperationẽ, virtualemq̃ cõsensum in crimina illorũ. Quemadmodũ is qui locat aut vendit scienter gladium suum alteri, vel arma, quibus ille est abusurus in oppressionẽ vel mortẽ innocentis, mortaliter peccat contra naturalis & diuini iuris prohibitionẽ, & id quidẽ ꝓpter cooperationẽ peccati. Sicuti iure

iure diuino illicitũ est vendere venenũ intoxicũ, aut taxillos vel alcas, quibus emẽtes coiter abutuntur in dãnationẽ aiarũ suarũ. Vñ & hac rõe non est licitum mihi reddere hoĩ iam irato & parato occidere gladium suum, quin potius teneor ab eodem sic irato etiã gladiũ iuũ ꝓ vim surripere ad impediendum homicidij peccatũ. Videt igitur, q̃ pariformiter teneat sacerdotem criminosum in scelere perseuerantem, nõ solum non vocare, sed & impedire ne sacramenta sic contrectet indignus, ingerens Christo contumeliam, & proximo peccati ruinã. Octauum argumentum.

Exigere iuramentum ab eo quẽ scio iuraturum falsum.

Iure diuino prohibitũ est exigere iuramẽtum ab eo, quẽ scio falsum iuraturũ, iuxta doctrinã Augu. designatã. 22. q. 5. cap. Qui exigit, & ca. Qui prouocat. Asseritq̃ ibidẽ Aug. eũ q̃ sic prouocat hoĩm ad iurandũ, quẽ nouit iuraturũ esse falsum, plus peccare q̃ homicidam. Rursus eadẽ causa & quæstione in cap. Hoc videtur. tradit generale documentũ vnumquẽq̃ reũ esse, q̃ audit eũ iurare falsum & tacẽs nõ indicat, multo igitẽ magis est re⁹, q̃ ad deferandũ prouocat eũ quẽ nouit falsũ iuraturũ. Multum enĩ interest inter istum et illum, possumus enĩ paratum ad periurium admonendo vel prohibendo a tam graui peccato reuocare, sed si non audierit nos, & coram nobis de re quam nouerimus falsum iurauerit prodendus ẽ, sed vtrum ita prodendus sit, vt proditus etiam periculum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed qa scriptura in Leuitico non expressit cui hoc periurium indicandum sit, vtrum ipsi cui iurauit, an sacerdoti cuipiam, qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare ꝓ illo potest, videtur mihi, quod se a peccati vinculo absoluat, si talibus indicet, qui magis prodesse possunt, q̃ obesse, siue eũ corrigendo, siue deum pro eo placãdo.

Nonum argumentum. Ob nullum finem q̃tũlibet bonũ assequẽdum, licitum est vel cõsulere Dęmones, vel cõsiliũ accipere a Magis, Ariolis, & maleficis, etiã paratis maleficijs vti, neq; enĩ maleficium repellat, neq; ob aliã vllã vtilitatẽ vel necessitatẽ, ergo videt, neq; licere vnq̃ ob vllã necessitatem vel vtilitatem petere sacramenta celebrari aut dispẽsari a sacerdote perseuerante in crimine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decimum argumentū assumit media, quibus olim ān mille annos hęretici Donatistæ vtebantur ad cōmonstrandum omnia sceleratorum sacerdotum sacrificia & sacramenta esse falsa, irrita, & inania, atq; neminem Christianū posse communicare illis in huiuscemodi sacramentorum perceptione, quę sane media iam supra in argumento vndecimo & duodecimo, magna ex parte recitauimus. Vnde contra Augustinum argumentabatur Permenianus hæreticꝰ, sicuti recitat ipse Augustinus libro tertio contra epistolam eiusdem Permeniani. Si possumꝰ, inquit, a sacerdotibus publice manentibus in peccato sumere panem & calicem domini, quomodo poterimus obedire Apostolo prȩcipienti, ne cum hominibus fornicarijs, adulteris, aut auaris sumamus cibum etiam communem, prim. ad Corin. quinto. Quomō item præcepit vnicuiq; in nomine domini Iesu Christi, vt recedat ab omni fratre ambulante inordinate, secun. ad Thes sal. 3. Item carnales homines non possunt spirituales filios procreare, dicente Christo ad Nicodemum. Quod natū est ex carne caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus ē, Ioan. tertio. Præterea deus odio habet non solum criminosos sacerdotes, sed & orationes & sacrificia eorum, abominaturq; holocausta, victimas, festiuitates, & solennitates eorum, eo quod manus eorum plenæ sunt sanguine, id est, peccatis, sicuti dicitur Esaiæ primo, Ne offeratis vltra, inquit deus, sacrificium frustra incensum abominatio est mihi. Iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestræ plene sunt sanguine.

En vides spiritum sanctum ex ore Esaiæ, etiam detestare ipsa sacrificia diuinitus instituta, cum offeruntur a sceleſtis sacerdotibus, sicuti & in alio loco apud eundem Esaiam loquitur. Facinorosus qui mihi sacrificat vitulum, quasi qui canem occidat, & qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. Item prouerbiorum decimoquinto, Sacrificia impiorum abominatio domino. Et Ecclesiastici trigesimoquarto, Dona iniquorum non probat altissimꝰ. Item Oseæ. 9. Sacrificia eorum, quasi panis luctus, omnis q

man

māducat ex illo, inquinabitur. Orat vir sanctus, Oleum peccatoris non impinguet peccatum, psal. Non est speciosa laus in ore peccatoris, psal. Cæterum prędicator annuncians populo doctrinam salutuis æternæ & notorie viuens contra eiusdem doctrinæ præcepta mortaliter peccat, quem & per prophetam deus arguit. Peccatori autem dixit deꝰ, Quare tu enarras iustícias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, psal. Quem & Paulus increpans, inquit, Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum furaris, qui dicis non mœchandum mœcharis ad Romanos secundo. Proinde primę ad Timotheū tertio, de sacerdotibus, quibus incumbunt ecclesię ministeria, Probentur inquit primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Si peccauerit, populus orabit pro eo sacerdos, Si autem peccauerit sacerdos, quis orabit pro eo?

Vndecimum argumentum. Tota sacramentorum virtus seu fructus a Christo deriuatur. Cum ergo sacerdotes praui, sint palmites aridi, alieni a Christo vera vite, per quam confluit virtus fructificandi in palmites, videtur consequens eosdem prauos sacerdotes, qui non sunt participes pinguedinis vitis ac radicis nequaquam posse dispensare aut communicare alijs sacramentorum fructum.

Item eucharistiæ sacramentum benedictione sacerdotis consecratur, sed praui sacerdotis benedictio non est efficax ad spiritualem vllum effectum a deo consequendum, sed reproba potius, & quæ pœnam meretur, iuxta illud Malachiæ secundo, Maledicam benedictionibus vestris. Vnde Gelasius papa, quomodo ad diuini mysterij consecrationem cœlestis spiritus inuocatus aduenier, si sacerdos qui eum adesse deprecat criminosis actionibus plenus comprobet. 1. q. 1. c. Sacrosancta. Quam sententiam longe ante Gelasium diuus Hieronymus, multis in locis videtur comprobasse. Primū in commentarijs Sophonię tractans verbum prophetæ. Sacerdotes eius polluerūt sanctum. Sacerdotes, inquit, qui sanguinem domini diuidunt populis, impie agunt, in legem putantes eucharistiam facere verba non vitam & necessariam esse, solennem orationem, non autem sacerdotis merita, de

quibus dicitur Leuitici.21. Sacerdos in quocumq; fuerit ma cula non accedet offerre oblationes deo. En habes an cõficiẽdum eucharistiam non sufficere solennem sacerdotis o rationem, sed & merita eius esse necessaria, eosq; impie age re, qui contrarium putant. Item de hæreticis & ab ecclesia prescisis videtur manifestum esse ab illis sacramenta, neq; cõfici posse, neq; dispensari, Nã & sic plane sensit Cyp. martyr añi annos.1100. vt patet ī epła de lapsis. Vñ & in Ni ceno cõsilio legit si qs cõfugiat ad ecclesiã catholicã de Pau lianistis & Catafrigis statutũ est eos oino debere baptizari, q si fuerint etiã ordinati apud illos, rursus ab episcopo eccle sie ordinentur, si examinati inueniantur idonei, sicuti re citat Gratianus .1. quæst. 1. Si quis. Hãc sententiam, & ipse Hiero. affirmare videtur in commentarijs supra Amos pro phetam. Odit deus sacrificia hereticorũ, & a se proijcit, de testatur fœtorem eorum, quotiescumq; in nomine eius con gregati sunt, & claudit nares suas. Et in commentarijs su per Aggeum. Omnia siue vota pacifica siue ieiunia, castitas corporis, eleemosynæ, siue holocausta erunt contaminata in conspectu domini, q̃uis sancta videantur, specieq; sui offerũ tur tamen quia tractata sunt ab illo, qui pollutus est in ani ma polluuntur omnia. Et in commentarijs sup Oseę plane asserit hereticos offerre sacrilegum panem. Insuper Cyprianus. Cõitat, inquit, oleum vnde baptizati vnguntur sanctificari, & Eucharistiam apud illos omnino fieri non posse, vbi spes nulla est, & fides falsa vbi omnia p̃ mendacia agũt.

Præterea quisquis extra ecclesiam est non videtur aliquid posse agere nomine, & in persona totius ecclesię, sed sacerdos celebrans ac consecrans eucharistiam agit sacrificiũ in persona totius ecclesię, vnde & in ipsa consecratione non dicit offero, sed offerimus, quasi ex persona ecclesię. Et ideo quamuis alia forsitan sacramenta extra ecclesiam celebrari possint, de hoc tamen non videtur, Quod etiam Aug. visus est sentire dicens. Recolite nomẽ, & aduertite veritatem. Missa enim dicitur eo quod cœlestis missus ad consecrandum & viuificandum corpus aduenit, iuxta dictum sacerdotis dicentis, Omnipotens deus, iube hæc perferri p

manꝰ

manus sancti angeli tui in sublime altare tuum &cętera.

Et hæc est plana sententia Magistri sententiarum in quarto libro distinctione duodecima concludentis, hęreticũ a catholica fide prescisum eucharistię sacramentum nequaq; conficere. Cęterum secundum antiquum ecclesię morem annos mille & ducentos annos custoditum, consuetum est sacerdotes criminosos non solummodo excommunicari aut suspendi a diuinis, sed & degradari, iuxta sententiam Augustini libro septimo contra Donatistas post collationem capite quarto sic dicentis, in ecclesia nec mali bonis obesse possunt, cum vel ignorantur, vel pro pace & tranquillitate tolerantur. Ita sane vt nec emendationis vigilantia quis quiescat corripiendo, excommunicando, degradando, cæterisq; coertionibus illicitis, atq; concessis qui salua vnitatis pace in ecclesia quotidie fiunt, secundum apostolicum præceptũ seruata charitate, si quis nõ obedierit, inquit Paul. ꝙbo nostro per epistolam hunc notate. Ex quo verbo Apostolico ecclesia teste Augustino intellexit sese posse degradare sacerdotes criminosos. Sacerdos autem sic degradatus, amittit aut potestatem consecrandi, aut solam exequutionem. Non solũ autem exequutionem, alioquin non plus perderet degradatus q̃ excommunicatus, qui etiam per excommunicationẽ priuatur ordinis exequutione. Videtur ergo degradatus prorsus perdere sacerdotalem potestatem, seu characterem. Atq; ita talis si tentauerit consecrare non plus q̃ laicus non sacerdos videt̃ efficere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Huius capitis secunda pars, in qua demõstrantur sacramenta dispensata a prauis sacerdotibus prodesse secundum fidem & deuotionem accipientium.*

HActenus recitauimus argumenta multa, quibus magna ex parte olim ante annos mille Donatistę hæretici, conati sunt concludere sacramenta & sacrificia ab impijs sacerdotibus dispensata esse irrita & inania, atq; ita plebem non posse scienter ab illis petere aut accipere sacramẽta. Verum hęc omnia venerabilis Augustinus hęretico rum malleus insuperalis in libris suis contra Donatistas, contra Parmenianum, & Petilianum hęreticos cõtriuit, euertit, confutauit, & dissoluit, & validissimis scripture sacræ testimonijs & antiquissimis ecclesię consuetudinibus ab exordijs Christianę ecclesię obseruatis demonstrans sancta Christi verba sanctaq; sacramenta, & sacrificia ab ipso instituta non inquinari, sed pro deuotione & fide populi prodesse siue a prauo, siue a bono ministro illa quisq; accipiat quia spes omnis Christianorum in Christo non in homine est collocanda, dicente scriptura, Maledictus qui spem ponit in hoie, atq; ita sanctũ est quod deus dat etiã per ministrũ, non sancta conscientia dispensantem, quia siue a bono, siue a malo ministro sacramentum quisq; accipiat, non nisi spiritus sanctus est qui intus hominem iustificat iuxta Pauli Apostoli doctrinã, Neq; qui plantat, neq; qui rigat est aliquid sed qui incrementum dat deus primę ad Corinthios tertio. Plantare inquiunt. Ambro. & Aug. est euangelizare & semen verbi dei applicare auribus hominum. Rigare vero est baptizare, si malicia vel bonitas ministri sacramentum dispensantis variaret sacramentorum dignitatẽ, & valorem, iã in merito considendum esset ministrorum & tanta esset fructuum sacramentorum diuersitas, q̃ta ministrorum varietas contra Paulum apostolum coarguentem Corin. qui iam super hac re facere ceperant schismata in ecclesijs. Significatum est, inquit, mihi de vobis fratres ab his Cloes, qa contentiones inter vos sunt, alijs dicentibus, Ego quidem sum

Sacramenta siue a bono, siue a malo sacerdote dispẽsentur eiusdẽ sunt ualoris.

sum Pauli, alijs vero, ego sum Apollo, alijs, ego sum Cephę. Quos quasi gloriantes in meritis hominum baptizantium coarguit. Nunquid, inquit, diuisus est Christus? nunqd Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago deo, q̃ neminem vestrum baptizauerim, nisi Crispum & Gaium, ne quis dicat, quod in nomie meo baptizati sitis. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, prim. ad Corin. 1. in fine eiusdem capitis concludens, Qui gloriatur, ī dño glorietur. Et quod in .1. cap specialiter declarauerat de sacramento baptismi, hoc infra in capite tertio, & in principio capitis quarti eiusdẽ epistolæ, quasi repetens generaliter de alijs sacramentis seu mysterijs explicat, commonstrans homines non esse nisi dispensatores misteriorum Christi. Cum sit inter vos, inquit, zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis. Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nonne homines estis? Quid enī Apollo, quid Paulus? nisi ministri eius cui credidistis, & vnicuiq; sicut dominus dedit. Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Ita neq; qui plantat est aliqd neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum eius, Itaq; nemo glorietur in homine. Hactenus ille. Quos nominat Apostolus, sine dubio boni erant ministri, sed sub his bonis, quos dicit intus fructum non operari, vult insinuare sancta dei verba, quę foris adhibentur etiam per ministros prauos dispensari, & per eosdem verba sacra dispensantes deum intus operari salutis fructum.

Declaratur ex Paulo sacramenta eiusdẽ esse ualoris siue per malos, siue per bonos ministros dispẽsentur.

Proinde ex hac Apostolica doctrina, semper intellexit ecclesia baptismum tantum valere dispensatum per hominem contemptibilem, q̃tum valet per Apostolum datus, quia baptismus non hominis sed Christi est, qui int⁹ lauat. Vñ & carnales, & secundum hoẽm ambulantes, Apostolus appellat eos qui auxilium sperant humanum, putãtq; se intus pu rificari ex meritis hominum sacramenta dispensantium.

Item Augustinus in tractatu de corpore domini intra ecclesiam catholicam in ministerio corporis & sanguinis domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil a bono maius, nihil a malo minus ꝓficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo conficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Sicut ergo ipse est qui baptizat, ita & ipse est qui per spiritū sanctum suam efficit carnem & sanguinem. Putant quidam, inquit Gregorius, communionem corporis domini minus esse sanctificatem, si illorum fiat officio, quorum vita oculis eorum videtur ignobilis. Heu inq̄ ꝯ magnū laqueum incidunt, vt diuina & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant. Communis idemq; spiritus sanctus in tota ecclesia inuisibiliter eadem mysteria & operando sanctificat, & sanctificando benedicit. Cæterum Nicolaus papa respondens consultis Bulgarorum. Scisscitantibus vobis, inquit, si a sacerdote, qui fuerit comprehensus in adulterio, siue de hoc sola fama cōsperſus, communione debeatis recipere nec ne. Respondemus, non potest aliquis quantumlibet pollutus sit, sacramenta diuina polluere, quæ purgatoria sunt cunctarum contagionum. Qualiscumq; enim sacerdos sit, quæ sancta sunt ir quinari non possunt, idcirco ab eo, quousq; iudicio episcoporum reprobetur, communio percipienda est, quoniam mali bona administrando se tantummodo ledunt. Cerea fax accensa, sibi quidem detrimentum præstat, alijs vero lumen in tenebris administrat, & vnde alijs cōmodū exhibet, inde sibi dispēdium prębet, cōcludēs addit. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepide Christi mysteria, quia omnia in fide Christi purgantur, & non dantis meritum, sed accipientis fit, tanquam dicat, non secundū dispensantis, sed secundum accipientis fidei deuotionem sacramentū proficit. Recitat Gratianus decimaquinta quęst. vltima, cap. vlt. Quemadmodum autem is qui applicat ignē combustibili, quodammodo causa est combustionis, quæ nequaquam ob varietatem applicantium hominum variatur, Sic & in sacramentis Christi contingit, quibus deus adest, spiritualem effectum operans. Neque obest qualescumque fuerint sacerdotes applicantes, qui, vt inquit Paulus, solum sunt ministri Christi intus operantis, per quos Christus euan-

A pastore deprehenso in adulterio, eucharistia accipienda.

gelium annunciare, & in hoc gaudebat, quia & si tales, nō quæ Iesu Christi sunt, sed sua quærentes, non caste euangelizauerint, castum tamen erat quod annunciabant, ad Philippenses primo. Sicuti de quibusdam dixit Christus, Quæ dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere. Sicuti bonam legem potest reprobus habere populus, ita & iustam, rectamq; potest reprobus iudex ferre sententiam secundum legem illi præscriptam. Hinc in cap. vestra, de cohabitatione clericorum & mulierum, Sine dubitatione, inquit papa, teneatis, quod a clericis & presbyteris etiam fornicarijs, ꝯ diu tolerantur, nec habent operis euidentiam, licite diuina audiantur & ecclesiastica recipiantur sacramenta, quia & si iuxta Decretalem finalem eodem titulo, quemlibet pro mortali peccato constet esse suspensum quoad seipsū, non debet tamen in diuinis officijs euitari. Nam quantum ad alios suspensus non est, nisi peccatum eiusmodi fuerit notorium, aut per sententiam seu confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non potest.

Christus permisit malos sacerdotes euangelizare.

Iam si dixerit fortassis quispiam, sacramenta & dei verba dispensata seu prædicata a ministris malis, esse quidem bona, sed tamen ea esse meliora, quæ sunt dispensata a ministris bonis.

Nō melius est sacramentū propter meliorē ministrū.

Respondeo, huic obuiat Paulus coarguens Corin. propterea quod voluerint esse Pauli, id est, a Paulo baptizati.

Vnde & olim ante annos mille Cresconius grammaticus conuictus scripturę, sacrę testimonijs, concessit quidem nō hominem sacerdotem dispensantem sacramenta, sed ipsum Christum per ipsa sacramenta intus abluere, intº dare fidē, intº esse originem & caput hominis credentis, & sese conuertentis, ipsum tamen sacramentum quod a Christo est institutum, verbumq; euangelij melius fieri, aut prędicari si per bonum ministrum fiat, q̄ si fiat per malum. Hanc sentētiam Cresconij tractans Augustinus, commonstrat sacramēta diuina per bonū ministrū melius q̄ p malū fieri, secundum sensum quendam, quia videlicet melius est ipsi ministro bona dispensare sacramenta, non autem quia melius est accipienti sacramentum, qui etiam si incurrerit in ministrum malum, securitatem accipit a domino deo suo dicente & monente, Quæ dicunt facite. Addo etiam, inquit Augustinus, ad hoc esse melius ei qui accipit, vt is ministri probitatem ac sanctitatem considerans facilius imitetur, sed non ideo veriora & sanctiora sunt quæ ministrantur, quia per sanctiorem ministranrur. Illa namq; per se ipsa vera sunt & sancta propter deum verum & sanctum cuius sunt. Et ideo fieri potest, vt accedens ad societatem populi Christiani alium inueniat a quo facile baptizetur, alium quem eligat, quem salubriter imitetur. Contingere potest quod a malo baptizatus optime viuat, a bono autem baptizatus viuat pessime.

Hactenus August. contra Cresconium Grammaticum capite .20. & .21. Sic & doctrina euangelij plerumq; a sacerdotibus minus bonis, minusq; doctis, quinimo & prauis, salubrius dicitur ad ædificationem audientium, q̄ a sanctioribus, doctioribusq; presbyteris. Nam & donum prædicandi verbum domini gratis datum ad vtilitatē aliorū, plærūq; hñt hoēs prauę vitę, q diuina eloquia & suauiter & sapiēter tractare & enarrare possunt, vt audientes glorientur, non in meritis aut operibus hominis prędicantis, sed in doctrina spiritus, etiam per ministros prauos tam diserte, tamq; suauiter loquentis euangelium, vt intus penetret in mentes hominum. Porro ex scripturis sacris manifestum est geminam esse in nobis spiritus sancti operationem, Vnam qua

qua ipse nos multis virtutibus solidat ad salutem propriam, Alteram qua foris muneribus ornat ad lucrum. Illas nobis, inquit Bernardus, hæc nostris accipimus, verbi gratia, fides, spes, charitas, nobis propter nos dantur, absq; his quippe salui esse non possumus. Scientiæ vero seu sapientiæ sermo, gratia curationis, prophetia, donum linguarum, similiaq;, quibus carere cum integritate etiam salutis propriæ possumus, proximorum proculdubio in salutem expendenda donantur. Atq; ita fit, quod vna prædicatio, vt inquit Augustinus, sit melior q̄ alia, q̄uis vnus baptismus non sit alio melior. Quæ sane Augustini sententia, non est accipienda solum propter maiorem sanctitatem prædicantis, qui orando aut impetrando possit proficere audientibus, alioqui ratione simili etiam vnus baptismus melior alio dici posset, quod tamen Augustinus negat, sed est sententia illa Augustini intelligenda propter ipsas prędicationes in se, quarum vna est altera suauior, doctior, & ad commouendum, & flectēdum auditores aptior, q̄uis ipsa prędicatio euangelij non ex se, perinde atq; baptismus valeat hominem saluum facere.

Duplex spiritus sancti operatio.

Vna prædicatio melior alia, sed tamē unus baptismus non est altero melior.

Proinde Paulus cum dicit, Christus non misit me baptizare, sed euangelizare insinuauit officium euangelizandi excellentius esse officio baptizandi. Et euangelizare nō sit omnibus datum, quibus datum est baptizare.

Quod autem adiecit, Misit me euangelizare non in sapientia verbi, non eum prędicantem in sapientia verbi, prædicare intelligit, qui in prædicando euangelium scripturarum autoritate contentus, vtitur suauitate dicendi, vt flectat & moueat auditores atq; persuadeat, sed eū prędicantē, qui euangelizando nititur euangelium probare per verba composita ex humana sapientia, & secundum indaginem humanæ rationis & elegantiam sermonis. Hanc autem esse Pauli sententiam patet, Nam quod capite primo ad Corinthios dicit, Nō ī sapientia verbi. Hoc capite secūdo dicit, Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra sit non in sapientia hominum, sed in vir-

Prædicare in sapiētia uerbi.

tute dei, quod & infra eodem cap. sic explicat. Quę a deo donata sunt nobis loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. Aperte igitur insinuat Paulus, quod idem sit prędicare in sapientia verbi, prędicare in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis, & loqui in doctis humanę sapientiæ verbis. In annunciatione euangelij non ideo prędicator, aut doctor quisq; inquit Augustinus, annũciat euangelium in sapientia verbi, aut in doctis humanę sapientiæ verbis, quia laborat, vt suauiter doceat euangelium, vt libenter, & obedienter audiatur admonendo, arguẽdo, increpando, vt doceat, moneat, & flectat audientes (Ad hęc enim Paul⁹ Apostolus episcopum hortatur, argue, ingt, obsecra, insta opportune, importune) sed quia sollicit⁹ est, vt doceat ea quę placẽt audientibus & bene sonant secundum sapientiam huius sæculi, quia vult verbis contendere, vt et dictio sua innixa humanę sapientiæ rationibus, alterius dictioni perferatur, Neq; prædicator item aut doctor quisq; ideo suis viribus fidit, quia laborat sancti spiritus verbũ prudenter, & sapienter dicere, sed quia putat se intus operari salutem. Paulus vbi de seipso dicit sese in plantando, & euangelizando nihil esse nisi ministrum dei qui intus dat incrementum, ibi & de se ipso confidenter tandem ait, Secũdum gratiam dei quę data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Et infra ca. 4. In Christo Iesu p euangeliũ ego vos genui. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Vnde & in quarto libro de doctrina Christiana demonstrat Augustinus, Rethorica præcepta ad defendẽdam veritatem euangelij esse summopere vtilia. Sanctus Cyprianus, tam suaui & viuaci, inquit, sermone docuit sancta, iusta, & bona, vt & intelligenter, & libenter, & obedienter audiretur.

Verum hic sciendum quod deus aliter operetur per prauos ministros sacramenta ecclesiæ dispensantes, aliter per prauos ministros euangelizantes seu prędicantes verbum dei, aliter autem per eosdem prauos ministros publice in ecclesia offerentes sacrificia, in hymnis & in canticis, publicisq; officijs ecclesiæ foris ministrãtes, de quibus in respõsione

sione ad decimũ argumentũ infra latius. Cęterum p solutiõibus argumentorũ supponẽda est hęc diuisio prauorum sacerdotum. Alij neq; tenentur ministrare sacramẽta, neq; parati sunt, alij vero tenentur, & sunt parati, tertij vero sunt obligati & non parati, quarti autem sunt parati ministrare & non obligati. Præterea inter sacerdotes prauos alij sunt ab ecclesia tolerati, alij vero pręscisi, aut excommunicati, aut suspensi ab officij ministerijs, & inter hos alij sunt notiatim eiecti, alij vero solũ gñali sententia iuris, vł homis. Quibus p̃missis cõsiderandę sũt sẽtẽtię. 4. Prima est,

Distinctio prauorum sacerdotum.

In resolutiõe huius quæstiõis diligẽter oportet cõsiderare, qd sit naturalis & diuini iuris, qd aũt iuris humani, ex prædictis manifestũ est. Si contingat nos secundum corporalem conuersationem esse vel comites, vel socios vel sodales hoĩ peccatori, vel indigos auxilij eius, vel famulos, vel negotiorũ gestores ea maturitate, eoq; moderamine ex iure diuio tẽperanda est nostra cũ illo conuersatio, vt neq; ei, neq; alteri possit inde verisimiliter contingere prauitatis fomentum aut ruinę occasio. Nam si nostra cõuersatio, vel societas corporalis cũ sceleratis peccatoribus præstet illis, vel alijs, vel nobis fomentum prauitatis, aut salutis detrimentum, aut ruinæ periculum, iam nostra conuersatione tali deum in irã prouocamus, sicuti scriptura de Iosaphat rege testat, His qui oderunt deum amicitia iungeris, propterea quidẽ iram dei merebaris. Ex hac sententia diligenter considerata liquet, quonam pacto liceat a sacerdotibus prauis sacramenta petere, & accipere, & quomodo se gerere debeãt Christiani seruitores & seruitrices in rebus domesticis vsurariorũ, aut abducti in seruitutem Saracenorũ, ac infideliũ.

Quatuor sententiæ

Secunda sententia est, secundum dispositionem iuris positiui humani, Nullus parochianus debet deuitare suum pastorem sceleratum a suis se mysterijs separãdo, nisi pastor ille prędicta sui superioris sententia fuerit nominatim denunciatus, vno dumtaxat casu excepto per indultum concilij Cõstantiensis de notoria infectiõe manuum in clericum. Et hoc ius humanum est naturali & diuino iuri consonum. Prior huius sententiæ pars patet ex eiusdem decreto concilij Con-

stantiensis cuius consensu factum est, vt non teneamur prę textu cuiuscumq; censurę, aut sententiæ ecclesiasticæ a iure, vel ab homine generaliter promulgate vitare aliquem in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumq; diuinis, intus & extra donec fuerint facti per sententiam notorij nominatim. Alteram partem rationibus demonstrarunt, iam pridem Cancellarius Parisiensis in libro de vita spirituali, lectione quarta, & Aliacensis in homilia quadam. Nam oppositum dicere, inquiunt, est dare subditis occasionem triplicis peccati, rebellionis videlicet, diuisionis, seu schismatis, & temerarij diiudicationis, Rebellionis quidem, nam cum laici sint proni ad male iudicandum, iugiterq; clericis infesti poterunt ex leuibus suspicionibus sese ab obedientia pastorum substrahere, & in eos maliciose concitari. Diuisionis autem seu schismatis quia non sit par omnium affectio, nec pardiscretio, nec æqualis eorũ quę sunt iuris & facti cognitio, alij dicẽt de prælato quia bonus est, alij vero quod non, sed quod sit malus, & vitandus. Atq; ita erit in grege Christi diuisio. Temerarij vero diiudicationis, quia & si curatus fuerit heri fornicari⁹ aut auarus, potuit hodie pœnitere, nescit enim tarda molimina spiritus sancti gratia. Et facile est deo subito conuerte peccatorem. Et quia iure naturali & diuino consonum est gregem pastoris periculis huius triplicis peccati, non illaqueari. Idcirco hęc prefata sententia, nedum post editionem concilij constantiensis, sed & ante veritatem continebat, sub aliquali tamẽ limitatione, vtpote excepto eo pastore, qui erat in peccato notorio pẽr euidentiam rei, quę tergiuersatione aliqua celari non potuit, iuxta decretum Nicolai Papæ & alios canones supra allegatos, ex quibus liqdum est etiam añ indultũ Constantiense licuisse subditis a suis prælatis prauis, fornicarijs, & etiam generaliter præscijs, atq; suspensis sacramenta suscipere q̃diu fuerant ab ecclesia tolerati. Ab ecclesia autem dicebantur tolerari, q̃diu neq; condemnati erant, neq; sponte conuicti in iudicio, neq; crimen factum fuerat notorium per rei euidentiam, ad quam quidem euidentiæ notorietatem secundum doctores cano

colai Papę & alios canones supra allegatos, ex quibus liquidum est etiam ante indultum Constantiense licuisse subditis a suis prælatis prauis fornicarijs, & etiam generaliter præscijs, atq; suspensis sacramenta suscipere q̃diu fuerant ab ecclesia tolerati. Ab ecclesia autem dicebantur tolerari, q̃diu neq; condemnati erant, neq; sponte conuicti in iudicio, neq; crimen factum fuerat notorium per rei euidentiam, ad quam quidem euidentię notorietatem secũdum doctores canonistas requirebatur quod factum ad minus esset decem hominibus manifestum. Super quibus habes doctrinam Panormitani in cap. vestra, superius allegato, de cohabitatione clericorum & mulierum. Deinde & Hostiensis tractans cap. Nullus missam audiat presbyteri quem scit concubinã indubitanter habere, & cętera, vigesima secunda distinctiõe, de iure etiam veteri, inquit, declarati per sententiam notorij fornicatores vitandi non erant in diuinis officijs, nisi p positum eorum fornicandi ad minus a decem hominibus fuerat notum, qui ipso facto inquit per pœnitentiam restituebantur, & ipso facto suspendebantur. Simplex enim transgressio legis, qua cauetur ne sacerdos habens concubinam celebret, & ne quis illius missam audiat solummodo inducit peccatum, quod sola pœnitentia diluitur. Proinde & sacerdotem cũ ea abiecerit concubinã non impedit a celebratione. Cęterum & pro intellectu huius sententiæ sciẽdum est quod populus non solummodo licite potest, sed & tenetur a suo pastore prauo sic accipere sacramenta. Neque potest licite eundem suum pastorem in communione sacramentorum vitare, aut sese subtrahere a communione illius, q̃diu ipse ab ecclesia in officio pastoralis curę toleratur. Neq; expedit item populo habere vel licentiam, vel præceptum confusum vitandi pastorem suum prauum & sese substrahẽdi a communione illius. Nam dare licentiam, aut iussionẽ talem qua caueatur, vt populi vitent pastorem lapsum fortasis in crimen aliquod non præuia sententia in eum lata & publicata est ministrare illis fomitem rebellionis, dissentionis, ac temerarię diiudicationis, sicuti iam dictum est. Neq; enim possunt subditi pastorem suum pro hora qua vel sacra

Ab ecclesia tolerari qui dicuntur.

Populus nõ potest uitare pastorẽ suũ prauæ uitæ in sacramentorũ ministerijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta dispensat, vel diuinum officium celebrat certo iudicare in oculis dei prauum esse & criminosum. Nempe opus illud externum, quod agit non est prauum, sed in se licitum, & bonum, quem si forsitan nouero iam pridem crimen aliquod perpetrasse, satius est mihi præsumere de illo quod iã pœnituerit, q̃ temere de conscientia illius iudicare, de quo etiam, & si nondum pœnituerit, non peccat tamen celebrando, aut sacramẽta ministrãdo, nisi ꝓpter internã mentis indignitatem & irreuerentiam, quæ in oculis solius dei manifesta est. Vnde & hac ratione Paulus apostol⁹ cum dixisset, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei, & inter dispensatores illud quæri, seu requiri, vt quisq; fidelis reperiatur, continuo præclusit populo viam temere iudicandi de dispensatoribus Christi munera dispensantibus. Mihi, inquit, pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare quousq; veniat dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, primę ad Corinthios quarto, tanq; dicat. Quo modo potestis de conscientia dispensatoris recte iudicare cũ mihi ipsi non satis sim cognitus. Et q̃uis nihil mihi sim cõscius, non tamen propter hoc in oculis domini sum iustus. Itaq; nolite iudicare ante tempus, in quo manifesta erũt abscondita cordium. Cum ergo in his iudicijs nostra suspitio plerumq; fallatur, multoq; magis & fama sæpe mentiatur, cauendum est subditis ne de indignitate conscientiarum pastorum suorum definitas ferant sententias. Tu quis es (inquit Paulus) qui iudicas alienum seruum. Domino suo stat, aut cadit, & si cadit, potens est dominus iterum statuere illum, & subito de stercore erigere pauperem.

Heus vtinam improbi isti⁹ seculi homines, qui temerarijs suis iudicijs, scriptisque libellis famosis turbant vniuersum ecclesiæ ordinem, tam faciles essent ad iudicandum semetipsos. Quis enim gloriabitur mundum se habere cor? si nosmetipsos iudicaremus, nõ vtique iudicaremur a dño.

Proinde & omnia quæ capite isto dicimus de requirenti

rentibus sacramenta scienter a prauis sacerdotibus, vel audientibus diuina eorum officia non sunt accipienda, quasi ex prioris vitæ eorum conuersatione praua licite quis possit iudicia, id est, definitas firmasq; sententias de conscientijs eorum confingere, quas potuit deus subito mutasse in melius, sed sunt habenda tanq; documenta quædam declarantia quonam pacto liceat aut non liceat ab illis sacramenta accipere, aut interesse diuinis officijs eorum, de quorum prauitate etiam interdum contingit tam probabiles, tamque violentas habere rationes, quę iudicium definitiuum inducunt eosdem sacerdotes pro tunc dispensando sacramenta peccare. Potest nempe cõtingere, quod ex commisso crimine nouerim sacerdotem iure communi propter crimen aliquod commissum esse excommunicatum, irregularem, aut a diuinis suspensum. Atq; ita eundem non posse licite sacramenta, aut celebrare, aut dispensare, cuius conscientiam & si non possim tunc (nisi foris prodeat fructus mali operis) licite iudicare iniquam esse, attamen si videã illum sese sacramentis in tali statu ingerẽtẽ, licite iudico eũ inique agere, quem & si secundum indultum Constantiensis concilij in sacramentorum administratione, vel receptione vitare non tenear, prætextu humani præcepti, aut censurę ecclesiasticæ, vti q; tamen vitare teneor eundem si occurrat obligatio naturalis, aut diuini iuris, veluti cum ipse vel ex mea communione sumeret fomentum iniquitatis, vel ex reuerentia sacramenti vellet in tali censura constitutus abstinere, tum ego non possum eum ad celebrandum, aut ad sacramenta dispensandum inducere, nisi quatenus meus est pastor pro tunc obligatus sacramenta ministrare. In hac materia diligenter est discernendum ius positiuũ a iure naturali. Nam quamuis prohibitione positiui iuris teneatur quis solum vitare nominatim excommunicatum, iure tamen naturali tenetur etiam plerumq; vitare, non sic designatum nominatim. Pro huius ampliori intellectu sit hęc sententia tertia.

Quõ nemini licitũ est de occulta sacerdotis conscientia iudicare.

Tertia sententia. Nemini etiam ex causa vel vtilitate q̃tumlibet ardua, licet exigere seu petere absolutionis eucharistiæ, vel aliud quoduis sacramentum a sacerdote cri-

minoso, qui nec obligatus, nec paratus est id pro tunc administrare. A quouis autem alio prauo sacerdote, veluti ab eo, qui obligatus est ministrare siue sit paratus, siue non paratus, et ab eo itē, qui obligatus nō est, dum sit paratus, & p̄ hoc alias non patiatur salutis suæ damnum vel detrimentū, aut prauitatis fomentum, licite quis potest ad suam ipsius, vel aliorum spiritualem vtilitatem rite sacramenta petere, atq; suscipere. Hæc sententia tres habet partes.

Prima, Quod nemini licet exigere seu petere sacramentum a sacerdote prauo, qui nec obligatus, nec paratus est, p̄ tunc ministrare. Et probatur, Nam ad ministerium sacramētorum, vocans, exigens, seu requirens, inducens, precibusue alliciens sacerdotem fornicarium, aut alias criminosum, pro tunc neque obligatum neq; paratum aut celebrare, aut sacramenta ministrare, sed potius pro sacramentorum reuerētia abstinere, est causa spiritualis damni illius, adfertq; detrimentum saluti eius, quem sic requisitum & inductum verisimiliter nouit dispensaturum esse sacramentum indigne, qui alioqui pro reuerentia sacramenti voluisset abstinere. Vnde iuxta caput finale de temporibus ordinandorum, q̄ſq; debet sacerdotem in crimine iacentem admonere potius, vt in testimonium suę damnationis non ministret in susceptis ordinibus, sed abstineat potius, vel pœnitentiam agat, vt digne sacramenta administrare valeat.

Secunda pars sententię, quod videlicet quis possit sacerdotem, qui est ministrare obligatus, vtpote pastorem suum in pastorali cura toleratum requirere, vt sacramenta ministret. siue paratus sit, siue non paratus, patet, quia nemo peccat exigendo, quod sibi debetur, petens eo tempore, quo alter id sibi tenetur tradere. Cum ille teneatur hoc debitum non peccando reddere, debitoris enim malicia non excusat ipsum a soluendo debitum, in quo alteri est obligatus. Atq; ita parochiani exigentes a suo pastore malo, cum solum petunt ius suum, sibiq; debitum, non inducunt eum ad peccandum, sed ad exhibendum illud quod debet & potest absq; peccato exhibere. Tertia pars sententiæ est, quod a prauo ministro, qui obligatus non est, sed tamen est paratus sic sacramen

Parochiani licite petunt debitū sibi ministerium a sacerdote prauo.

menta ministrare, licite quis possit ad suam vel aliorum vtilitatem spiritualem sacramenta petere & suscipere, eumque ad ministrandum vocare, dum per hoc alias ille non patiat̄ salutis suę damnum, seu prauitatis fomentum, patet. Nam licite quis potest vti alterius mala voluntate, ad exhibendū aliquod opus, quod est in se bonum & licitum, quod & alter ipse posset licite & recte dispensare, etiam & si nouerim illum esse parati animi, opus illud non ministrare nisi illicite, indigne, aut irreuerenter. Sicuti licite quis petit mutuū ab vsurario quem nouit sine acceptione vsurę non mutuaturum. Cæterum & interdum quis propter bonum aliquod spirituale, aut ad vitandum magis malum licite consulit alteri vt faciat opus aliquod secundum se malum & illicitum, modo ille paratus fuerit illud facere, alioqui maius aliquod malum perpetraturus, & non inde proueniat illi, vel alteri damnum aut spiritualis salutis detrimentum, veluti hęreticum, qui paratus est occulte seminare hæresim licite induco, vt hoc tempore & loco ea quę sentit de fide doceat, quatenus deprehendatur, deprehensusq; non amplius noceat. Sic propheta sanctus Helias, vt ab idololatria reuocaret gentem Iudæorum ad externum idolorum sacrificiū induxit sacerdotes Baal, q̄ parati firmiq; ac immobilis animi erāt p̄sistere in idololatria, tertij Regum .18. Item eum q̄ parati animi est occidere patremfamilias, vt libere thesaurum illius posset furando deportare licet induco & iuuo, vt furetur potius q̄ committat latrocinium. Volenti occidere vxorem, vt possit aliam quæ hoc fieri suggerit ducere, licite possum consulere, vt potius faciat cum illa adulterium vxore reseruata. Diuitem nolentem subuenire necessitati pauperis, neq; per viā eleemosynę, neq; per viam amicabilis mutui precibus licite induco, vt potius sub vsura mutuet, q̄ſ pauperem petire sinat. Hic iam si obiecerit quispiam, sic dicere est docere alterum malefacere, vt veniant bona.

Vti mala voluntate alterius.

Helias ad actū externū idololatriæ prouocauit sacerdotes Baal.

Docere alterum malefacere.

Huic respondeo hoc falsum esse, sed ē docere, qd̄ propter aliquam necessitatem vel vtilitatem licitum sit malam & contumacem alterius voluntatem facere prodire foras in opus externum, vbi id fieri potest absq; detrimento salu-

tis illius, & hoc non est aliud, q̄ vti mala alterius voluntate, propter aliquod bonum inde proueniens. Rursus si dixeris, Non est licitum mihi neq; facere mala vt veniant bona, neq; facere minora mala vt vitentur mala grauiora, neq; enim licitum est mihi indigne tractare sacramenta propter alterius salutem, neq; item licitum est mentiri ad vitandum homicidium. Respondeo totum hoc vti q̄ verum esse, & ideo is qui malum facit, vt vel bonum eueniat, vel magis malum euitet, peccat vtiq;, sicut probat argumentum, præsertim cum ipse absq; omni peccato posset seruare vtrumq; videlicet, & vitare magis malum, & bonū ipsū non impedire, & hoc vel faciendo opus in se bonum bene, vl' cohibendo voluntatem suam ab omni opere malo, quod bene fieri non potest. Secus autem est de me, qui non sic habeo in mea potestate alterius voluntatem, & ideo dum non possum apud illum efficere, neq; vt ipse opus bonum bene faciat, neq; vt vtrumq;, tam minus scilicet malum, q̄ maius malū fugiat, vtiliter ago causam honoris dei & salutis proximi, si vitat mala illius voluntate, & inducam eum vt foris prodeat, quod intus contumaciter explere desiderat, neq; hoc est facere malū, sed ē vel eum qui alioqui facturus erat malum, impedire a maiori malo, vel ad suam aliorumue vtilitatem, vti imprudentia, malicia, seu contumacia illius absq; detrimento salutis eius. Si licet vti mala alterius voluntate ad opera in se mala, multo igitur magis licet vti mala alterius voluntate ad opera in se bona, cuiuscemodi sunt celebrare, & dispēsare sacramenta. Bene vti malo, inquit Augustinus, non est peccatum, sicut sapiens dominus ad opera bona ministro vtitur imprudente, libro quinto contra Iulianum, capite .10. Aliud est audire missam praui sacerdotis vltro celebrantis, illiusq; officijs & sacrificijs interesse, aut eidem inseruire. Aliud est eundem ad celebrandum vocare seu inducere.

Non est licitū facere mala, ut veniant bona, tamē licitū est cooperari ad malum ut veniant bona.

Cæterum hæc omnia quę diximus de prauis sacerdotibus indigne sacrificia offerentibus, aut sacramenta dispensantibus, non sunt accipienda tanquam vllo modo suffragentur ipsis sacerdotibus prauis, aut prælatis, cæteriśq; scienter tales indignos aut instituentibus, aut tolerantibus, cum deberent

berent repugnare corrigendo, qui sane omnes grauissime procul dubio offendunt deum creatorem, sed sunt costituta ad subueniendum timoratis conscientijs, & ad vtilitatem subditorum. Atq; ita non solummodo sacerdotes, qui sic indigne sacramenta tractant, iram dei super se prouocāt, sed et omnes qui ipsis sic indigne celebrantibus quodammodo communicant, vel fauendo, vel negligendo, seu fouendo, vel permittendo cum oporteret remedium adhibere. Et ideo ecclesiarum prelati, temporalesque domini sustinentes in familia sua capellanos concubinarios, aut aliter criminosos ad missas celebrandas, sacrificiaq; offerenda, quos ipsi possent, vel a crimine cohibere, vel a celebratione reijcere efficiuntur criminis sacerdotum indigne celebrantium participes, quibus formidanda est proculdubio beati Gregorij sententia dicentis. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Et quia iam de subditis diximus, quonammodo scilicet debeāt sese habere erga prauos sacerdotes, seu pastores. Iam per sententiam quartam de prælatis & episcopis, quorum est peccata scandalaq; sacerdotum & pastorum indigne sacramenta tractātium sub sua dioceſi corrigere, videamus. Quarta sententia.

Tolerātes sacerdoter prauos in suis ministerijs grauiter peccant.

Quamq̄ interdum magis ecclesiæ dei expediat prauos homines, ministros īdignos, & sacerdotes scelestos tolerare, q̄ cum periculo maioris mali p censuras & rigidas pœnas coercere. Prelatus tamem aut scienter, aut negligenter indignum ordinans, curam pastoralem inutili ac inidoneo conferens, aut in ministerio sustinens sceleratę & perditę vitę ministrum, quem posset cohibere, particeps est omnino delictorum eius, quemadmodum & pastor a loco curæ absens, etiam ex legitima causa præficiens ouibus suis, aut iam præfectum sustinens vicarium indignum & infamem, particeps est omniū delictorum & negligentiarum, quę substitutus ille commiserit, longeq; amplius q̄ iudex qui scienter vices suas committens subdelegato iudicium peruerenti, reus est peruersi iudicij & iniusticiarum eius. Ipsi tamen subditi licite & petunt & accipiunt ecclesiastica sacramenta ab illo indigno sacerdote substituto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primam partem huius sententiæ satis probat verbum saluatoris dicentis, Nolite eradicare zizania, ne simul conculcetis & triticum, sinite vtraq; crescere vsq; ad messem.

Eandemq; partem dominus Gerson, & dominus Aliacensis, qui pro scandalo amouẽdo ob ordine ecclesiastico, cu ram habuerunt præcipuam, demonstrant pro hoc nostro sęculo expedire, cum passim ad beneficia ecclesiastica assuman tur iuuenes suarum passionum insequutores, multiplicãtur lubrici & inutiles homines in sacerdotes, de quibus stultissimum est sperare, quod post susceptum sacerdotium castior & sanctior sit vita eorum futura, & non potius dissolutior. Ignari prorsus, vani, aut nobilitate sanguinis gloriantes, q nihil nisi ludos, venationes, commessationes, impudicitias sectantur, ad docendum populum, & ad prædicandum euan gelium omnino inepti atq; infidonei ad pastorales curas cue huntur, curas desiderant, vt sine curis uiuant, quibus nulla est cura de seruitio diuino, aut de salute ouium, quarum cu ras ambiunt, de prouentuũ & emolumẽtorum vbertate tan tummodo, & de quantitate valoris quęritur, quantum sibi longe ab ouibus suis abfuturo, prouentibus annuis reddi va leat, diligenter explorat, nihil de plebis qualitate cui pręesse debeat, nihil de moribus, nihil de animarum periculis sollici tus, atq; ita in singulis quibusq; ecclesiasticis beneficijs quã tũ valeat absenti Christi patrimoniũ, dé moribus aũt ẽ vltia quęstio. Huiusce generis hominibus indignis cateruatim ad ecclesiastica benefícia euectis, solũmodo quærentibus de carnali pinguetudine patrimonij Christi comedere, bibere, & luxuriari, in saturitate & otio, pestiferi, sceleratissimique, mores adeo inualuerunt his nostris sæculis, vt etiam & si fue rit vigilantissimus quispiam pontifex, pro salute ecclesię ze losissimus, plærũq; nequeat sine detrimento salutis bonoꝝ, mala hęc impedire, neq; monitis pijs, aut correptionibus, ne q; rigidis ecclesiæ censuris. Atq; ita propter custodiã salutis bonorum consultum est plęrumq; pontifici, vt ad tem pus inemendabilium hominum peccantium multitudinẽ relinquat impunitam, & cum animi displicentia ac amari tudine toleret, interim tamẽ, neq; suũ officium negligens, neq;

De pastoribus pra uis tolerandis.

INDEX RERVM QVAE PRAECIPUE toto hoc opere tractantur.

¶ B Bellum.

Bellum quando licite aut illicite susciptur, fol. 220. & sequentibus.
Quando principi bellare, suis præcipienti, est obediendum. 221. uide uocabulum, obedire.
An capta ciuitate licet omnes sine discrimine occidere. 222.
De rebus bello captis ab hostibus. 217.
De militibus stipendiarijs. 224.
Quando propter concussionem tenentur milites, aut princeps etiam concussionem permittens, aut dissimulans ad satisfactionem. 224. & sequentibus. uide uocabulum, Potestas secularis.

¶ Beneficium.

An beneficiati bonorum quæ recipiunt sint simpliciter domini. 207.
Beneficialia bona sunt triplicia. 199. 207.
Beneficiati quid facere teneantur de ijs bonis quæ sibi superfluant. 197.
Beneficiati & monachi non legentes horas canonicas, aut alia officia prætermittentes, quando tenentur ad restitutiõem. 199. & sequen. 205. 207. 208. 214. uide uocab. Prælatus.
An hic tutum faciat dispensatio Papæ. 214.
Beneficiati perdite uiuentes, quando ad restitutionem tenentur. 200.
De absentibus a beneficijs suis, 205.
An habens duo beneficia tenetur bis legere horas, bis celebrare, etc. 105.
Qui beneficiati tenentur ad legendum uigilias defunctorum. ibidem.
An hic aliquid faciat dispensatio Papæ. ibidem.
Quid Papa possit in extinctione beneficiorum, aut alienatione bonorum beneficialium. 206.
Quid Papa possit in mutandis testamentarijs conditionibus, ad beneficia & officia ecclesiastica pertinentibus. 206. 209.
Beneficiorum canonicalium ratio & origo. 207.
An plura beneficia habẽs sit tutus in cõscientia per dispensationẽ Papæ. 209.
De consuetudine exigendi aliquid a recipiendis in possessionẽ beneficij. 124. uide uocabulum, Ecclesiastici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Beneficium Pastorale.

Pastor quãdo censendus est non pascere, & per hoc ad restitutionem teneri. 202. & sequent.
Pastores absentes an tutos faciat dispensatio Papæ. 204.
An tutos faciat quod per uicarium idoneum pascunt. 203. & sequent.
Qui causa abesse licite possit. 202.
Pastores & Episcopi quæ bona debent largiri pauperibus. 200. Vide uocabulum, Prælatus.

¶ C

Ceremoniarum Mosaicarum ratio literalis. 31. & sequen. 56.
Item figuralis. 59. Vide uocab. Lex diuina.
Quam utilitatem habeant leges ceremoniales. 55. 81.

¶ Charitas.

Charitatis lex an sola sufficiat ad salutem. 32. & sequent. 38. & sequent.
Dilectionem Dei non facit custodia mandatorum, sed contra. 69.
Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. 7.
Aliud est charitas, aliud charitatis opus. 73. uide uocab. Præceptum.

¶ Consuetudo.

Quid consuetudo. 119.
Consuetudo & mos quid differunt. 116.
Vide iudicandi est esse æqui aut iniqui. 113. & sequent. 120.
Docet eam habere uim legis. 124. & sequent. 159. 161. & sequent.
Que nadmodum consuetudo tollit legem. 126. 123.
Quemadmodum abrogat legem positiuam ecclesiæ. 126. 128. 154. et sequẽ. Vide uocabulum, Matrimonium.
An consuetudo inducta illicitis actibus abroget legem. 128.
Consuetudo laicorũ an abroget leges ecclesiasticas. 124. uide uoc. Vectigal.
Que consuetudo credenda est ab Apostolis ad nos profecta. 156. & sequẽ.
Qui de peccatum est, talem consuetudinem negligere. ibidem.
Consuetudo non uniuersalis an obliget. 159. 161.
Consuetudo facit, ut occupatio bonorum patris defuncti aut legitima sit, aut furtiua. 124.

¶ Credere.

Credere in Iesum quid complectitur. 35.

¶ Contemptus.

Quid ex contemptu facere. 178.

Cooperari

¶ Cooperari. An peccet cooperans peccanti. 235.

¶ E Ecclesia.

Qui ecclesiæ non credit, nec scripturis credit. 4.
Ecclesiæ testimonio discimus scripturam sacram, uere sacram esse. ibidem.
Testimonium ecclesiæ prius est scriptura ipsa. ibidem.
Credunt Turcæ uera esse quæ deus tradit, sed credere nolunt illa Deum tradere, quæ ecclesia affirmat eum tradere. 5.
Testificanti ecclesiæ, qui in una quapiam re non credunt, parum absunt a paganismo. ibidem.
Ecclesia. 65. annis post ascensionem domini fuit sine Ioannis Euangelio. 6.
In ecclesia est ordonũ et graduũ distinctio, ordinatiõe diuina. 49. 97. 107.
Ecclesiæ paulatim innotuerunt dogmata fidei. 5. & sequent.
Vide uocabulum, Scriptura.

¶ Ecclesiastici.

Ecclesiastici quæ pro ministerio suo accipiunt, non sunt eleemosyne. 122.
Ecclesiastici an licite pro ministerio temporalia accipiunt, & operas suas locant. 120. & sequent.
Quæ negociatio sit interdicta ecclesiasticis. 218. & sequent. Vide uocabulum, Beneficium.

¶ Excommunicatio.

Non ob quoduis mortale potest quis excommunicari. 237. 263.
An pœnitens de peccato commisso possit excommunicari. 261.
Quale peccatum est, communicare cum excommunicato. 238.
De lege Apostolica ut excommunicemus criminosos. 83.
De lege in genere, ne communicemus excommunicato. 84. 88. & sequent. 138. 36. 137. libro tertio, pag. 30. & sequentib.
Excommunicatus quomodo abstinere teneatur a receptione & administratione sacramentorum. 89.
Excommunicare oportet, seruato iuris ordine. 84.
Mentalis hæreticus non est excõmunicatus. li. 3. pa. 61. uide uo. Hæreticus.
De non communicando cũ hæreticis. 88. 136. uide uocab. Hæreticus. 87. & libro tertio, pag. 74. 94.
De non communicando sacerdotibus fornicarijs, aut alioquin impijs. 89. & libro tertio, pag. 96. uide uocabulum, Sacramentum. 127.
Excommunicatus iniuste, an teneatur uitare alios. 235.
Casus in quibus licet communicare cum excommunicato. 239.
De non communicando cum peccatoribus. libro tertio. pagina. 65. 74. 127.
Quæ ignorantia excuset in hac materia. 242. 246. 253.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignorans se excommunicatum si ordinetur an sit irregularis. 251.
An absolutio a peccatis impensa excommunicato sit ualida. 252. 264. li. 3 pa. 78. 81. 82. 89. 91.
Communicamus excommunicato in crimine tripliciter. 255.
An mandans, aut consulens opus affectum excommunicatione sit excommunicatus. 254.
Vtrum obediendum est iudici præcipienti, sub pœna excommunicationis, ut quis prodat crimen alterius occultum. 257.
Vide uocabula obedientia, & occultum.

¶ F.

Festa quædam sunt a temporibus apostolorũ obseruata. 126. 156. & sequen.
Lex de occidendo fures, an iusta. 113.

¶ H.

An omnis hæreticus sit iure diuino excommunicatus, & omni iurisdictione ecclesiastica priuatus. 136. & sequen. 140. & sequen. & li. 3. pa. 62
Vide uocabulum excommunicatus.
Quomodo prælatus hæreticus est uitandus. 138.
An prælato hæretico sit obediendum. 138. & sequen.
An ob hæresim possit rex priuari regno. 139.
Quando Papa suspectus haberi debet de hæresi. 141. 150

¶ I.

Ignorantia multiplex. 243.
An cadat in aliquem inuincibilis ignorantia. 244.
Ieiunium quadragesimale. 159.
Quod a ieiunis sumitur corpus Christi, consuetudo prisca est. 156.
De consuetudine ponendi imagines in templo. 170.
Infidelitas in paganis an sit peccatum. 245.
Innocentem an liceat in casu occidere. 221. Vide uoca. bellum.
De iudicibus adhibentibus torturas. 227. Vide uoca. obedire.
Iudeorum libri, qui aboleri debeant. 113.
Iudeorum sacrificia cur tolerentur a nobis, & non Paganorum. 112. 119.
Iuramentum exigere ab eo, quem scimus periuraturum. 115.
Iuramenta Canonicorũ de seruandis statutis, non dẽda concubina, & c. 175.

¶ Ius.

Iuris uox dupliciter accipitur. 116.
De iure naturali, & ciuili. 116.
Iure ciuili quomodo acquiritur dominium rerum. 117.

Ius ciuile diuiditur in scriptum & consuetudinarium. 110.
Iure gentium nostra fiunt capta ab hostibus, adiecta per alluuium, etc. 117.
Quæ animalia iure gentium fiunt capientium. 116.
Iurisdictionis ecclesiasticæ distinctio a seculari est iuris diuini. 152. 155. uide
Iurisdictio ecclesiastica diuiditur. 131. uide uo. Potestas. (de litera O.
Iustis non est lex posita. 33. 36. & sequent.
Iustis quomodo sunt omnia communia. 31.

¶ L Lex.

Quid lex. 50. Et quotuplex. 51. Lex naturæ an omnibus nota. 52.
Differentia inter prima præcepta legis naturæ, & non prima. 52.
Legis naturæ tria officia. 60.
Quid lex naturæ efficere potuit in homine ante peccatum. 61.
An apud paganos sit ulla lex iusta, libro tertio, pag. 107.
Lex diuina etiam de motibus cordis præcipit. 54.
Legis diuinæ alia est moralis, alia ceremonialis. 55. uide uocabu. Ceremonia.
Legis ueteris & nouæ differentia. 60. & lib. tertio, pag. 44.
Lex Mosi habet triplicia præcepta. 69.
Et Apostolicæ leges quædam recipiunt interpretationem ciuilem. 83. 85. & sequenti. uide uocab. Excommun.
Lex humana unde nos obligat. 76.
Legis humanæ in foro conscientiæ obligatio. 167. 170. 179.
Conditiones requisitæ ut obliget lex. 101. & sequ. Et lib. ter. pag. 31.
Leges ferendi potestas etiam in foro conscientiæ obligantes, est ex ordinatione diuina. 93.
Scripturæ quibus legibus humanis iubemur obedire. 94. & sequen. uide uoc. Obedientia & Præceptum. Et lib. ter. pag. 49.
An legibus imperialibus obligentur etiã ecclesiastici in foro conscietiæ. 102. & sequent. uide uoc. Libertas ecclesiastica.
Argumenta cõtra obligationẽ legũ humanarũ, lib. 3. pag. 1. Soluũtur. 17.
Leges humanæ, nascente ecclesia, latæ, lib. 3. pag. 26.
Lex humana facit ut male possideas, quod alioq possideres iuste. li. 3. p. 34.
Legis humanæ transgressor, idem est diuinæ legis transgressor. 93.
Lex humana quæ præcipit, aut uetat, nõ sunt secundũ se bona, aut mala. 79.
Quid spectet omnis legislator. 67. & sequent.
Lex diuina & ciuilis an eundem finem habent. 68. 77. 78.
Legis ecclesiasticæ officium. 77. Item legis secularis. inibi.
Omnis lex humana deriuatur ab externa & naturali. 76.
De legum humanarum ciuili interpretatione. 79. 170. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ne temere multiplicẽtur leges humanæ, neue receptæ iã mutẽtur. 127. Inibi causæ ob quas mutari possint, Leges pœnales quõ obligẽt. 171. uide uo. occul.
Leges Ethnicorum quatenus sunt a nobis seruandæ. 73.
Quatenus Ethnici teneantur legibus nostris. 114. uide uocab. Matrimoniũ.
Legis humanæ transgressio quale peccatum sit, libro tertio, pag. 53.
Vnde lex est iudicanda iniqua. 79. & sequen. 93. 100. & sequent. 112.
Lex iniqua non obligat. 169. Vnde iudicanda est lex inutilis. 80.
Lex recte permittit mala quædã. 112. uide uocab. Furtum & Præceptum.

¶ Liberum arbitrium.

Vnde dictum. 13. Est & apud malos. 14.

¶ Libertas Christiana quid. 20.

In quibus rebus sita est. 92. 15. 20. & sequent. Item lib. 3. pa. 15. & 18.
In qbus sũã credũt Lutherani, nec non alij qdã apl'orum tpm æquales. 1. 18.
Argumenta quibus hic pro se utuntur hæretici. 7. & sequent.
Soluuntur. 32. & sequen. Et lib. ter. pag. 1. & sequen. Soluũtur. 17. & seq.
Scripturæ facientes contra libertatem ab hæreticis confictam. 10.
Libertas in scripturis triplex. 12.
Libertatis gradus multi. 13. & sequ. 17. Libertas a peccato duplex. 12.
Libertas p Christũ impẽsa, necdũ est, qualẽ habebat Adã anteq̃ peccasset. 11.
Libertas Christiana non tollit legem naturæ, iuris gentium, consuetudinariã, coniugalem, aut pertinentem ad alios contractus humanos. 10.
Non eximit a seruitute, qua homo homini seruus est. 23.
Non facit ut dominis & primatibus, siue ethnicis, siue Christianis subiecti non simus. 24. 33. 92. Non facit quo minus teneamur promissionibus, iuramẽtis, & uotis. 24. Non facit omnia omnibus communia. 29.
Liber in Christo fieri potest multis modis debitor hominum. 28.
Si filius uos liberauerit, etc. 35. Vbi spũs domini, ibi libertas. 36. uid. uo. Ser.

¶ Libertas Ecclesiastica.

Aliud est libertas Christiana, aliud Ecclesiastica. 181.
Libertas Ecclesiastica, non est ex priuilegio principum secularium. 136. 139.
Libertas & immunitas cleri a uectigalibus, cuius iuris sit. 106. & sequent.
Exemptio personarũ ecclesiasticarum a foro secular. cuius iuris sit. 109.
Ecclesiastica bona an possint onerari uectigalibus, et aliis exactionibus. 108. 112. 198. uide uocab. Vectigal, Lex, & Potestas.
De statutis principũ, quæ sunt contra ecclesiasticã libertatẽ. 130. 139. 190.
De placetis quæ uocantur principum. 187.
De statuto, ne fundi & prædia uendantur, aut donentur ecclesiis. 192.
De pœna impedientiũ ecclesiasticam libertatem. 217. uide uocab. Vectigal.

¶ Lutherus.

Dogmatũ eius catalogus. 1. 47. Fontes duo errorum eius. 4.
Quibus gradibus huc profecerit, ut Ecclesiam Christi uniuersam contemnat, quæ fuerat annis ab hinc mille trecentis. 6.
Hæreses eius uidit & Bernardi seculum. ibidem.
Contra hæreses eius senserunt & scripserunt omnia retro secula. 5. 7.

¶ M Matrimonium.

Matrimonialis contractus consuetudine sæpe aut ualidus est aut inual. 124.
An ualeat cõsuetudo contrahẽdi matrimoniũ cõtra canones. 124. ui. uo. consuetudo et lex
Lex irritãs matrimoniũ Christia. non irritat paga. 114.
An uir obedire tenetur episcopo præcipienti ut debitum reddat mulieri, quam duxit uxorem, sed irrite. 229. 234.
An maritus ad mandatũ iudicis tenetur debitum reddere uxori adulteræ, sed occultæ. 234.
De pluralitate uxorum. 163. & sequent.

¶ Monopolia improbantur. 169.

¶ O Obedire.

Scripturæ docẽtes potestatibus sublimiori. obediendũ esse. 19. 24. 28. 177. uide uocabulum lex, item Episcopis. 95. & li. 3. pag. 22.
Ex uarijs causis debemus alij alijs obedientiam. 98.
Quã obediẽtiã debet filius patri. 176. Quid pprie peccatũ inobed. 179.
An obedire oportet iniustæ iudicis sentẽtiæ. 133. 136.
Vetus hæresis negantium obedire oportere principibus. li. 3. cap. 17.
Iussus in carcerẽ ire, aut in certũ exiliũ, aut mortẽ sibi consciscere, quatenus obedire tenetur. 225. & sequentibus. (stare.
An capto liceat effrangere carcerẽ. 226. Et fugiẽti an liceat auxiliũ præ-
An obedire oportet malis prælatis. li. 3 pa. 62. 94. 98. & sequent.
An Christiani inter gentiles commorantes, obedire teneantur legibus ipsorũ libro. 3. pa. 107.
An obedire oportet principi iubenti ut occidã. 220. aut prodam crimen meũ aut alienũ. 227. ui. uo. Iudex. aut innocẽtẽ excommunic. 223. ui. u. innocẽs.
Licet non obedire superiori, si ipse actu debito consentit ut sibi non obediat
An obedire oportet eum præcipiendo peccat. 235. (tur. 234.
Quando licet procedere ad inquisitionem criminis alterius. 231.

¶ Occultum.

De iudice præcipiente sub pœna excommunicationis, prodi crimen occultum, 257. uide uocabulum, Lex pœnalis, & Excommunica. 230. 232. 257.
Quando denunciare oportet iudici crimen alterius. 231.

¶ Opus bonum. Quomodo absque fide nullum est opus bonum. 73.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opus dicitur bonum dupliciter.63. Argumenta quibus probant hæretici, non obligari nos ad opera externa & ceremonias .8.

¶ P Potestas.

Potestas omnis quomodo a Deo, est, lib.ter.pag.101.& sequent.

¶ Potestas ecclesiastica

Duplex est, expressa symbolo gladiorū duorum, & clauiū.125.136.& seq.
Quatenus præcipere potest de negotijs & rebus secularibus.105.145.189
Quomodo sit a constitutione diuina.99.

¶ Potestas regni Christi.

In qua re sita est.151. De potestate Pilati super Christum.211.
De potestate Cæsaris super Iudæos.212.

¶ Potestas Papalis

An a Christo habeat primatum suum super omnes ecclesias.107.111.142.
.147.150.135.
Ex nulla humana causa pendet .131.
An possit p ecclesiā limitari.141.
Est supra Imperialem.104.136.
Ne usurpet sibi iura regia.105.145.135.
Non subijcitur concilio generali ut superiori, sed contra. 103. 132. 135.
.142.150.136.
An ullo casu iudicari possit papa secūdū tribunal fori exterioris ut reus.148.
An eā aliquo casu amittit iure diuino qui est papa.107.vide voc. Hereticus.
Papa dū eligitur, non accipit potestatē suā ab eligentibus, sed a deo.133.
An papa po sit sibi eligere successorem.135.
An papa mortuo uim habeant leges eius.ibidem.
An papa fieri possit imperator, & contra.144.151.
Discreta sunt papalis & imperialis potestatis officia.191.
Papæ sententia lata de negotio fidei, an liceat ut dubiā examinare. 184.
Papa quæ officia ecclesiastica possit committere principibus secularibus.192.
Argumenta quibus probari uidetur papa una cū clero subiectus Cæsari.149.
Soluuntur.149.

¶ Potestas secularis

An cadere possit in personam ecclesiasticam.144.
Ante annos.1200.habuerunt eam episcopi quidam.ibidem.
Quatenus subiecta est ecclesiasticæ.105.145.
Ne usurpet sibi officia ecclesiastica105. Aut partes iudicandi in negotijs pertinentibus ad ministros ecclesiæ.105.vide uocabulum, Vectigal, & sequent.153.190.vide uocab. Libertas ecclesiastica.

Quatenus

Quatenus statuere potest legibus latis aliquid, quod pertineat ad fidem, res & personas ecclesiasticas.153.
An apud paganos sit potestas ulla in eos q sunt facti Christiani.li.3.p.108.
Potestas eligendi principē aut magistratū, an tolli possit a populo .127.129.
Principes seculares an electiōe rectius constituūtur, an successionis iure .129.
Principes quando ad restitutionem teneantur, quia subditos non defenduut a damnis, aut quia bona reipublicæ uertunt in usum priuatum .216. vide uocabulum Bellum.

¶ Potestas Imperialis.

Non est a potestate Ecclesiastica. 104.106.147.152.185.vide uocabulum Ecclesia.
In quibus subiecta sit Papæ .192.
An sit iure diuino super totum orbem.146.
Imperia orbis per uiolentiam sunt primitus comparata.142.

¶ Præceptum.

Quomodo præcepti finis est charitas.68.70.& sequent.
Et quomodo Christus.69.vide vocab. Charitas.
Præcepti sit an consilij, Vade & vende omnia, etc.lib.3.pa.37.& sequēt.
Aliud finis præcepti, aliud quod præcipitur .67.
Actus charitatis quomodo sit in præcepto.71.& sequent.
An charitas ipsa præcipiatur.72.& sequent.
Non ut uirtutes operemur, præcepit Deus, sed ut operemur ex virtutibus acceptis ab ipso.73.
Præcepta dei an seruentur extra charitatem .70.73.
Nullum præceptum datum est de credendo in unum Deum.67.
An decalogi præcepta omnia sint legis naturæ.65.
An omnia præcepta moralia pertineant ad decalogum.64.
An omnia mortalia prohibentur in decalogo .65.
Moralia præcepta triplicia.63.
Differentia inter præcepta moralia & ceremonialia.63.vide vocab. Lex.

¶ Prælatus Ecclesiasticus.

Penes quem sit potestas eligendi eū in quauis communitate.131.
An omnis eius potestas pendet ex uoluntate Papæ.131.vide vo. Iurisdictio.
An contra ius diuinū peccet, si se implicet negocijs secularibus .145. 152.
Quatenus assumere possit curam temporalium. ibidem. (.196.
Quibus dispensare debeat superflua sua. 197. vide vocabulum. beneficiū.

Si non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si non dispenset an teneatur ad restitutionem. 206.
Reprehenditur auaritia prælatorum sine fine & modo semper ementiũ noua prædia. 196.

¶ S.

Sacrificium, & sacramentum.

De sacrificijs & sacramentis sacerdotum impiorum li. 3. pa. 69. & sequentibus multis. 89. 91. & sequentibus.
De sacramentis administratis ab hæreticis, li. 3. pa. 75. 78. 82. 84. 90. & sequentibus. 120.
Aliud sacramentum, aliud sacramenti effectus. li. 3. pa. 77.
An laicus & mulier sicut baptismi sacramentum dare possint, ita & alia dare possint. li. 3. pa. 84.
De institutione sacrmenti, baptismi, & penitentiæ. li. 3. pag. 56. inibi de ministris horum sacramentorum, & pa. 88.
De ministro utriusq; sacramenti. libro tertio, pag. 88. & sequentibus.
Argumenta, quibus probari uidetur non licere sacramenta petere ab Episcopis, & pastoribus impijs & malis. libro tertio, pa. 111. & sequentibus.
An meliora sint sacramenta a melioribus administrata, li. tertio, pagina 122. uide uocabulum excommunicatio.

¶ Scriptura.

Scripturæ quo argumento cognoscuntur esse uere diuinæ. 5.
Non omnia scripturis tradita reliquerunt Apostoli. 6. Vide uocab. Ecclesia.

¶ Seruitus Vnde dicta. 11.

Triplex est in scripturis. 11. Gradus eius tres. 14.
Tria eius mala. 11. & sequentibus.
Seruitus peccati quid sit. ibidem. ¶ Seruus peccati fit, qui peccat. 35.
Seruitus miseriæ. 12.
Seruitus qua homo homini fit seruus, ubi cœpit. 13.
Seruus quid debeat domino suo. 98.
Populus non est seruus principum, aut papæ. 99. 154. uide uocab. libertas.

¶ V Vectigal

Quid sit, 211.
Imponitur iniuste quatuor modis. 211. 215.
Quæ res sint illi obnoxiæ. 212.
An liceat ipsum aliquando per fraudem non soluere. 213
Quando ex impositione eius teneantur magistratus ad restitutionem. 214. 217.

An

An Ecclesiastici teneantur ipsum soluere. 103. uide uocabulum, Potestas secularis, & Consuetudo, & Libertas ecclesiastica.
Similiter de exactionibus ex uino, cereuisia, & huiusmodi. 217.

¶ Virtus.

Aliud uirtus, aliud opus uirtutis. 73.

¶ Voluntas.

Voluntate mala alterius recte uti licet. 119.

¶ Vsura.

Lex de usuris soluendis expenditur. 113. 169.

¶ Vsucapio

Quid differat ab usurpatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Universidad de Deusto
Biblioteca